NOVÆ MOTUUM CÆLESTIVM EPHEMERIDES RICHELIANÆ:

Annorum 15, ab anno 1637 incipientes, ubi sex anni priores e fontibus *Lansbergianis*, reliqui vero e numeris *Tychoni-Keplerianis* eruntur, quibus accesserunt.

IN PRIORI PARTE.

1 *Isagoge in Astrologiam.*
2 *De aeris mutatione.*
3 *Doctrina primi mobilis exquisite demonstrata.*

IN SECUNDA PARTE.

1 *Usus Tabularum Astronomicarum pro rebus omnibus ad Astronomiam spectantibus instituendis.*
2 *De Crisium mysterio tractatus.*
3 *Gnomonices liber unus, ubi scioterica delineandi horologia quocunque modo vel declinantia, vel inclinantia methodus omnium & facillima & brevissima Tabularum ope, traditur.*

Authore *NATAL. DURRET*, Cosmographo Regio, at Eminentiss. Card. *RICHEL.*

LONDINI:
Veneunt apud *Johannem Benson*, ex Officina sua in *Chancery Lane*, 1647.

EMINENTISSIMO

CARDINALI

DVCI DE RICHELIEV,

FRANCIÆ PARI, &c.

*ECCE iam alter, Ephemeridum Richelienarum tomus (*Eminentissime Cardinalis*) & quidem optimo iure sic appositè, non meo nomine insigniri debent: quandoquidem hoc opus Herculeum (nunquam ab vllo Gallo antèà tentatum) neque suscipere, nec ad vmbilicũ illud perducere valuissem, destitutus solitâ liberalitate, E.T. quâ continuo labore & vigilijs, ac postpositâ re familiari, neglectisque præcipuis negotijs ita profeci, vt intra biennium tomo priori nouem Ephemeridum annos, de Crisium mysterio tractatum, Gnomonicen, seu delineandi horologiorum sciotericorum doctrinam per tabulas nouas Astronomicas, cum pluribus alijs à me recenter excogitatis, quæ non solum Astronomiæ; sed etiam omnibus alijs Matheseon partibus, puta Geographiæ, Hydrographiæ, Geodesiæ, arcibusq; muniẽdis inseruient, addidi, & bono publico, cui totus intendis, euulgaui. Hinc Astrophilis omnibus vela facturis in alto diuinæ Astronomiæ pelago, anchorâ iam in hoc eruditionis suæ portu Parisiensi constitutâ, faustis auspicijs, veluti Cynosura, spectabilis iste tomus noster elucebit, lucidissimumque sydus cuique ordini remum nauis moderaturum exorietur, cuius splendore fulgentissimo nebulæ discutientur atræ. Etenim Ephemerides singulis diebus cœli*

ſtellati ac reliquorum ſyderum faciem illis ab oculos ponent. Doctrina vero Criſium neque modò ad ægroti curationem, ſed etiã ad acutorum morborum prænotionem conducit: prudentis enim eſt Medici ex cælorum contemplatione tanquam è ſpeculo præuidere imminentes morborum tempeſtates. Sine clauo ac remis nauigat, naufragium tandem facturus, qui abſque vlla temporum, & Aſtrorum obſeruatione Medicinam factitat, eſt enim Aſtrologia Medici oculus, cuius ſi fuerit expers merito cæcus appellabitur. *Gnomonice tandem id prorſus mirabile ſortitur, non modò tempus & horas, parteſque horarum abſque errore metiri; ſed Aſtrorum quoque ſigna, ſic in Terra non diſſimili ratione diſpeſcere, vt quæ in cælo concipiuntur omnia vaſto, immenſo, non tantum ſolis, ſed etiam reliquorum ſyderum, quæ cæli ambitu continentur, e a quodammodo in terra quaſi puncto, leui labore cerneremus. Hoc opuſculum fructus è Tabulis Rich. Pariſ. emergens tanquam ὀφθαλμια promiſſum E.T. venerabundus offero, & quantum in me ſemper viguit effectus cum plurimis ingenijs ad æternitatem TVÆ ſupra captum humanum famæ conſpirans, ſupplex oro, vt haſce lucubrationes benigno vultu (*Ducum Maxime*) ſuſcipere digneris. Hunc Tibi ſi meum (Princeps indolis Cæleſtis) interim gratum eſſe laborem animaduertero, Richelienas Ephemerides inſolidum Deo vitam & vires largiente nimirum ad huius ſæculi* 1700 *ann. finem intra paucos annos, abſoluere conabor. Deum Opt. Max. deuotus precor E.T. vitam & valetudinem optimam in longiſſimos annos proroget, Ephemeridumque tuarum plenè largiatur vſum.*

Allamanus in cõment. Hippocr.

Eminentiæ Tuæ,

Subiectiſſimus Coſmographus
NATAL. DVRRET.

AD LECTOREM.

ANnus iam agitur secundus (Lector Candide) ex quo Tabularum Richel. Paris. supplementum in lucem bono publico euulgaui, vnà cum breui Planetarum theoriâ ex Keplerisententiâ; ibi vero (tempore ac experientia doctus) Astronomicas Lansbergij Tabulas, è quarum fonte sex Ephemeridum annos primò construximus, haud æquè cælorum obseruationibus exactè, præsertim pro Mercurio atque Keplerinas congruere, significauimus: Quod sanè ex obseruatis Neotericorum euincitur, ac in primis Reu. Domini Gassendi de ☿ qui sub Sole visus est anno 1631, die 7 Nouembris horâ 10,28' ante Meridiem, quo tempore locus ☿ fuit obseruatus in 14. 25' ♏ cum latitudine borea 7', quem Tabulæ Lansbergianæ ponunt in 13 17' ♏ cum latitudine 24' borea ex calculo Martini Hortensi; Quare consequens est (inquit ipse) calculum Lansbergianum ab obseruatione discrepare 1 gr. 8' in lõgitudine: in latitudine 17: At Ephemerides Keplerianæ 12 tantùm minutis in longitudine, & iuxta calculum ipsius Hortensi 14.24'' in longitudine, in latitudine 0'.3', quæ omnia vix illius sunt momenti, præ discrepantiâ Ephemeridum Origani, quæ est gr. 5. in longitudine & latitudine 1. 7' nec non Longomontani Tabularum, quæ magis etiam exorbitant. Præterea fidem facit obseruatio, ☌ ☿ & ☿ anno 1632 die 31 Iulij ab eodem Gassendo habita, quam Ephemerides Origani tribus diebus; & nouæ Ephemerides Argoli, maturius celebrandam 5 diebus pollicentur. Vbi hæc notat idem Gassendus *Est autem valdè mirabile quod vix aliquid aut nihilum etiam Keplerus aberrauit in designanda sub coniunctionem latitudidinum differentiâ, & maximè, si diameter ☿ conspecta telescopio habeatur vnius proximè minuti*

Coniunctionem vtriusque syderis celebrandam esse anno præfato 1632. die 31 Iulij circa meridiẽ indicant Ephemerides Keplerí. De Marte parum supereſt corrigendum apud ipsum Keplerũ, vt complures ab Astronomorum varijs sæculis obseruationes habitæ testantur: Quod quidem in ♄ & ♃ non prorsus accidit, vt exhibent artificum obseruationes, & præsertim illæ maximâ industria per annos complures à à Cl. D. valesio Vigiliæ prope Gratianopolim habitæ, & nobis humaniter impertitæ, quæ quidem adeo exactæ sunt, vt si quandoque ad vnum deflectant à vero minutum, vel etiam in refractionum limites stellæ obseruationis tempore inciderint, vel ob instrumenti in obseruando vacillationem, quæ persæpe sub dio ventorum commotione accidit, vel ob oculi obseruatoris suffusionem à frigore nocturno, nunquam ad alterum tamen error excreuit ex quibus obseruatis hic sele-

ctas quasdam vt etiam aliquot à D. Gassendo de ♂ habitas ad ponere placet, vt eas Astronum cultores cum Ephemeridibus, vel etiam tabulis Astron. cuiuscunque artificis, & inde defectum, vel in singulis excessum ii icò deprehendere queant.

Observation de ♄.

1612.	Martij	die 10	horâ 8	30′	longitudo 14.	4′	♋	latitudo gr. 0	1 Merid.
		27	8	0	14	10	♋	0	1 12 M.
	Octobris	20	18	0	14	36	♌	0	20 0 B.
	Nouēbr.	8	16	58	4	51	♌	0	22 0 B.
1623.	Ianuarij	31	9	3	0	44	♌	0	32 0 B.
	Septemb.	28	1	30	15	34	♌	0	45 0 B.
	Decemb.	10	17	0	18	43	♌	1	13 0 B.
1625.	Iunij	7	9	30	27	3	♌	1	39 0 B.
	Octobris	16	17	8	11	40½	♍	1	42 0 B.
1628.	Nouēbr.	28	17	55	20	10	♎	2	23 0 B.
1637.	Martij	25	17	16	24	15	♑	0	9½ 0 B.

Observationes de ☿.

1621.	Septemb.	die 26	horâ 16	0′	longit. ♍	26.	42	♊	latitud 0. 33′ Bor.
1622.	Martij	10	7	30		17	29	♊	0 12 B.
	Octobris	20	17	30		28	23	♋	0 12 B.
	Decemb.	26	15	30		26	40	♋	0 11 B.
1623.	Nouemb.	27	17	45		0	7	♍	1 0 B.
	Decemb.	10	7			0	38	♍	1 3 B.
1625.	Iunij	7	9	30		21	54	♍	1 23 B.
1631.	Decemb.	30	5	28		10	45	♌	1 17 M.
1633.	Septemb.	20	16	4		29	56	♊	0 27 M.
	Octobris	6	15	3		1	10	♋	0 28 M.
1634.	Martij	25	8	2		23	27	♊	0 5½ M.
1636.	Octobris	31	17	32		26	53½	♍	1 12½ B.
	Nouemb.	18	17	38		29	57	♍	1 13¼ B.
1637.	Martij	25	8	53		29	46¾	♍	1 39¾ B.
		26	9	10		29	38	♍	1 39 B.
		27	8	26		29	38	♍	1 39 B.
	Aprilis	17	9	14		27	5	♍	1 36½ B.

Obſeruationes de ☽.

1623 Iunij	die 26	hora 13	longitudo 13. gr. 21½	♑	lat. 6. 37½		A.
	die 28	13	12 gr. 52	♑	6 31		A.
	die 30	12½	12 gr. 14	♑	5		A.
Iunij	die 1	12½	12 gr. 4	♑	6 26		A.
	die 5	12½	11 gr. 4	♑	6 11		A.
	die 6	14½	10 gr. 48½	♑	6 6½		A.
	die 18	11	7 gr. 47	♑	5 55		A.
	19	11	7 33	♑	5 54		A.
	20	11	7 18	♑	5 54½		A.
	26	10½	6 17	♑	5 54		A.
	27	10½	6 11½	♑	5 48		A.
Auguſti	1	10	5 40	♑	5 46		A.
	2	10	5 39	♑	5 45		A.
	3	10	5 36	♑	5 43		A.
	4	9½	5 34	♑	5 43		A.
	5	10	5 34	♑	5 41		A.
	6	10	5 35	♑	5 38		A.
	8	10	5 37	♑	5 36		A.
	9	10	5 38½	♑	5 35		A.
	10	10	5 41	♑	5 34		A.

Obſeruationes de ☿.

1620 Nouembris die 4 hora 8 16 gr. 25′ ♉ lat. 1 g. 18. A.
1621 Iunij die 4 hora 8⅔ veſp. 14. 51. ♏ lat. 1. g. 25′ B.

Hacigitur causâ nixus cum Aſtronomorum ferè omnium ſagaciorum approbatione & conſenſu, calculum huius ſecundæ partis Ephemeridum è fonte Tïcho Kepleriano deduximus: numeros tamen è fontibus Lansbergianis in pluribus Solis & ☽ Eclipſibus deſumptos adiunximus, vt in poſterum Aſtrophilis materia principalium ſyderum loca reformandi in vtroque fonte relinquatur. Quandoquidem in Sole & Luna plerumque cæleſtibus congruunt, nec anſam in alijs planetis modicam dabunt. Hanc Ephemeridem computaui ad meridianum Pariſienſem, cuius longitudo à fortunatis inſulis eſt graduum 23 cum ſemiſſe, latitudo gr. 48. 50′ circiter.

Vbi notandum venit meridianorum differentiam inter Vraniburgum & Lutetiam Pariſiorum, quam Keplerus ſtatuit 40′, dubio non vacare, ſi ab Analogiâ meridiani Romæ noti ad alios cognitos argumentari licet, ponit enim Romam & Vraniburgum in eodem eſſe meridiano, vt etiam ferè Pragam & Venetiam, vt videre eſt in ſuo catalogo

locorum pag. 33. tab. Rudolph.

Et tamen meridianorum differentia inter Romam & Parisios secundum Astronomos præsertim recentiores, quibus in hoc negotio maior adhibenda fides reperitur esse vnius circiter horæ.

Maginus illam facit 1 h 8′. Origanus 1 h. 2′. Argolus 0 h 56′ Lansbergius 52′. Hil. Artobellus in suis tabulis Regijs, 56. Nolui tamen hîc nihil immutare, Quoniam ex collatione cælestium obseruationũ de Sole cum numeris Keplerianis, locus Solis verus sæpe excrescere circiter ½ minuto videtur; Atque ideò defectus illic, quædam hîc erit compensatio.

Calculum autem Keplerianum adhibitis vbique reductionibus Planetarumque curtationibus præsertim in ♀ & ♁, quod cuilibet periculum facienti obuium erit, omnino secutus sum. Præter quàm in Lunæ motu, vbi Tychonianos adhibuimus numeros; In Eclipsiũ ☉ & ☽ cõputationibus methodum Kepleri consultò secuti sumus, vt vtriusque collatio ex Origani Ephemeridibus fieri possit. Locum verò superiorum Planetarum ad decimum quemque diem computaui. At in ♂ & ☿ sæpiùs per 5 dies & in regressionibus, quando nimirum stationes erant propinqui per singulos dies, vt eorum diurnos motus veros elicerem, progressus sum. Porrò ne quid in hoc opere Lector ex aliis libris petere cogeretur, quod sibi necessarium esset in doctrinia primi mobilis exercenda, vnde Thematographia Genethlialogicis, prognosi mutationum aëris, crisiumque mysterio potissimum inseruiens, Tabulas complures Astronomicas ad hunc finem adiungere curauimus, quarum bona pars recenter à nobis excogitata & fideliter computata est. Thematographiam in nostro tabularum vsu, ad Ptolomæi, & Regiomontani mentem exposuimus: Primò quidem per tabulas domorum vulgarium: Deinde per aliam nouam à nobis inuentam tabulam domorum ad plures poli elevationes quæ cæteris omnibus exactior est.

Postmodum sequitur de Crisium mysterio tractatus è clarissimis Medicis Astrologis tum antiquis inter quos familiam post Hippocratem ducit Galenus, tum Neotetricis à nobis excerptus, in quo quidem è medijs artis Astrologiæ præcepris, adhibitâ contemplatione cælesti, quæ voluminibus amplis authores varij tradidere miro compendio deprompuntur. Postremò Gnomonicen seu doctrinam sciotericа delineandi horologia breuitate mirabili per tabulas Astronomicas allatis primum iis, quæ speculationem tum in sectionibus Conicis, tum sphærica doctrinâ spectare videbantur, adiunximus.

Molimur & plura sequenti tomo, si Deus vitam ac vires nobis concesserit, ad Astronomiam attinentia, nimirum Eclipsigraphiam, Geographiæ & hydrographiæ problemata, nec non Aphorismos de aëris constitutione in commodiorem antecedentib. iam traditis ordinem digestos cum aliis tabulis Astron. vbi de ortu & occasu præcipuar. stellarum efficacia singulis anni diebus euulgare: sed interim tabellam aspectuum

pectuum veterum & nouorum addita prostaphæresi pro radiationibus æquandis aliquam latitudinem habentibus huc adponere placet.

Tabella aspectuum veter. & nouorum cum eorum æquatione.

Denomin. aspectuum cum eorum interuallo	Vigec. 20	Quind 24	Sest. 30	Dec. 36	Octil. 45	Sextil. 60	Quint 72	subt.
Latitudo Plan.	0	0						
1	0 2	1	1	1	0	0	0	
2	6	5	4	3	2	1	1	
3	13	11	8	7	5	3	2	
4	23	19	15	12	8	5		
5	37	30	23	18	13	8	4	
6	0 53	43	33	26	19	11	6	
7	1 13	59	45	35	26	15	8	
8	1 37	1 18	59	47	34	20	11	
			150 Quinc	144 Biq.	135 Trioct	120 Trigo.	108 Trid	adde

Aspectus Keplero est angulus à radiis luminosis binorum planetarum in Terrâ formatus, efficax ad stimulandam naturam sublunarem

De aspectuum tam veter quã nouorum origine & efficacia.

Multiplices imò innumeros præter coniunctionem aspectus habent inter se planetæ in cælo erga nos; siquidem infinitæ figuræ regulares effabiles, aut saltem scibiles per continuam laterum duplicationem inueniuntur, quorum efficatiam seu vim è cælo dimissam numeris Pythagoricis alii tribuunt: Ergò quot modis efficax est aspectus, tot numeri graduum interceptorum obseruandi sunt: alii verò ipsam à signorum naturâ pendere; & tunc omnis signi oppositi mutatio configurationem producit. Vt iam insinuauimus cap. de crisium mysterio.

Veteres Astrologi tantum 5 agnouerunt efficaces, nempe ☌, ☍ □ △, & ✶. At aspectus efficaces esse censeo, cum in se multiplicati alios generant aspectus maiores & tandem circulum absoluunt vnde tam laudatus Dn. Keplerus huius aut Mathematicorum acutissimus, præuiis obseruationibus Meteorologicis, physicis rationibus innixus plures aspectus addidit, quorum formalis ratio ex 7 figuris circulo inscriptis elicitur, nempe Triangulo, Quadrangulo Pentogono 6, 8, 10 & 12, vnde oriuntur aspectus isti hoc ordine Coniunctio semisextilis, seu Dodecilis, Decilis, Octilis, Sextilis. Quintilis, tetragonalis seu quadratus Tridecilis, Trigonus, Trioctilis Biquintilis, Quincunx, & Oppositio. Si namque semissextilis aspectus cõtinens 30 grad. in 6. duxeris,

a

prodibit maior aspectus 180, nempe ☍. Quod si per totum Zodiacum seu 12 signa multiplicaueris producentur 360 totius circuli numerus, & sic de alijs.

Quoniam autem aspectuum alij alijs efficatiores existunt: ea de causa respectu graduum scientiæ & congruentiæ, nec non efficacitatis ita disponendi sunt.

☌, ☍, □, △, ✶, Semissextilis, Quintilis, Quincuux, Decilis, Tridecilis, Octilis, Trioctilis: quibus tanquam vltimo & infimo dignitatis & efficatiæ gradu adduntur Quindecilis, Hexadecilis, Vigintilis & Icositesseragonalis seu 24 latorum, qui fortè tantum in ☿ & ♀ cum Sole considerantur.

Placet etiam hùc adponere calculum Eclipsis Lunæ, quæ nostro horizonte hoc anno 1641. die 18 Octobris apparebit ad Kepleri mentem.

Nota. in cõp. Eclip. ☽ anni 1641. pro Decemb. lege Octob.

Tempus medium Lutetiæ Parisiorum die 18. hora 7. 24′. 15″. post Meridiem. Lansb. 7 23′ 54.		
Locus Solis, seu centrum vmbræ	25 40 39	♎
Locus ☊	3 19 14	♏
Argumentum latitudinis	7 40 33	
Exhibens reductionem	1 58	adde
& arcum latitudinis, seu inter centra	42 23	
Anomalia Lunæ coæquata	signa 9. 27 2	
Dat parallaxin Lunæ coæquata	59 49	
Horarium eius verum	31 56	
& semidiametrum	15 21	
Anomalia Solis		
Dat parallaxin solis	1 1	
Horarium.	2 30	
& eius semidiametrum.	15 21	
Summa parallaxium Solis & Lunæ.	60 50	
Semidiameter vmbræ.	45 29	
Summa semidiamètrorum vmbræ & Lunæ.	60 50	
Differentia semidiametrorum vmbræ & Lunæ.	30 9	
Scrupula defectus.	18 27	
Hinc digiti Ecliptici.	dig. 7. 13	
Scrupula durationis dimidiæ.	43 39	
Verus horarius ☽ à ☉ ampliatus	29 57	
Dant durationem dimidiam.	h. 1. 27 27	
Ergò initium.	5 56 48	
Medium vt suprà.	7 24 15	
Finis.	8 51 42	
Æquatio dierum.	7 26	Addē

Nota. In secunda parte nostrarum Ephemeridum neque tabula Æquationis dierum Lansbergiana, neque Tychonica vulgari ad finem anni 1651 posita, sed hac sequenti, quam è Tabulis Rudolph. excerpsi passim vsus sum: Quoniam ex obseruationum collatione cum calculo vtramque nimis excurrere deprehendi, quod etiam à temporis æquādi vera ratione, quam Cl. D. Morinus Mathematum Professor Regius attulit haud multum dissidet.

Tabula Æquationis dierum à Tychone, Keplero, & alijs approbata.

	♈ ♌		♉ ♍		♊ ♎		
	subtr.		subtr.		subtr.		
	′	″	′	″	′	″	
0	0	0	8	25	8	47	30
1	0	20	8	36	8	37	29
2	0	40	8	45	8	26	28
3	0	59	8	55	8	15	27
4	1	19	9	4	8	3	26
5	1	39	9	13	7	50	25
6	1	59	9	19	7	36	24
7	2	18	9	26	7	22	23
8	2	38	9	32	7	7	22
9	2	57	9	37	6	52	21
10	3	16	9	42	6	36	20
11	3	35	9	46	6	20	19
12	3	51	9	50	6	3	18
13	4	12	9	52	5	46	17
14	4	30	9	54	5	28	16
15	4	47	9	56	5	10	15
16	5	5	9	56	4	51	14
17	5	22	9	56	4	32	13
18	5	38	9	55	4	12	12
19	5	55	9	53	3	53	11
20	6	11	9	51	3	33	10
21	6	26	9	48	3	12	9
22	6	41	9	44	2	51	8
23	6	56	9	40	2	31	7
24	7	10	9	34	2	9	6
25	7	24	9	28	1	48	5
26	7	37	9	21	1	27	4
27	7	50	9	14	1	5	3
28	8	2	9	6	0	43	2
29	8	14	8	57	0	22	1
30	8	25	8	47	0	0	0
	adde		adde		adde		
	♐ ♑		♒ ♓		♋ ♏		

Sub est pot imprediendo tum loco Solis sumatur Æquatio addenda, pot subtrahenda (prout indicat titulus) a tempore apparenti pot fiat æquale; quæ tum sint temporis & complio non illustrauimus. J. B.

Extraict du Priuilege du Roy.

PAr grace & priuilege du Roy, il eſt permis à NOEL DVRRET Profeſſeur és ſciences Mathematiques de faire imprimer tant de fois, & en telle forme, volume & charactere qu'il deſirera les Ephemerides qu'il a compoſées, & compoſera cy apres, comme auſſi les autres œuures de Mathematiques qu'il fera, auec deffenſes à tous Libraires, Imprimeurs & autres de quelque qualité qu'ils ſoient de les imprimer, vendre, diſtribuer, extraire, ou en contrefaire aucune choſe ſans le congé & conſentement dudit Durret, auec defenſes à tous Marchands tant forains qu'autres d'apporter en ce Royaume celles qui auroient eſté imprimées hors iceluy de la compoſition dudit Durret, en vendre ny debiter en quelque façon que ce ſoit pendant le temps & terme de vingt-ans à compter du iour & datte que chacun deſdits liures auront eſté acheuez d'imprimer, ſur peine de confiſcation des exemplaires qui ſeront trouuez, de trois mil liures d'amende, moitié à nous, & l'autre audit Durret, & de tous deſpens, dommages & intereſts: ainſi qu'il eſt plus amplement contenu és lettres dudit Priuilege. Donné à Paris le 24 iour de Mars 1637. Par le Roy en ſon Conſeil.

Signé, RENOVARD.

Acheué d'imprimer le quatrieſme iour d'Octobre mil ſix cens quarante vn.

Johannes Brooke me possidet. Nov. 28. 1649
London.

NATALIS DVRRET MONTISBRISONI ISAGOGICARVM.

TRACTATVS PRIMVS.

De Astrologiæ Principijs.

CAPVT PRIMVM.

De Astrologiæ definitione, diuisione, ac modo quo Astronomia & Astrologia inter se differunt, necnon discrimine ac vario respectu quo de Cælo, Physica, Astronomia, & Astrologia tractant.

ASTROLOGIA est doctrina, quæ vires & stellarum effectus, quos sydera calore suo dissimili, quo qualitates diuersæ in aëre gignuntur, in hæc inferiora agunt, perscrutatur; vnde temperamenta, inclinationes in hominum corporibus, aëris mutationes, & similia, tanquam cœlestium causarum effectus præuideri ac prognosticari possunt. Astrologiam & Astronomiam pro eadem scientia vsurparunt plures, sed non rectè; Astronomia enim syderum motus tanquam Theoreti-

ca; Astrologia verò eorundem effectus tanquam operatrix Physicis rationibus perpendit. Sunt autem tres scientiæ, quæ de cœlo tractant, nempe Physica, Astronomia & Astrologia; Quare necesse est discrimen diuersumque respectum quo de cœlo in his scientiis agitur, tradere.

Physicus enim primò substantiam cæli & astrorum considerat, an sit ingenerabilis & incorruptibilis, an simplex, vel composita; elementaris, an potius quinta quædam essentia. Secundò, qualitatem, nempe lucem, expendit. Tertiò, relationem ad hæc inferiora corpora expiscatur. Quartò, Physicus circa cælum perscrutatur omnia causarum genera, vt an cælum habeat causam efficientem, nec ne; an habeat materiam; an intelligentia, quæ mouet ipsum, sit anima & forma eius; quis sit finis cæli, eiusque operationum; quæ res neq; sub Astronomi aut Astrologi contemplationem cadunt. Physicus autem perueſtigans omnia cæli accidentia, etiam ea quæ ab Astrologo tractantur, longè diuersa ratione considerat, nimirum provt fluunt ex natura cæli, provt congruunt ipsius substantiæ, provt sunt ei necessaria ad operationes Physicas perficiendas. Denique provt sunt coniuncta cum materia sensibili.

Astrologia duplex statuitur, alia quidem generalis; altera verò specialis. Generalis Iudiciorum principia, nempè, naturam, vires, & qualitates tùm Planetarum, tum reliquorum syderum, necnon etiam cæli partium, eorumque omnium inter se habitudines considerat; atque ita futûri iudicij fundamenta præbet.

Specialis verò est, quæ ex his principiis futuros rerum euentus iudicat & præuidet, hæc in duas distinguitur partes, quarum prima generale προγνωστικὸν pluribus commune cõtinet, in quo de aëris mutatione, aliisque rebus, quæ inde consequuntur tractat.

Altera iudicium Genethlialogicum spectat, in quo hominum temperamenta, & quæ inde sequuntur, vt propensio ad virtutes, ad vitia, inclinatio ad certa studiorum, casuum, morum, & morborum genera, & his similia, quæ homini contingenter accidere queunt, expenduntur, de qua Ptol. Iunct. & Orig. & alij abundè tractant.

De septem Planetarum natura ac proprietate in communi.

CAPVT II.

PLanetarum vires seu proprietates dignoscuntur sex præcipuis modis. 1. Iuxta quatuor primas qualitates. 2. ex collatione ipsorum ad suos orbes. 3. ex collatione ad partes cæli tàm naturales seu immutabiles, quàm accidentales seu mutabiles. 4. ex collatione ad solem. 5. ex mutuâ inter se collatione. 6. provt ad solem comparantur. At non tenendum est has qualitates illis verè inesse, sed potiùs virtutes harum qualitatum effectrices, siquidem iuxta insitam cuiusque stellæ vim, caloriſve magnitudinem huiusmodi qualitates in elementis, irradiatione & motu inducunt, mouent, mouendo afficiunt, atque afficiendo contemperant.

De Planetarum natura in specie.

ARTIC. I.

SOl igitur iuxta 4 primas qualitates est eminenter calidus, non quidem tàm ratione suæ molis, qua terram admodum excedit, quàm ratione suæ virtutis, qua naturaliter est præditus; siquidem fons & origo caloris & luminis existit: Deinde siccus est, sed paululùm; viuificus enim eius calor est, & non vehementer siccus; Quoniam humido iungitur.

Luna est humida ob terræ propinquitatem, ex qua vapores plurimos sine impedimento attrahit, & aërem madefacit. Calefacit etiam ob solis radios; sed tamen in prima sua quarta censetur frigida & humida. In 2 calida & sicca: In 3 calida & humida. In 4 frigida & sicca.

Saturnus frigidus & siccus. Frigidus quidem, quia non susci-pit, nisi debiliter solis radios caloris originem, ob nimiam à sole distantiam; siccus verò ob immensum à terræ vaporibus interuallum, eiusque substantiæ raritatem.

Iupiter calidus & humidus temperatè; calefacit enim me-

diocriter, cùm, quia medius est inter Saturnum minimè ca-
quia lefacientem & Martem intemperatè calidum, tùm verò propter conuenientem à sole distantiam temperatè radios solis validos excipit. Humectat nonnihil; quia cùm plurimùm luminis habeat, vapores humectando attrahit, moderatè tamen, cùm longiùs à terra distet. Hinc fæcundus etiam reputatur; quia calefaciendi vis humectationem paululùm vincit. Est enim omnium stellarum maximus præter solem: & omnium lucidissimus præter luminaria, Sirium, Procyonem, & Venerem.

Mars calidus & siccus intemperatè dicitur, cùm ob solis proximitatem, tum ob substantiæ crassitiem duram & compactam, quæ sanè est eius ruboris causa: at eius siccitas prouenit ex eo quod vapores ab aliis stellis attractos dissipat & consumit.

Venus calida est, sed magis humida; calefacit enim temperatè, & plus quidem Ioue; Iuxta Ptol. Quoniam & soli vicinior est, & copiosam lucem habet, vt & vmbram gignat; multùm humectat: vicina enim terræ magnam humidarum exhalationum copiam attrahit, cùm vesperi quando Vesperus, tùm manè quando Lucifer dicitur.

Mercurius est naturæ versatilis & ancipitis, suscipit enim stellarùm qualitates, pro ratione Planetæ cum quo corpore vel radio miscetur, & sic indiferenter agit: Vt notat Orig. modo enim Soli vicinius exsiccat, modò Lunæ assistens humectat. Vbi hìc notandum, solis vicinitatem non ordinem & situm sui cæli spectare; sed locum quem planeta in Zodiaco tenet. Mercurius nunquam recedere potest à Sole plus 28 gr. Iuxta Copernicum, atque hactenus de 7 Planetarum naturâ, sequitur eorum Characteres cum nominibus supra positis,

Saturnus,	*Iupiter,*	*Mars,*	*Sol,*	*Venus,*	*Mercurius,*	*Luna.*
♄	♃	♂	☀	♀	☿	☽

Sol lumen & candela cæli vitam cunctis naturaliter infundens est in medio cæterorum planetarum tanquam dux & mo-
of derator, maius luminare vocatur. Luna tanquam Regina est, & minus luminare dicitur. Saturnus tanquam Consiliarius,

Iupiter veluti gubernator. Mars tanquam militiæ præses. Venus vt omnium delitiæ. Mercurius vt Orator.

♄,♃,♂ dicuntur planetæ superiores. ♀ & ☿ planetæ inferiores.

De natura Planetarum iuxta bonitatem & malitiam.

Artic. 2.

EX variis planetarum qualitatibus consurgunt effectus eorum varij; Vt enim similia à similibus conseruantur: Ita à contrariis intereunt; Hinc liquido constat quos planetas esse nobis fœlices seu beneficos, quos verò maleficos iuxta eorum qualitates colligi posse. Statuunt Astronomi amicos Planetas & beneficos ♃, ♀ & ☽; Siquidem in calefaciendo, & humectando moderatè agunt, sed maximè ♃ beneficum; quia in illo calor humido perfectè moderatur, quamobrem *fortuna major* vocatur. Venus deinde cùm temperamentum habeat, in quo calor humido mediocriter dominatur, ob humidi copiam, *fortuna minor* dicitur; Sed Luna ob caloris paucitatem, humidique exuberantiam, parum quidem benefica, at lumine plena maximè benefica reputatur, quoniam tunc satis caloris pro humidi ratione acquirit. ♄ & ♂ statuuntur planetæ exitiales & malefici, quandoquidem qualitates hominibus noxias habent; At ♄ infortuna major dicitur, ob qualitates ambas vitæ cõtrarias. Mars minor fortuna vocatur, propter siccitatis & caloris excessum. Sol & Mercurius sunt naturæ ancipitis, quia pro occasione modò maligni modo benigni existunt. Mercurius enim aliorum vires & decreta auget, vnde cum bonis bonus, cum malis malus; maximè autem provt ad Solem affectus est. Sol verò, quia cæteris Planetis iunctus eos comburit & lumine suo impedit, fortunatorumque benefica decreta frustrat, dùm sub eius radiis occultantur, ac maleficorum vires noxias fouet & intendit, hanc ob causam maleficus potius reputatur; tametsi quando alicui fortunæ per aspectum conuenientem copulatus est, maximè omnium beneficus iudicatur. Haly de Iudic. Astr. part. 1. cap. 4. *Sol fortunat aspectu suo, at coniunctione corporali detrimentum & infortunium affert.*

De Temporaneitate Planetarum.

ARTIC. 3.

SAturnus & Iupiter vocantur Planetæ diurni, siquidem Solis naturam insequuntur, ille quidem vt eius malignitas in die temperetur; Iste verò vt sua benignitas exhilaretur; quapropter peior est Saturnus in nocte quàm in die.

At conditionem luminaris nocturni imitantur Venus & Mars. illa quidem salutaris; hîc verò intemperatus & noxius; Nam cum Venus ex temperie constet, in qua, vt noctis qualitate, calor ab humido maximè vincitur, idcirco noctis vmbra gaudet. Mars verò quamuis verè sit diurnus, id est efficatior in die, quàm in nocte, hæc conditio ad ipsius ariditatem temperendam conuenit: Quapropter cùm nocte dominabitur, minùs etiam nocumenti afferret.

Mercurius anceps: Nam in ortu matutino, cùm Solem antecedit, diurnus est; quandoquidem ea regio propter Solis accessum incalescit, fitque aridior, quæ qualitates diei sunt: Nocturnus verò in occasu vespertino, cùm solem sequitur; siquidem vespertina regio ex recessu Solis ab ea fit frigidior & humidior, quæ qualitates noctis sunt.

De Planetarum sexu.

ARTIC. 4.

SExus Planetarum distinguitur per qualitates, quibus præsunt, qua ratione ij, in quorum temperamento calor dominatur humido, masculi dicuntur, cuiusmodi sunt ♄, ♃, ♂, & ☀, fœminei vero dicuntur Luna & ♀. Quia in eorum crasi calor ab humido superatur, vel (vt innuit Campanella) quoniam opus non absoluunt: mouent, & non resoluunt humores, & vapores, & effectus: sic vt natura non possit genitalia expellere. Et quamuis Venus sit calidior Saturno, non tamen mascula est. Quoniam non perficit bonum, vt Saturnus malum, quod inceptat. Mercurius est anceps, provt Soli vel Lunæ coniungitur, vel provt matutinus est, vel vespertinus.

De Planetarum affectionibus, prout ad suos orbes conferuntur.

CAPVT III. ARTIC. I.

PLanetæ dicuntur Ascendentes, & Descendentes in Apogæo seu absíde superiori, & in Perigæo seu absíde inferiori, veloces & tardi, mediocres motu, & stationarij, directi, & retrogradi, ac pro posítus, ac motus ratione, vires immutant. Omnes enim planetæ, in Apogæo puriores, meliores, & fœliciores exístunt: Quoniam cælo stelli-ferro nobilíssimo proximiores: In perigæo autem robustiores, aëremq; validius turbant: Quoniam propinquiores passo plus agunt in nos. Omne enim agens naturale tantò validius agit, quantò proximius est passo. Id quod & Cardan. 7. Aph. 156. innuit, dum inquit. Omnis planeta quanto magis est terræ propinquus, eo impressiones celerius recipit. Cùm verò planetæ fuerint circa medias longitudines mediocritatem indicabunt. Sed hoc non in Luna accidit: Nam cum in oppósito Epicycli exístit, vbi terræ vicinior est & cursus velocioris, non solum robustior, sed & melior & purior est; quoniam natura elementari gaudet: In Auge verò, Epicycli, vbi remotior à terra est & cursus tardioris, non modo debiliores, sed & turbatiores edit effectus.

Planeta itaque dicitur Ascendens in Eccentrico, dum à Perigæo ad Apogæum percurrit. Hoc sanè ex Tabulis Astronomicis videre est, quando Anomalia centri à tribus sexagenis seu 180 gradibus, vsque ad sex sexagenas completas seu 360 gradus augetur.

Planetà Descendens dicitur, quoties ab Apogæo ad Perigæum defertur, quod etiam per tabulas perpenditur, cum eius centrum vsque ad 180 gradus, seu 3 sexagenas excrescit: Cum verò Anomalia centri nullum obtinuerit gradum, planeta in Apogæo censetur, quandoquidem Anomalia centri (quæ est distantia centri Epicycli ab Apogæo Eccentrici) numeratur ab Apogæo. Cum autem ipsa Anomalia ad 3 sexagenas, seu 180 gradus peruenerit, planeta in Perigæo esse dicetur.

In prima longitudine media erit, cum planetæ centrum 90 gradus obtinuerit. In secunda verò longitudine media erit, cum planetæ centrum ad 270 gradus peruenerit. ♀ & ☿ sunt in Apogæo, cùm post ortum matutinum soli coniunguntur: In Perigæo cum soli post exortum vespertinum copulantur.

Sed Luna in certis Eccentrici partibus non habet Apogæum, & Perigæum; Quoniam singulis quindecim diebus Apogæum eius locum immutat. Cùm autem à Sole 60 grad. distat, quando scilicet in ✶ sextili aspectu existit, tùm in prima eccentrici medietate reperitur; Cum ab eodem 90 gradibus abest, in □ quadrato aspectu, versatur in Perigæo. Cùm verò in △ à sole 120 grad. In longitudine media secunda reperitur, & demùm cum Soli opponitur, rursus in Apogæo reperitur, quæ omnia & in nostris Ephemeridibus tùm in singulis ☽, mensibus, tum in cæteris planetis adnotantur. Semper tamen memento Epicyclos, & Eccentricos doctrinales esse, non reales, sed per se moueri, & luce Solis, & affectione ad superiora sic euenire. Vt notat Campanella.

Accidunt etiam planetis passiones aliæ ratione eorum orbium, vt velocitas, tarditas, motus mediocritas, directio, stati o & regressio seu Retrogradatio.

Veloces & tardi dicuntur Planetæ respectu mediorum motuum: si enim Planetæ motus verus diurnus medio motu major fuerit, dicetur Velox: si minor, tardus: Mediocris verò, si medio motui æqualis extiterit.

Directi dicuntur cùm eorum motus secundum signorum ordinem procedet, vt ex ♈ in ♉ &c.

Motus medij Planetarum

	°	′	″
♄	0	2	0
♃	0	4	59
♂	0	31	27
☀	0	59	8
♀	0	59	8
☿	0	59	8
☽	13	10	34

Retrogradi quando mouentur contra signorum ordinem, seu in Antecedentia, vt ex ♉ in ♈.

Stationarij quando eorum motus non variatur quoad visum, seu quando vnà cum fixis æquè velociter mouentur, quod quidem accidit in principio & fine Retrogradationis. Hoc notatur in Ephemeridibus literâ ℞. & Di.

De Signorum Zodiaci diuisione iuxta Astrologos.

CAPVT IV.

PRima ac principalis Signorum diuisio ex quatuor anni temporibus, proportione quadam 4 hominum ætatibus, 4 humoribus, & 4 plagis mundi correspondens desumitur; idque duorum colurorum intersectione, qui Zodiacum distinguit in 4 quadrantes, quibus sol 4 anni tempestates, Ver, Æstatem, Autumnum, & Hyemem describit. Primus quadrans incidit ♈, ♉, ♊, estque calidus & humidus sicut Ver, & sanguineus ætati puerili maximè conueniens.

Secundus qui dicitur Æstiualis continet ♋, ♌, ♍, & est calidus, siccus, & cholericus, iuuenili ætati dominans.

Tertius Autumnalis ♎, ♏, ♐ comprehendens, est frigidus, siccus, melancholicus & decrescens, & virili ætati fauet.

Quartus demùm Hybernus ♑, ♒, ♓ includens, est frigidus, humidus, & Phlegmaticus ætati senili congruens.

Secundò diuiduntur Zodiaci signa in Cardinalia, seu mobilia, fixa & communia. Cardinalia seu mobilia sunt, quæ quatuor Zodiaci cardines constituunt, & 4 anni tempora per solis ingressum in illorum puncta distingunt: Nam ex ingressu solis in primum ♈ punctum incipit Vernum Æquinoctium: In punctum ♋ Solstitium Æstiuum: In ♎ Æquinoctium Autumnale. In ♑ Solstitium Hyemale.

Signa fixa, seu firma sequuntur Æquinoctialia & Tropica sunt quę ♉, ♌, ♏, ♒, sic dicuntur; quia aëris status seu conditio, quam sol in signis cardinalibus incepit, firmior iam euadit, magisque à nobis sentitur, ob moram sub tali conditione diuturniorem.

Communia sunt, quæ constituuntur inter mobilia & fixa, seruantque naturam cum antecedentibus & subsequentibus communem; dicuntur etiam bicorporea; eò quod duobus diuersis corporibus depinguntur; & sunt ♊, ♍, ♐, ♓.

Tertiò derimuntur secundum 4 Trigonos: Nam ♈, ♌, ♐ quæ sunt calida, sicca & cholerica, dicuntur ignea: ob calorem &

ſiccitatem, quæ dominantur choleræ & ſapori amaro. ♉, ♍, ♑ quæ frigida & ſicca, exiſtunt, terrea vocantur: ob ſiccitatem & frigiditatem, quæ præſunt Melancholiæ & ſapori aëri. ♊, ♎, ♒, quæ calida & humida, aërea vocantur, ob humiditatem & caliditatem, quæ gubernant ſanguinem & ſaporem dulcem. ♋, ♏, ♓ quæ frigida & humida exiſtunt, aquea dicuntur: ob frigiditatem & humiditatem, quæ mouent phlegma & ſaporem ſalſum.

Quartò, diſtribuuntur ſigna in maſculina ſeu diurna, & fœmina ſeu nocturna. Maſculina ſunt ♈, ♃, ♌, ♎, ♐, ♒, fœminina ♉, ♋, ♍, ♏, ♑, ♓. Hæc alternatim ſic ponuntur; Quia cùm cæli ſigna non parùm conferant generationi, placuit antiquitati hac etiam ratione ea inter ſe diſtribuere, vt alia vocarentur maſculina, quòd plus ad agendum virium haberent; alia quòd eſſent ad patiendum accommodatiora, fœminina; quodque maſcula vis naturaliter præferenda eſſet, primum ſignum, id eſt ♈ marem facere, ſecundum fœminam. Vt enim diem nox, ita fœmina marem ſequitur. Quapropter certa & ſtatuta ſucceſſione maſculino fœmininum ſignum ſuo ſuccedit ordine.

Quintò diuiduntur ſigna in ſex Septentrionalia, ♈, ♉, ♃, ♋, ♌, ♍, & in ſex meridionalia ♎, ♏, ♐, ♑, ♒, ♓.

Sextò, diſtinguntur in ſex imperantia ♈, ♉, ♃, ♋, ♌, ♍, & in totidem obedientia ♓, ♒, ♑, ♐, ♎, ♏. Illa quidem ſecundùm ſignorum ordinem procedunt: hæc verò contrà. Ideoque imperantia & obedientia æqualiter ab Æquinoctiali diſtant, & ſol in illis conſtitutus motu ſuo æquales deſcribit parallelos; lineæ namque æqualiter à diametro diſtantes ſunt æquales per 14 p. Eucl. Sed in ſignis Septentrionalibus dies longiores, in Meridionalibus noctes longiores efficit.

Septimò diſcernuntur ratione Aſcenſionum in recta & tortuoſa. Recta dicuntur, quæ dùm in Sphæra obliqua aſcendunt, plus temporis occupant, quoniam cum maiori arca Æquinoctialis, quàm Eccliptícæ aſcendunt, vnde longarum Aſcenſionum vocantur, ♋, ♌, ♍, ♎, ♏, ♐.

Tortuoſa verò, ſeu obliquè Aſcendentia ſunt, quæ cum breuiori tempore, & maiori arcu Eclipticæ quàm Æquinoctialia aſcendunt, vt ♑, ♒, ♓, ♈, ♉, ♃, dicuntur & ſigna breuium

Ascensionum, & à Ptolomæo Antiscia, vel sese intuentia seu eiusdem potentiæ; eò quòd æqualiter à Tropicis absint, & in his dies noctibus æquales existant. In collectione autem antiscíorum subducendæ sunt partes, quarum antiscia quæruntur ab integro signo seu à 30 gradibus, verbi gratia, sit Sol in 21 35′ ♎, & quæratur eius antiscium seu pars intuens. Primo ex sequenti tabula patet signum ♎. Intueri signum ♓. Si ergo subducantur 21.35′ à 30 gradibus, relinquentur 8.25 signi ♓. Quare sol existens in 21.35′ ♎ antiscium mittit in 8 gr. 25′ ♓.

Octauò tandem diuiduntur in signa coniuncta & inconiuncta. Coniuncta quidem ea sunt quæ se aspiciunt antiscio, vel ☌, vel △, vel □, vel ✶. Inconiuncta verò, quæ nullo horum modorum inter se conueniunt, dicunturque aliena & auersa; quia nullam inter se familiaritatem habent, reperiuntur autem hoc modo. Quatuor signa fixa habent 4 signa inconiuncta proximè præcedentia & subsequentia, cum signis eoum oppotis, & sic quodlibet signum fixum habet 4 signa inconiuncta. Mobilia habent tantùm duo inconiuncta nempe succedens, & eius oppositum: communia similiter habent duo inconiuncta antecedens, & illi oppositum.

Extant apud Astrologos Genethliacos plures aliæ signorum Zodiaci diuisiones, quæ cùm minimè huius sint instituti, nobis opportunè relinquentur.

Vt verò omnes allatæ Zodiaci diuisiones commodiùs, & quasi vno intuitu conspiciantur, hanc Tabulam subiunximus.

Tabula signorum Zodiaci diuisionis.

1. Zodiacus diuiditur in 4 quadrantes nempe in
   - ♈ ♉ ♊ vernum.
   - ♋ ♌ ♍ æstiuum.
   - ♎ ♏ ♐ autumnum.
   - ♑ ♒ ♓ hybernum.

2. in signa
   - ♈ ♋ ♎ ♑ mobilia, seu cardinalia.
   - ♉ ♌ ♏ ♒ fixa, seu firma.
   - ♊ ♍ ♐ ♓. communia, quæ & bicorporea.

3. in signa { ♈,♌,♐, calida, sicca & choler. — ♉,♍,♑, frigida & sicca. — ♊,♎,♒, calida & humida. — ♋,♏,♓, frigida & humida } quæ dicuntur { ignea, terrea, aërea, aquea }

4 in signa { ♈,♊,♌,♎,♐,♒, masculina. ♉,♋,♍,♏,♑,♓, fœminina.

5. in signa { ♈,♉,♊,♋,♌,♍, sex Septentrionalia. ♎,♏,♐,♑.♒,♓, sex Meridionalia.

6. in signa { ♈,♉,♊,♋,♌,♍, sex imperantia. ♓,♒,♑,♐,♏,♎, totidem obedientia.

7. in signa { ♋,♌,♍,♎,♏,♐, recta, seu longarum Ascẽsionum. ♑,♒,♓,♈,♉,♊, tortuosa, seu breuiũ Ascensionũ.

Item in signa { ♋,♌,♍,♎,♏,♐, Antiscia recta. ♊,♉,♈,♓,♒,♑, Antiscia tortuosa.

8. in signa { ♈,♉,♌,♐,♑, quadrupedia. ♋,♏,♓, polifica. ♊,♌,♍, sterilia.

Tabula Aspectuum 12 Signorum inter se.

	✶	□	△	☍		✶	□	△	☍		✶	□	△	☍
♈ dext.	♒	♑	♐	♎	♌ dext.	♊	♉	♉	♒	♐ dext.	♎	♍	♌	♊
♈ finis.	♊	♋	♌		♌ finis.	♎	♍	♐		♐ finis.	♒	♓	♈	
♉ dext.	♓	♒	♑	♍	♌ dext.	♋	♊	♉	♓	♑ dext.	♍	♎	♍	♋
♉ finis.	♋	♌	♌		♍ finis.	♍	♐	♑		♑ finis.	♓	♈	♉	
♊ dext.	♈	♓	♒	♐	♍ dext.	♌	♋	♊	♒	♒ dext.	♐	♍	♎	♌
♊ finis.	♌	♍	♎		♎ finis.	♐	♑	♒		♒ finis.	♈	♉	♊	
♋ dext.	♉	♈	♓	♑	♎ dext.	♍	♌	♋	♉	♓ dext.	♑	♐	♏	♍
♋ finis.	♍	♎	♍		♏ finis.	♑	♒	♓		♓ finis.	♉	♊	♋	

	♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓	Signa
Inconiuncta.	♉ ♍	♈ ♊ ☿ ♐	♉ ♍	♌ ♒	♋ ♍ ♑ ♓	♌ ♒	♍ ♉	♎ ♐ ♓ ♈ ♊	♍ ♉	♌ ♒	♑ ♓ ♋ ♍	♌ ♒	Inconiuncta.

De Stellarum latitudine, ac declinatione.

CAPVT V.

LAtitudo Stellæ est eius ab Ecliptica, quæ est solis, via, recessus, alia quidem Borealis, alia verò Australis. Variatur autem in Stellis fixis, provt Zodiaci obliquitas variatur, quæ iuxta Lansbergium est 22 minutor. testantur enim obseruationes Astronomorum, eas à Ptolomæo ad nos multùm esse mutatas, præsertim circa signa Solstitialia, vt ipse Lansb. notat in Theoriis Mot. cæleſt. cap. 7. cuius rei non potest alia esse causa, quàm Eclipticæ mutatio à Ptolomæo ad nos, per motum obliquitatis Zodiaci reciprocum. Nam cùm Stellarum fixarum latitudines ab Ecliptica numerentur, necesse est, eas tantùm nunc esse variatas, quantùm Ecliptica variata est. Quamobrem fixæ in alia, atque alia Zodiaci parte, alio modo variationem illam subeunt, quod sanè Astrologo notum esse oportet, vt sua Iudicia illis appositè accommodet.

In planetis verò magis certa est latitudo: Quoniam eorum viæ, non aliter quàm solis viam intersecant, puncta autem intersectionis dicuntur Nodi, quorum ille qui versus Boream inclinatur, Nodus euehens, seu Caput Draconis vocatur, & sic ☊ depingitur. Ille verò qui Planetam ad Austrum transfert, Nodus deprimens, seu Cauda Draconis dicitur, & sic ☋ notatur. ☊ cum bonis Planetis bonum est, cum malis malum. In coniunctione namque bonorum Planetarum bonitatem ipsorum adauget: In malorum verò malitiam exagerat. ☋ in bonorum Planetarum coniunctione bonitatem minuit; pariter & in malorum malitiam, ideò cum malis bona, cum bonis mala

decernitur. Ab aliis Astrologis ☌ reputatur de natura ♆ ; sed non rectè. Quia ipsi ☌ sola ~~augmentatiua~~ augmentatiua ineſt: nec rectè aſbribitur ☌ de naturâ ♄ & ♂ quandoquidem minuit decreta maleficorum & beneficorum cum quibus iungitur; Et vim minuendi ſolùm habet in plaga Septentrionali: At in Meridionali è contrà ☌ auget, ☌ minuit: Quoniam (vt notat Campanella) tranſeunt Planetæ in loca propria, vel aliena. Ex tabula ſequenti patet maxima cuiuſcumque Planetæ latitudo tam Borea quàm Auſtrina, ex hypotheſibus Lanſbergianis.

Interſectiones verò in quibus Planetæ ſunt latitudinis expertes, oppoſitæ inter ſe conſtituuntur. Atque limites ſeu flexuræ. Vbi maximam planetæ latitudinem ſortiuntur, ventres Draconis nuncupantur: Ita vt pars, quæ in Septentrionem tendit limes ſeu venter Boreus, ea verò quæ ad Meridiem limes ſeu Venter Auſtrinus vocatur. Nodi orbis Lunaris, ex Lanſbergij ſententia quotidiè in præcedentia feruntur 3′, 10″, 38‴ deſcribitur autem motus ☌ in Ephemeridibus, ex quo haud difficile locus ☌ in oppoſito ſigno reperitur. At reliquorum planetarum nodi tardiſſimè in conſequentia ad motum ſcilicet octauæ Sphæræ abſides proprias (niſi in ♆ cuius nodus eſt fixus) conſequuntur. Copernicus ex ſuis obſeruationibus nodos deprehendit mobiles, ſicut & abſides, quod ſanè omnes Aſtronomi confirmant.

	Maxima latitudo Borea.		*Maxima latitudo Auſtrina.*	
♄	3	2′	3	5
♆	2	4	2	7
♂	4	30	6	50
♀	6	22	6	22
☿	4	5	4	14
☽	5	0 in ☌ coniunctionibus		
☽	5	16 in □ quadraturis		

Cæterùm ratione latitudinis Planetæ dicuntur Aſcenden-

tes & Descendentes respectu poli Zodiaci arctici. Sunt enim Ascendentes, quando eorum latitudo Meridiana minuitur, & augescit Borealis. Ascendunt verò Planetæ à limite Australi vsque ad terminum Borealem; Descendentes è contrà, quando Borealis minuitur, & augetur Australis: deprimuntur enim à Boreali ad Australem terminum.

Declinatio est stellarum ab Æquatore versus alterutrius poli plagam, distantia; quæ duplex est, Borea & Austrina. Veteres & priſci Astronomi fixarum declinationem esse perennem ac immutabilem opinati sunt, sed recentiores, ex obseruationibus assiduis, comperierunt fixarum declinationes in motu secundo diuersè mutari, ita vt lapsu 100 annorum, nonnullarum declinationes augentur circiter 30 min. nonnullarum minuantur circiter 30 min. aliarum vix mutentur 2 min. nec dissimili modo Planetæ dicuntur Ascendere vel Descendere respectu declinationis. Nam dum stellæ ad arcticum æquinoctiale polum nobis conspicuum propius accedunt, in declinatione Ascendere dicuntur. E contrà Descendentes sunt, quando ab Arctico polo remouentur, & ad polum Australem tendunt. Hinc stellæ sunt nobis efficaciores cum versantur in latitudine & declinatione Boreali, quàm è contra in Australi, quoniam propius ad nos accedunt.

De variabili diuisione cæli, vnde Themata cælestia erigantur.

CAPVT VI.

IN hac diuisione cælum seu superficies cæli concaua concipitur distribui. Primò in duas medietates æquales diuisioni in signa Borealia & Australia correspondentes ope circuli Meridiani: Deinde beneficio eiusdem circuli Meridiani & Horizontis in quatuor dispescitur quadrantes, quadruplicibus anni temporibus, complexionibus, mundi plagis, & hominum ætatibus congruentes, ex Arabum sententia. Tum demùm quilibet quadrans à circulis positionis per puncta intersectionum eorumdem Meridiani & Horizontis traiectis; & sic dirimitur

cælum in 12 partes, quas Astrologi domus, seu domicilia vocant, quarum initium ab Orientali parte sumitur.

Primus itaque quadrans incipit ab angulo Orientali in Horizonte vsque ad Zenith, seu medium cæli, domos 12, 11, 10 complectens, & vocatur Orientalis, Masculinus, Vernalis, Puerilis, Sanguineus, primæ ætati conueniens: vnde subsolani venti spirant.

Secundus à M, C vsque ad Occidentem continens 9, 8, 7 domos; & vocatur Meridianus, fœmininus, æstiuus: Item cholericus, ex eo quod calidus & siccus sit.

Tertius qui est ab Occidentis angulo vsque ad imum cæli domos 6, 5, 4 comprehendit, & Occidentalis, masculinus, autumnalis, melancholicus, frigidus & siccus.

Quartus demùm includens 3, 2 & 1 domos, dicitur Septentrionalis, fœmininus, hyemalis, phlegmaticus, frigidus, humidus, ventis Aquilonaribus dicatus.

Porrò domorum aliæ sunt angulares seu Cardinales; aliæ succedentes, aliæ denique cadentes. Angulares quidem sunt prima, decima, septima, & quarta. Vbi stellarum vires sunt potentissimæ. Succedentes verò sunt secunda, quinta, octaua, & vndecima, quæ sic dicuntur, quoniam angulis quatuor prædictis succedunt, in quibus vires sunt mediocres. Postremò cadentes sunt, quæ ab angulis cadunt, vt tertia, nona, sexta & duodecima, vocantur etiam pigræ & deiectæ. Quia cum horoscopo nullam habent familiaritatem. Omnium autem domorum potentiores ex ordine dicuntur prima, decima, septima, quarta, vndecima, quinta, nona, tertia, secunda, octaua, sexta, duodecima.

De Planetarum dignitatibus in 12. Zodiaci Signis.

CAPVT VIII. ARTIC. I.


ASTrologi experientiâ quadam deprehenderunt, Planetas in Zodiaco quasdam peculiares sortiri ἐνεργείας seu dignitates, quibus præcipuè eorum vires augentur ac efficatiores fiunt; In aliis enim, atque aliis Zodiaci signis varios edunt effectus,

fectus, cùm propter familiaritatem cum illo signo, tum propter stellarum fixarum in eodem signo existentium qualitates, quæ planetarum qualitatibus, vel conueniunt, vel dissentiunt.

Sunt autem dignitates duplices; aliæ essentiales, aliæ accidentales.

Dignitates essentiales sunt septem, nimirum, Domus, Exaltatio, Triplicitas, Terminus, Carpentum, Persona, & Gaudium.

Sequitur figura duodecim domorum cum suis significatis.



De Planetarum domibus.

ARTIC. 2.

DOmus seu Planetæ domicilium est signum Zodiaci peculiare, in quo Planeta maximas vires exercet; vt enim quilibet domi suæ pro arbitrio omnia liberrimè gerit; sic repe-

riuntur quædam loca in quibus Planetæ propter qualitatum conuenientiam vires suas nullo impedimento exerunt.

Domum Solis statuunt esse, ♌ signum calidum, masculinùm & diurnum, quòd tùm calidæ aresscentisque naturæ, virumque masculinarum esset, tùm quia nullo è signo conuenientis secum omni è parte naturæ stabilisque qualitatis in terras nostras Sol radios rectiùs ac è propinquiori loco figeret.

Luna quasi humorum mater domicilium suum, in ♋ signo aqueo, fœminino & nocturno habet; siquidem in corpora humida & frigida suapte naturâ influit. Quando enim Luna in eo versatur, sibi idoneam reperit regionem; Itavt in subiectas terras perpẽdiculares radios diffundat, vnde maximas ad agendum vires tunc colligit. Cùm verò ex 12 signis duo potentiora, efficatioraque comperta sint ♋ & ♌; quippe cùm propiùs cæteris ad verticem nostrum accedant meritò ea luminaribus, tanquam præcipuis planetis assignarunt. Quapropter vt Soli assignatur ♌: Quoniam in eo Sol existens suas vires edit efficatiores, sic Lunæ ♋: Quoniam nobis est proximum, vbi Luna validiùs vires suas, *in hæc inferiora exerit.*

~~In hac inferiora exerit.~~ Cæterùm Zodiaci medietas ex ♌ per signa subsequentia ad Aquarij principium Soli ascribitur, Lunæ verò à ♋ per signa antecedentia in finem Aquarij.

Reliqua decem signa, quæ supersunt; cæteris planetis accommodata sunt eo quidem ordine, quem Planetæ in cælo respectu solis tenent, & singuli bina signa (ne signum aliquod tali dignitate destituetur) pro domiciliis possident. Cùm igitur satis constet, Mercurium esse, reliquis planetis soli proximiorem; quippè qui vltra 27 gradum à Sole non discedat, cui proximè succedit Venus, ea de causa Astrologis visum est, in signis vtriusque Solis & Lunæ Medietatis propinquioribus illorum sedes statuere, ac Mercurij in Virgine, Veneris in ♎, quæ signa Solaris quidem sunt semicirculi. At in Lunæ semicirculo, Mercurij in ♊, Veneris in ♉ domicilium collocare. Vt situs naturalis seruetur.

Sunt ergo signa domus ☿, ♓ & ♍, duplicia, iuxta Mercurij duplicitatem; signa verò ♀, ♉ & ♎. In quibus etiam ipsa videtur vires efficaciores ostentare.

Venerem sequitur Mars, cui tanquam infortunæ minori, ac

luminarium inimico signa his succedentia ♈ & ♎ pro domibus assignata sunt.

Quoniam hæc signa quadrato radio luminarium domos pulsant, Scorpio quidem domum Solis ☌; Aries verò ♋ domum ☽.

Huic Iupiter succedit, fortuna major, luminariumque amicissimus, cui data sunt signa fœcundiora, instar Iouis, ♐ ♓ luminarium domos trigona radiatione omnium optima respiciunt.

Postremo loco relinquitur ♄ infortuna major, qui cum proprium orbem omnibus remotiorem habeat, sitque luminarium inimicissimus, ob id reliqua signa vtpote ♑ & ♒, quæ sunt malefica, frigidissima, & hyberna, quippè quæ à luminarium signis & vertice nostro maximè remota, ac ipsorum luminarium domos radio pernicioſissimo & hostili oppositio affligentia, Iure optimo ei conueniunt. Habet autem planeta in domicilio suo constitutus, quinque dignitates essentiales.

At sciendum est domos oppositas domibus cuiuscumque Planetæ vocari detrimenta seu exilia. Quoniam (ratione contraria) ibi maximè eorum vires debilitantur: pugnant enim inter se signa opposita, qualitate diuersâ, & radio maximè infausto oppositio sese intuentur ac lædunt. Sicut enim Planetarum virtus efficatior redditur, quando cum cognatâ qualitate alicuius signi vnitur; Ita potentia seu vis Planetarum infringitur, quando in signis versantur contraria virtute pollentibus.

De Planetarum exaltatione.

Artic. 3.

Secunda Planetarum dignitas vocatur exaltatio, seu altitudo, in qua voce non intelligunt situm localem seu altiorem planetæ à terra, vel alio quouis puncto distantiam in suo deferente, vel Epicyclo, vt notat Pezelius, & alij, sed partem seu locum Zodiaci, in quo constitutus Planeta insignem virium suarum exaltationem seu incrementa recipit, & ob id euidentiorem mutationem in aëre, & aliis rebus inferioribus cum naturâ & qualitate sua congruentibus ciet, & excitat.

Dicitur ergo Sol exaltari in ♈ videlicet in primo signo; quoniam (vt inquit Pontanus lib. 1. cap. 13.) Cùm ad illud signum peruenerit, lætetur, & tanquam gaudio exiliat, vt qui & generationis regionem, & conuenientis secum naturæ signum sit ingressus, in quo & augere dies incipit, quos præsentia eius efficit, & calor viuificus Solis proprius, quo in subiecta corpora agit, singulis diebus incrementum accipit. Quantum autem virtutis cognata signi alicuius qualitas Planetis adiicit, tantùm proprij roboris, & oppositorum signorum contraria constitutio ijsdem adimit, atque ideo Sol in ♎ deijcitur. Et sic de reliquis signis sentiendum est, in quibus Planetæ hac dignitate pollent. Iuxta Tabellam sequentem.

♄ ♃ ♂ ☉ ♀ ☿ ☾	exaltatur in	♎ ♋ ♑ ♈ ♌ ♍ ♉	deijcitur in	♈ ♑ ♋ ♎ ♍ ♌ ♏

De Planetarum Triplicitate.

Artic. 4.

TErtia Planetarum dignitas vocatur Triplicitas seu Trigonus; estque politica planetæ constitutio, in aliquo Trigonorum suæ naturæ & qualitatibus conueniente.

Diuiduntur autem 12 signa in 4 Trigonos, in quorum quolibet reperitur signum mobile, fixum & commune: & maxima virtute pollet planeta, qui fixo dominatur.

Primus Trigonus est ♈, ♌, ♐, signa masculina continens, ideoque igneus dicitur; atque huius Triplicitatis Trigonocratores, seu Imperatores sunt ☉ interdiu, & ♃ de nocte. Vocatur à Ptolomæo Borrholybicus, ex Boreali, & Lybico seu vento Africo. Etenim ob ♐ domum ♃ Septentrionales ventos exci-

tat, cui etiam admiscentur Occidentales venti ob ♈ domum ♂, qui Solis loco succedit, siquidem Sol generalis ventorum causa ventos peculiares minimè sortitur.

Secundùs continet tria signa fœminina & nocturna ♉, ♍, ♑, & vocatur ab Arabibus terraneus, frigidus & siccus, cui præsunt ♀ & ☽, illa quidem in die, hæc verò in ~~die~~ nocte primatũ gerit.

Ptolomæus huic Trigono ventos assignat Notapelioticos seu Austrisolanos ex Austro, & Subsolano mixtos. Austros quidem seu Meridionales ob Venerem, quæ ♉ dominatur; Orientales verò ob ♑ cui Saturnus præest, qui in locum Lunæ succedit, cum ipsa propter generalem significationem, sicut Sol nullum specialem ventum habeat.

Tertius Trigonus complectitur ♊ ♎ ♒, & dicitur aëreus, cuius dominatores sunt ♄ & ☿: ille quidem in die, hic verò in nocte dominatum tenet. Hic Trigonus ex Arabum sententia est Occidentalis. Sed Ptolomæo Borrhapelioticus ex Borea & Subsolano mixtos. Saturnus enim ventos habet Orientales; ☿ autem est communis, propterea ♄ ei associatur Boreales contemporeneitatis causâ impertiens.

Quartus demùm Trigonus includit signa ♋, ♏, & ♓, & fœmineus, nocturnus & aqueus dicitur: habet Martem principalem dominum, qui signo fixo dominatur; sed in die illi adiungitur ♀, in nocte ☽. Arabibus æstimatur Septentrionalis. At rectiùs ex Ptolomæi sententia Notolybicus, seu Autriafricus; Quoniam ventos excitat inter Meridiem & occasum.

De Planetarum terminis.

Artic. 5.

TErmini seu Planetarum fines nihil aliud sunt, quàm certi ac definiti, insignes gradus, in quibus Planetæ, prærogatiuam quandam habent, ac fortiores existunt. Vt enim in distributione terrarum, atque agrorum Thusci, Vmbri, Campani, singuli Item populi fines habent suos, in quibus iurisdictionem liberiùs exercent; sic ad hanc fermè similitudinem singulæ stellæ erraticæ singulis in signis fines habent distributos, in quibus istæ positæ potentiores efficiuntur. Vnde con-

trouersia de terminorum ordine inter Chaldæos & Ægyptios magna est, in quo quidem negotio Pontanus ipse cum aliis omnibus neteoricis Ptolomæum Astrologorum omnium Coryphæum sequitur, qui pleniorem horum notitiam requiret, ipsum Ptol.consulat, & Pontanum lib. 1. cap. 23. & sequentibus. Vbi ratio de numero & ordine finium per singula Zodiaci signa commemorat. Quare nobis breuitati hoc loco studentibus tabulam præcipuarum dignitatum essentialium à recentioribus probatam apponere sufficiet. At notandum est, duo luminaria finibus carere; Quoniam finis seu terminus effectum specificat. Nam (inquit Pont.) cum regnare inter Planetas videantur, quid opus fuit certos eis fines decernere? Cùm signiferi totius imperium penes ipsos esse intelligeretur.

Cæterùm notandum est, hasce dignitates numeris exprimi ratione potentiæ, vel impotentiæ quam in quolibet cæli loco planetæ consequuntur, vt in figura cælesti. Planeta inter omnes fortior eligi possit, cuius vsus posteà patebit. In domo namque sua constitutus Planeta quinque dignitates obtinet, & fortunatus & potens statuitur, & vicissim in detrimento seu exilio existens 5 debilitateshabet,& debilis & afflictus censetur. In Exaltatione constitutus 4 ac todidem in casu. In Triplicitate 3. In termino 2. In facie vnam. In gaudio similiter vnam, quibus Origanus addit Decanos seu decuriones signorum, quam dignitatem vocat, decanatum, qua singuli Planetæ incipiendo à ♂ domino ♈ primi signi, & descendendo iuxtà ordinem redeundoque absoluta numeratione ad supremum Saturnum, denis signorum gradibus præsunt.

Tabula præcipuarum dignitatum essentialium.

1		5	4	3	2					1	5	5	4
Gaudia Planet	*Signa Zodiaci*	*Domus Planetarum*	*Exaltationes*	*Triplicitates Planetarum.*	*Termini seu fines Planetarum ex Sententiâ Ptolomæi.*					*Decuriæ seu Decani Planetarum.*		*Planetæ qui in nulla harum dignitatum reperiuntur, peregrinus appellatur, & quinque debilitates obtinet.*	*Casus Planet.*
	♈	♂ D	☉	☉.♆	0 ♆ 6	♀ 14	☿ 21	♂ 26	♄ 30	♂ 10	☉ 20	♀ 30	*Detrimentum. Exilium seu*
♀	♉	♀ N	♀	♀.☽	0 ♀ 8	☿ 15	♆ 22	♄ 26	♂ 30	☿ 10	☽ 20	♄ 30	♀ ♂
	♊	☿ D	♄	♄.☿	0 ☿ 7	♆ 14	♀ 21	♄ 25	♂ 30	♆ 10	♂ 20	☉ 30	♆ ♄ ♂
	♋	☾ D&N	♂	♂.♂	0 ♂ 6	♆ 13	☿ 20	♀ 27	♄ 30	♀ 10	☿ 20	30	
	♌	☉ D&N	☉	☉.♆	0 ♄ 6	☿ 13	♀ 19	♆ 25	♂ 30	♄ 10	♆ 20	♂ 30	♄ ♆ ♀
☿	♍	☿ N	♀	♀.☽	0 ☿ 7	♀ 13	♆ 18	♄ 24	♂ 30	☉ 10	♀ 20	☿ 30	
	♎	♀ D	♄	♄.☿	0 ♄ 6	♀ 11	♆ 19	☿ 24	♂ 30	☽ 10	♄ 20	♆ 30	♂ ♀ ☉ ☽
♂	♏	♂ N	♂	♂.♂	0 ♂ 6	♆ 14	♀ 21	☿ 27	♄ 30	♂ 10	☉ 20	♀ 30	
	♐	♆ D	☉	☉.♆	0 ♆ 8	♀ 14	☿ 19	♄ 25	♂ 30	☿ 10	20	♄ 30	♀ ☽
♆	♑	♄ N	♀	♀.☽	0 ♀ 6	☿ 12	♆ 19	♂ 25	♄ 30	♆ 10	♂ 20	☉ 30	
	♒	♄ D	♄	♄.☿	0 ♄ 6	☿ 12	♀ 20	♆ 25	♂ 30	♀ 10	☿ 20	☽ 30	☉ ♀ ☿
♄	♓	♆ N	♂	♂.♂	0 ♀ 8	♆ 14	☿ 20	♂ 26	♄ 30	♄ 10	♆ 20	♂ 30	

De Planetarum Carpentis.

ARRTIC 6.

CArpentum est Planetarum omnium nobilissima dignitas, quæ ex aliis simplicibus supra allatis componitur: dicitur autem Planeta esse in suo Carpento, vel Solio Regio, quando est in signo obliquo, vbi plures habet dignitates, vt in ♀ in ♉ existens, domum & triplicitatem habet: tunc enim in eis operandi facultas multiplicatur.

De Persona.

ARTIC. 7.

PLanetæ dicuntur esse in sua persona, quando singuli eo modo cum Sole aut Luna configurantur, quo domus

ipsorum respicit domum luminaris; Ita tamen vt ad Solem Occidentales, ad Lunam verò Orientales existant. Hanc Almugeam vulgares Astronomi, videre à facie ad faciem vocant. In Almugæa igitur Solis est Planeta, cùm à Sole ad Planetam tot numeratur signa iuxta signorum ordinem. Quot inter ☌ domum Solis, & domum istius Planetæ proximam intercipiuntur. Sic ♄ in sua est persona seu in Almugea solis quando quinque signis à sole s.s.s.distat. ♆ quando 4, ♂ 3, ♀ 2, ☿ 1.

Planetæ verò dicuntur esse in Almugea Lunæ, quando tot signis à loco Lunæ contra signorum ordinem distat, quot inter ♋ domum Lunæ & domum Planetæ proximum continentur, veluti ♄ domus proxima à ♋ procedendo contra signorum successionem est signum ♒ quod à ♋ quinque signis abest. ♆, ♓ quod 4. ♂, ♈ quod 3. ♀, ♉ quod 2. ☿, ♊ quod signo vno distat.

De Planetarum Gaudio.

Artic. 8.

HÆc dignitas variè ab Astrologis sumitur, sed hîc Origanum & Christoph. Pezelium sequemur, qui planetis 5 ipsam tribuunt; quòd quilibet eorum duo habeat domicilia, vnum in signo masculino, alterum in fœminino quorum principalius, reputatur illud quod naturæ & sexui planetæ conuenit, ac proinde in eo gaudium habet. Vt ♄ planeta masculinus duo habet domicilia nempe in ♑ fœminino, & in ♒ masculino. In hoc propterea tanquam principali signo naturæ & sexui congruente gaudium obtinet. ♆ in ♐. ♂ in ♏. ♀ in ♉. ☿ in ♍.

De Planetarum dignitatibus accidentalibus.

CAPVT VIII.

DIgnitas seu Planetarum potestas accidentalis est, quæ Planetis non ratione propriæ naturæ, sed cuiuspiam accidentis gratiâ, ipsis vel respectu positus ad Solem, vel ob motum

tum proprium in suis orbibus, vel etiam inter se configurationem tribuitur. Recensebimus autem eas ordine ad Origani mentem. Primò respectu positus planetarum ad Solem, deinde respectu eorum motus, & denique ratione conspectuum.

Planetæ autem ratione positus ad Solem differentiam sextuplicem sortiuntur.

1. Primò enim planetæ dicuntur esse in Cazimi seu corde solis. 2. Combusti. 3. Sub radiis oppressi. 4. à combustione & radiis Solis liberi. 5. Luna lumine aucta, vel diminuta. 6. Orientales, vel Occidentales.

1. In corde Solis planeta versari dicitur, quando planeta Soli, corporaliter ante & post iungitur inter 16 minuta secundùm longitudinem & latitudinem, seu tanto spatio quantum vtriusque semidiametri conficiunt. Vt verbi gratia: si in themati aliquo cælesti Sol constituitur in 19 gradu ♈, vel alterius signi, & ♀ in 9 gr. 15′, tunc ♀ diceretur esse in Cazimi seu corde Solis. Atque in tali situ planeta quinque dignitates adipiscitur.

2. Combustus planeta reputatur, quando minus sui orbis medietate à Sole distat. Medietates orbium Planetarum hac subsequenti tabella *innotescent*.

Medietas orbis seu lucis { ♄ ♃ ♂ ☉ ♀ ☿ ☽ } est ante & post { 9 9 8 15 7 7 12 } gradus

3. Sub radiis oppressus planeta dicitur, quando à sole distat antè vel post plus sui orbis medietate, sed tamen intra spatium quod aggregatum orbium vtriusque componit, nempe intra 15 gradus qui quidem orbis solis medietatem constituunt. Atque hac ratione planeta 4 debilitates percipit.

4. Liber à combustione & radiis planeta est, cùm à sole abest antè vel post plus 15 gradibus, seu medietate orbis solis. Ac tum planetæ quinque dignitates, seu fortitudinis testimonia assignantur.

5. Luna lumine aucta dicitur, cùm post coniunctionem cum sole illuminata proficiscitur ad solis oppositionem.

Diminuta verò seu decrescens, cum eius lumen ab oppositione cum sole vsque ad coniunctionem decrescit. Atque lumine aucta dignitates 2, contrà verò decrescens totidem debilitates habet.

6. Orientales à Sole planetæ dicuntur tres superiores à coniunctione ipsorum cum sole vsque ad oppositionem, hoc est dum descendentem Epicycli medietatem perambulant, & mane antè solis ortum oriuntur, sic constitutus planeta duas obtinet dignitates. E contrà sunt Occidentales à Sole quando apparent supra Horizontem post solis occasum, ab oppositione ad coniunctionem, atque hoc modo duas habent debilitates.

Si verò ♀ & ☿ à sole Orientales fuerint, etiam duo debilitatis testimonia habent. At si Occidentales, duo fortitudinis testimonia consequuntur.

Deinde planetæ respectu eorum motus dicuntur, Directi, Retrogradi, Veloces, Tardi, & Stationarij.

Directus planeta 4 dignitates habet. Retrogradus 5. Velox cursu 2. Tardus aut Stationarius duo debilitatis testimonia habet.

Denique configurationes seu aspectus ad Occidentales quoque Planetarum dignitates referuntur, qui nihil aliud sunt quam interualla in Zodiaco considerata, in quibus planetæ sibi mutuò virtutes suas communicare, aut è contra mutuò affligere possunt. Equidem Astrologiæ maxima pars in configurationum consideratione versatur: ex congressibus enim & aspectibus stellarum non modo calor & lux augentur ☉ minuuntur, temperantur, vnde certa rerum inferiorum mutatio dignoscitur; sed etiam situs, temperies, respectus partium inter se, & ad alias mundi partes regulam assumunt, de quibus doctè disserit Campanella lib. 1. cap. 10. Numerantur autem vulgò quinque, Sextilis, Quadratus, Trinus, Oppositio, & coniunctio at licet coniunctio propriè non sit aspectus; habet tamen inter aspectus virtutem omnium maximam.

Sextilis aspectus est distantia planetarum vel cæli punctorum in Zodiaco sextam circuli partem continens. Hoc est, quando inter se duobus signis completis, siue 60 gradibus distant: & sic pingitur ⚹. censetur hic aspectus mediocriter bo-

nus, cum signa hoc interuallo à se inuicem distantia sexu & natura conueniunt.

Quadratus aspectus est, cum duo planetæ interuallo trium signorum, quæ circuli quadrantem, siue 90 gradus efficiunt, sese mutuò respiciunt: & sic notatur □.

Trinus aspectus est, quando planetarum vel punctorum cæli in Zodiaco distantia trientem circuli, id est 120 gr. seu 4 signa complectitur: Vnde notam triangularem habet sic △.

Oppositus aspectus, est cùm, distantia planetarum vel cæli punctorum circuli medietatem, id est 180 gradus, seu 6 signa comprehendit: & signatur sic ☍.

Coniunctio est duorum planetarum in eodem signo, vel gradu constitutio.

Quoniam autem rarò contingit, vt planetæ tanto præcisè interuallo sub Zodiaco inter se distent, quantum ad aspectus illius constitutionem requiritur, ea de causa in partiles & platicos diuiduntur.

Partilis aspectus dicitur, cùm à stella ad stellam numerantur tot cæli partes, quot ad configurationem requiruntur, vt in ✶ 60, in □ 90, &c. Et hic aspectus aliquando est secundùm longitudinem & latitudinem. Sed in coniunctione requiritur vtraque eadem. In oppositione verò eadem longitudo, sed non latitudo: alt[illegible]nim Austrina existente debet altera esse Borealis, vt sit [illegible] opposita. In Trigonis autem requiritur contraria latitudo, sed inæqualis, videlicet quanta est medietas latitudinis stellæ. Sextilis verò eadem debet esse latitudo, sed inæqualis, quanta scilicet est medietas latitudinis stellæ. In Quadratis nulla obseruatur latitudo; cùm semper incidant in Ecliptica partiliter. *Campanella lib. 1. Astrol. c. 10.*

Platicus Aspectus est, quando non corpore sed lumine iunguntur, aut cum inter aspectum planetarum, tot gradus non intercipiuntur, quot eorum aspectus requirit, sed intra orbium amborum medietatem. At notandum est aspectus partiles semper esse Platicis efficatiores, ac eorum effectus longiori tempore manere atque platicorum efficaciam, tantùm intra quantitatem medietatis suorum orbium quos supra subiecimus inter se commiscere. Quoad verò stellarum fixarum orbes, Astronomi primæ magnitudinis stellarum fixarum orbis me-

dietati assignant 7 gr. 30′: Secundæ 5 gr. 30′. Tertiæ 3 gr. 30′. Quartæ 1 gr. 30′: reliquæ minores non expenduntur.

Porrò hi aspectus rursus diuiduntur in dextros & sinistros.

Dextri Aspectus dicuntur, cum Planeta, quem aspicit alius, ab eo contra signorum seriem distat.

Sinistri autem cùm distantia illa est iuxtà signorum successionem. Et eadem ratione sinistri aspectus dextris cẽsentur validiores, cùm in sequentia signa proijciantur, versus quæ, & ipsa Planetarum corpora motibus suis propriis feruntur.

Rursus diuiditur aspectus Platicus in applicationem & defluxum seu separationem.

Applicatio fit, quando planeta leuior tantum à ponderosiori distat, quantum eius radij extenduntur. Vt si ♃ collocetur in primo Tauri gradu, & ♄ in 9 gradu: Iupiter hoc in casu proijciens radios suos 9 gradus antè, & retrò, dicitur applicari Saturno, & eius coniunctionem petere.

Defluxus verò est eiusdem recessus. Hoc est, quando planeta planetæ coniunctus ab eo per quantitatem graduum suorum radiorum abest. Quare à fixis & tardis fit defluxus, & ad easdem applicatio, quæ quidem est defluxu fortior, & quo magis ad coniunctionem accedit, eo validior & efficatior vtraque est.

At obseruandum applicationes & defluxus, vel esse inter duos Planetas, vel tres, vel plures.

Duorum Planetarum applicatio & defluxus 4 modis contingere potest.

Primò quidem quando vterque planeta est directus, & leuior in paucioribus gradibus tardiore; tunc enim tardioris applicationem poscit. Defluxus verò, cum vterque directus, velocior in pluribus separatur, & in dies defluit à tardiore.

Secundò, quando vterque est retrogradus, sed leuior in pluribus signis gradibus, sua velocitate tardiorem assequitur. Si verò in paucioribus extiterit, defluxus est.

Tertiò est applicatio mutua, cum alter directus est in paucioribus: alter retrogradus in pluribus, & sibi mutuò occurrunt. Hoc est quando planeta anterior motu directo applicatur sequenti retrogrado: Defluxus verò directus est in pluribus, & retrogradus in paucioribus.

Quartò, quando velocior retrogradus est in pluribus gradibus, & in pluribus partibus occurrit tardiori directo. Defluxus verò fit, vel quia leuior est in paucioribus gradibus, & retrograditur; vel quia retrocessit antequam perueniat ad coniunctionem, aut aspectum. applicatio fit,

In Aspectibus trium planetarum multæ contingunt species applicationis & defluxus, nimirum luminis translatio, redditus luminis, collectio, prohibitio, translatio, perturbatio, abscissio.

Regiom. l. 16. Translatio luminis vel naturæ, duobus modis. Primò quando planeta velox à tardiore separetur, de hinc alteri iungatur, ac tum primus transfert naturam secundi ad tertium.

Deinde, quando leuis planeta ponderoso iungitur, & ponderosus ille adhuc alteri planetæ inngitur, & tunc planeta ponderosus transfert leuis naturam ad eum, cui iungitur.

Exempli gratia: Ponamus quòd Luna Iouem aspiciat, & Iupiter quoque Saturnum, in hoc casu Iupiter lumen Lunæ ad Saturnum transfert.

Redditio luminis seu virtutis fit, quando Planetæ mittunt lumen vni tertio debili, combusto, vel retrogrado, qui tertius, ob debilitatem eorum virtutes retinere non valens, lumen eisdem planetis reddit.

Exempli gratia: Sit Sol in ♑, & Venus in ♏, & in nullo Aspectu, & Mars in ♋, Solem aspectu ☍ aspiciens, & Venerem △: Hoc in casu Mars Solis lumen recipit, & Veneris, & lumina seu eorum virtutes ad circuli locum reddit in quibus proijciuntur radij Martis scilicet ad Virginem, Libram & Scorpionem: aspiciet enim Mars Virginem Sextili, Libram Quadrato, & Scorpionem trino aspectu.

Collectio luminis fit quando Planetæ duo haud se intuentur, & tertius leuior est in gradibus pluribus, & se simul ab vtroque seiungit.

Prohibitio luminis, duobus sumitur modis. Primò, cum Planeta tardus inter duos leuiores in eodem signo diuersisq; gradibus reperitur, tunc enim lumen inter eos communicari prohibet. *Vt si Saturnus* in 22 gradu Scorpij fuerit, & Iupiter in 13 gradu signi eiusdem, ☽ quoque in 18 eiusdem signi gradu. In hoc casu ♄ petit Saturno coniungi, quam coniunctionem Luna in medio existens, prohibet, atque talis prohibitio iuuat,

quando leuiorum coniunctio esset mala; nocet, quando ~~mala~~ bona.

Secundò, quando Planetæ duo in vno signo versantur, ita vt leuior ponderosiori iungatur, & alter planeta eidem ponderoso planetæ iungatur aspectu seu radio; tunc prohibetur à leuiori copula aspicientis radio, si eorum gradus fuerint æquales. Quòd si aspiciens est in pluribus ad ponderosum gradibus, leuioris lumen prohibebit, quoniam corpus radio maius est. *Veluti si Saturnus* versetur in 12 gr. ♍ & ♂ in 8 gr. eiusdem signi, ♄ autē partiliter ♂ radio trigono; nempe ex Tauro ad 8 Virginis gradum, hoc loco Mars leuior prohibet Iouis aspectum. Quòd si Iupiter proijceret radios ad nouum Virginis gradum aspiceret Saturnum, & Martis coniunctionem prohiberet. Si verò Iupiter radios proijceret ad 7 Virginis gradum, tunc diceretur Mars Saturno coniungi, & Iouis aspectum prohibere.

mag. 29. l. 10. Translatio luminis aut virtutis duobus fit modis. Primo, cùm planeta leuis à ponderoso separetur, & alteri iungatur, & tunc naturam illius, à quo separatur, ad illum transfert, cui iungitur. Secundo, quādo leuis planeta ponderoso iungitur, & ponderosus ille adhuc alteri planetæ iungitur, tunc planeta ponderosus naturam seu eius virtutem transfert ad eum cui iungitur.

Perturbatio seu contrarietas fit, quando duo planetæ, quoad motum naturalem sibi applicant, & antequam fiat applicatio, tertius planeta ponderosus existens in pluribus vtroque gradibus, iungit se prius tardiori, siue hunc ille per retrocessionem, siue per tarditatem attingerit. Tunc enim sese inter duos primos interponens, eorum coniunctio perturbari dicitur.

Verbi gratia: Si Iupiter esset in gradu 10 ♍. ♄ in 8 gradu eiusdem. ♂ in 12 gradu ♍ ♄. in tali constitutione Iupiter tendit ad coniunctionem Saturni: At antequam Saturno iungatur, Mars retrocedere incipit, & prius ad Saturnum retrocedendo venit, postea ad Iouem, & sic coniunctio Iouis & Saturni perturbatur.

Abscisio luminis dicitur quando duo tardi ad coniunctionem properant, & tertius leuis in paucioribus gradibus existens ad ponderosi coniunctionem tendit; sed antequam ei iungatur; ponderosus ille ponderosiori planetæ iungitur, & sic ponderosior lumen ponderosi à leui abscindit.

Vt si ♂ fuerit in sexto gradu ♈, ♆ in 9. ♄ in 10. Mars hoc loco ad coniunctionem Iouis tendit, & Iupiter coitum Saturni petit; sed antequam Mars Ioui iungatur, Iupiter Saturno iungitur, & hoc modo Saturnus Lumen Iouis à Marte leui abscindit.

Reperiuntur & aliæ affectiones applicationum & defluxuum, nempe Frustratio, Refrenatio, Vacuitas cursu, Ferilitas, Pulsatio, Receptio & Obsessio.

Frustratio fit, quando planeta leuis ad ponderosi coniunctionem properat, in extremo signi & antequam ei iungatur, ipse ponderosus ingreditur aliud signum in cuius principio sunt radij alterius planetæ, quibus iungitur, ac tum radiis planetæ locum ipsum aspicientis iungitur, antequam ad ponderosi coniunctionem perueniat, & sic dicitur talis coniunctio frustrari.

Vt si ♆ esset in 30 gradu, ☌ & ♂ in 23 petens coniunctionem ♆, & antequam ei coniungatur, Iupiter ipse ingreditur Virginis signum, cuius signi primum gradum Saturnus respiciat; tunc Mars è Leone exiens, prius radiis Saturni iungitur; sicque Martis & Iouis coniunctionem reddit frustratoriam.

Refrenatio est, quando leuis petens alterius coniunctionem fit retrogradus antequam coniungatur.

Vacuus cursu dicitur cùm defluens ab altero nulli iungitur, vel radios iuxta orbis proprij luminis terminos.

Feralis seu agrestis dicitur, quando planeta, solus est in aliquo signo absque vllo planetarum aspectu.

Pulsatio, seu naturæ missio, duplex; vna quidem, quando planeta in alterius dignitate existens, ipsum aspicit, tunc enim naturam illius dignitatis ad suum dominum mittit. Altero verò, quando leuis in propria dignitate existens tardiorem in loco velocioris nullam dignitatem obtinentem aspicit: tunc enim leuis propriam ponderoso mittit.

Receptio duplex est, vna dicitur Receptio ex domicilio, altera, receptio ex exaltatione. Receptio ex domicilio fit, cum planetæ signa, in quibus domicilia sua habent, hoc modo permutant; Vt si ☉ in ♈ domicilio ♂ constituatur, Mars vicissim in ☌ domicilio ☉ existat.

Receptio verò ex exaltatione fit quando planetæ signa, in qui-

bus exaltantur, permutant: Vt si ♆ in ♎ versetur exaltatione Saturni, & ♄ in ♋ hæreat exaltatione ♆.

Obsessio fit, cum planeta à duobus corpore vel radio circumdatur, hæc obsessio est pessima, si ab infortunis fit. At si à beneficis aliquis maleficus obsessus sit, maximè debilitatur, sed non absque beneficarum detrimento.

De diei noctisque quantitate, ac Solis ortus inquisitione.

CAPVT IX.

RAtionem supputandi quantitatem dierum fundamentalem part. 2. doctrinæ primi mobilis dedimus; Iam verò hîc modum idem præstandi per Tabulam quantitatis arcus semidiurni, vel seminocturni sequentem tradere intendimus. At antequam huius rei inquisitionem aggrediamur, nobis primùm Tabulæ ordinem exponere videtur opportunum, qui quidem hic est.

Primò in qualibet facie tres sunt Tabellæ totidem Poli eleuationibus inseruientes à gr. 38 vsque ad 55 in Tabulæ frontispicio notatis.

Deinde in vnaquaque earum duo signorum quadrantes in fronte notantur; Primus quidem Vernalis ♈, ♉, ♊, alter verò Autumnalis ♎, ♏, ♐. In calce autem ponuntur duo reliqui, nempe quadrans Æstiuus ♋, ♌, ♍, & Hybernus ♑, ♒, ♓. Postea à lateribus tùm ad sinistram tùm dextram continentur gradus singulis Zodiaci signis communes, quorum quidem latus sinistrum à frõte seu gradu 0, ad 30 superioribus signis; dextrum verò latus (vbi gradus à pede ad caput ascendunt) inferioribus signis inseruiunt: & tandem area seu angulus communis quantitatem temporis semidiurni, aut seminocturni ostendit.

Vt igitur quantitas diei noctisque ad quocumque tempus datum inquiratur. Primò colligendus est solis locus ex Ephemeridibus ad diei dati Meridiem, quo adquisito consulenda est Tabula quantitatis dierum sub dati poli altitudine; Tum verò in fronte tabulæ, vel in calce quærendum est signum; At gradus à

dus à latere sinistro ad partem descendentem, si signum in fronte fuerit; vel à latere dextro ad partem ascendentem, si signum repertum in calce extiterit. E regione namque illius gradus signi in quo sol versatur statim tibi patebit in area arcus semidiurnus, si signum fuerit Septentrionale, vt ♈, ♉, ♊, ♋, ♌, ♍: & seminocturnus si Meridionale, vt ♎, ♏, ♐, ♑, ♒, ♓.

Quòd si præter integros loci solis gradus minuta aliqua adhæreant, vt sæpè contingit, sumenda est pars proportionalis cum differentia anguli sequentis, quæ vni gradui competit, quam adiicies, vel adimes prout arcus crescit, vel decrescit. Cognito autem arcu semidiurno, si eundem ab horis 12 subduxeris, prodibit arcus seminocturnus. Contra verò si seminocturnus cognitus pariter à 12 horis subducatur, arcus semidiurnus relinquetur.

Exempli gratia: Proponatur inquirenda quantitas diei anno 1637, die sexta Augusti ad poli eleuationem 49 gr. quo die Sol in Ephemeridibus reperitur in 14 gr. 2′. ♌, cum quo signo Tabulam quantitatis dierum ingredior sub altitudine polari 49, & è regione 14 gr. In ordine graduum ascendentium à parte dextra, reperio arcum semidiurnum 7 h. [illegible]′, quo subducto ab horis 12 remanent 4 horæ [illegible]′, pro arcu seminocturno.

h	′		h	′
12	0	medietas diei ciuilis seu naturalis		
7	[illegible]	arcus semidiurnus, qui duplicatus prodit quantitas diei artific.	14	[illegible]
restat 4	[illegible]	arcus seminoct. cuius duplum ostendit noctis artific. quant.	9	[illegible]

E contrà si arcus seminocturnus auferatur ab horis 12, remanebit arcus semidiurnus.

De vario anni dęique principio, ac horarum numeratione, & quomodo singulæ horarum species in Astronomicas reducantur, vt Ephemeridum vsui congruant.

CAPVT X.

QVadruplex anni principium apud Veteres reperitur, nempe iuxta Hebræos, Arabes, Romanos & Astronomos.

1. Hæbrei namque ab Autumni principio, nimirum à Solis ingressu in primum gradum ♎; Siquidem mundi creationem

in ipso signo factam fuisse æstimabant. Iuxta sacram Script. Genes. 1. *Germinet herbam virentem, & facientem semen, &c.*

2. Arabes verò ab æstatis initio, nempe Sole primum ♋ gradum occupante annum incipiebant, ob vicinitatem solis in ♌ domo propria, in qua (vt ipsi opinantur) creatus fuit.

3. Romani autem à Ianuarij Kalendis, propter vicinitatem principij hiemis, scilicet ingressus Solis in primum ♑ gradum, in quo sol existens incipit ad eorum Hemispherium versus Zenith ascendere; Cùm verò mundi Saluator eodem tempore natus sit; idcirco Ecclesia Romana semper idem anni principium seruat.

4. Astronomi tandem ab Æquinoctio Vernali, nimirum ab ingressu solis in ♈, initium anni inchoant; quandoquidem omnia tunc oriri & crescere incipiunt; ex quo Astrologi tenent mundum sole in primo gradu ♈ versante fuisse creatum; quod confirmant Scripturæ eiusdem auctoritate, Exod. 12. *Mensis iste vobis principium mensium primus erit in mensibus anni*, loquendo de mense Martio, in quo est veris principium.

Cùm autem Meridianus & Horizon 4 principalia puncta, seu mundi angulos, nempe Orientem, Occidentem, Meridiem, & Mediam noctem determinent, quæ quidem 4 puncta, diem naturalem in 4 partes dirimunt. Vt verò 4 varia fuere anni principia propter quatuor puncta in solis ingressu principalia; Ita quoque hi 4 anguli cæleſtes dierum ciuilium species quatuor pepererunt: quædam enim nationes ne ex aliis aliquid pendere videantur, vel ob aliquam causam suo quodam instituto, aut legibus, aut religioni inseruientem, non solùm anni principium sed etiam diei naturalis 24 horarum singulatim statuerunt.

Persæ namque, Babylonij & Græci quos nunc imitantur insulæ Baleares (vt notat Clauius in Sphæram, nempe Maiorica & Minorica à Solis ortu ad alterum ortum diem incipiunt. Athenienses quos etiam nunc Itali sequuntur diem à Solis occasu ad alterum occasum inchoant; Ægyptij & olim Romani à media nocte in alteram, vt in Gallia, & compluribus aliis regionibus.

Astronomi denique diem, à Meridie ad alterum Meridiem computant: idque propter habitudinem circuli Meridiani ad Horizontem. Quoniam sol & astra eodem semper modo se ha-

bent respectu Meridiani in omni regione; non autem respectu Horizontis, qui ratione diuersæ eleuationis Poli supra Horizontem variatur, vnde præcipua dictum naturalium inæqualitas oritur. Meridianus enim æquales vndique rectos, angulos cum Æquatore constituens, vices Horizontis recti gerit. Quare Astronomi Iure optimo diem incipiunt, eo momento quo Solis centrum lineam Meridianam tangit, cuius respectu Ephemerides omnes supputantur, quibus si vti velimus, necesse est, vt reliquæ horarum species pro diuersis initiis sumptæ in horas Astronomicas reducantur, vt Ephemeridum calculo cõgruant. Verùm cum in hoc negotio nulla reperiatur difficultas, Sola exemplorum inspectione contenti erimus.

Dies	h.	′	
13	9	30	à media nocte, seu ante Meridiem
	12	0	addendæ, at eius loco subtrahitur 1 dies, vt
red. sit 12	21	30	post Meridiem.

Dies	h	′	
12	5	27	ab ortu Solis
	24	0	horæ 24 addendæ, vt ab illis subduci possit ar-
11	29	27	summa, dempto vnico die [cus semid.
	7	36	Arcus semidiurnus subtr.
11	21	51	hora post Meridiem.

Exemplum. Quando Sol est in 4 gr. ♌ ad Poli eleuat. 49. gr.

D	h	′	
	8	34	horæ ab occasu, seu Horologij Italici.
	7	35	arc. semid. addendns,
	16	9	horæ post Meridiem quæsitæ.

Aliud Exemplum. Vbi Sol est in 3 gr. eiusdem.

	h	′	
	18	40	horæ Horologij Italici
	7	36	arcus semidiurnus add.
	26	16	horæ à Meridie
	24	0	subtr.
	2	16	horæ post Meridiem quæsitæ.

Eleuatio	38						39						40						Poli
Grad. loci Solis	Semidiurna ♈		♉		♊		Semidiurna ♈		♉		♊		Semidiurna ♈		♉		♊		Grad. loci Solis
	Seminocturna ♎		♏		♐		Seminocturna ♎		♏		♐		Seminocturna ♎		♏		♐		
	H	′	H	′	H	′	H	′	H	′	H	′	H	′	H	′	H	′	
0	6	0	6	37	7	7	6	0	6	38	7	9	6	0	6	39	7	12	30
1	6	1	6	38	7	8	6	1	6	39	7	10	6	1	6	40	7	13	29
2	6	3	6	39	7	8	6	3	6	40	7	11	6	3	6	42	7	13	28
3	6	4	6	40	7	9	6	4	6	41	7	12	6	4	6	43	7	14	27
4	6	5	6	41	7	10	6	5	6	42	7	13	6	5	6	44	7	15	26
5	6	7	6	42	7	10	6	7	6	44	7	13	6	7	6	46	7	16	25
6	6	8	6	43	7	11	6	8	6	45	7	14	6	8	6	47	7	17	24
7	6	9	6	44	7	12	6	9	6	46	7	15	6	9	6	48	7	18	23
8	6	10	6	46	7	12	6	11	6	47	7	15	6	11	6	50	7	18	22
9	6	11	6	47	7	13	6	12	6	48	7	16	6	12	6	51	7	19	21
10	6	12	6	48	7	14	6	13	6	49	7	16	6	13	6	52	7	19	20
11	6	14	6	49	7	14	6	14	6	51	7	17	6	15	6	53	7	20	19
12	6	15	6	50	7	15	6	15	6	52	7	17	6	16	6	54	7	20	18
13	6	16	6	51	7	15	6	16	6	53	7	18	6	17	6	55	7	21	17
14	6	18	6	52	7	16	6	18	6	54	7	18	6	19	6	56	7	21	16
15	6	19	6	53	7	16	6	19	6	55	7	19	6	20	6	57	7	22	15
16	6	20	6	54	7	16	6	20	6	56	7	19	6	21	6	58	7	22	14
17	6	21	6	55	7	17	6	22	6	57	7	20	6	23	6	59	7	23	13
18	6	22	6	56	7	17	6	23	6	58	7	20	6	24	7	0	7	23	12
19	6	23	6	57	7	17	6	24	6	59	7	20	6	25	7	1	7	23	11
20	6	25	6	58	7	18	6	26	7	0	7	20	6	27	7	2	7	24	10
21	6	26	6	59	7	18	6	27	7	1	7	21	6	28	7	3	7	24	9
22	6	27	7	0	7	18	6	28	7	2	7	21	6	29	7	4	7	24	8
23	6	29	7	1	7	19	6	30	7	3	7	21	6	31	7	5	7	25	7
24	6	30	7	2	7	19	6	31	7	4	7	22	6	32	7	6	7	25	6
25	6	31	7	3	7	19	6	32	7	5	7	22	6	33	7	7	7	25	5
26	6	32	7	3	7	19	6	33	7	6	7	22	6	35	7	8	7	25	4
27	6	33	7	4	7	19	6	34	7	7	7	22	6	36	7	9	7	25	3
28	6	34	7	5	7	19	6	35	7	8	7	22	6	37	7	10	7	25	2
29	6	36	7	6	7	19	6	37	7	8	7	22	6	38	7	11	7	26	1
30	6	37	7	7	7	19	6	38	7	9	7	22	6	39	7	12	7	26	0
Descendentes	♍		♌		♋		♍		♌		♋		♍		♌		♋		Ascendentes
	Semidiurna						Semidiurna						Semidiurna						
	♓		♒		♑		♓		♒		♑		♓		♒		♑		
	Seminocturna						Seminocturna						Seminocturna						

Eleuatio	41						42						43						Poli
Grad. loci Solis	Semidiurna ♈		♉		♊		Semidiurna ♈		♉		♊		Semidiurna ♈		♉		♊		Grad. loci Solis
	Seminocturna ♑		♏		♐		Seminocturna ♑		♏		♐		Seminocturna ♑		♏		♐		
	H	′	H	′	H	′	H	′	H	′	H	′	H	′	H	′	H	′	
0	6	0	6	41	7	15	6		6	42	7	17	6		6	44	7	20	30
1	6	1	6	42	7	16	6		6	43	7	18	6	1	6	45	7	21	29
2	6	3	6	44	7	17	6		6	45	7	19	6	3	6	47	7	22	28
3	6	4	6	45	7	17	6	4	6	46	7	20	6	4	6	48	7	23	27
4	6	5	6	46	7	18	6	6	6	47	7	21	6	6	6	49	7	24	26
5	6	7	6	47	7	19	6	8	7	49	7	22	6	8	6	51	7	25	25
6	6	8	6	48	7	19	6	9	6	50	7	23	6	9	6	52	7	26	4
7	6	9	6	49	7	20	6	10	6	51	7	24	6	10	6	53	7	27	3
8	6	11	6	51	7	21	6	12	6	53	7	24	6	12	6	55	7	27	22
9	6	12	6	52	7	21	6	13	6	54	7	25	6	13	6	56	7	28	21
10	6	14	6	53	7	22	6	14	6	55	7	26	6	15	6	57	7	29	20
11	6	15	6	55	7		6	16	6	57	7	26	6	17	6	59	7	29	19
12	6	17	6	56	7		6	17	6	58	7	27	6	18	7	0	7	30	18
13	6	18	6	57	7		6	18	6	59	7	27	6	19	7	1	7	31	17
14	6	20	6	58	7	24	6	20	7	0	7	28	6	21	7	3	7	31	16
15	6	21	6	59	7	25	6	21	7	1	7	28	6	22	7	4	7	32	15
16	6	22	7	0	7	25	6	23	7	2	7	29	6	24	7	5	7	32	14
17	6	24	7	2	7	26	6	25	7	4	7	29	6	26	7	6	7	32	13
18	6	25	7	3	7	26	6	26	7	5	7	30	6	27	7	7	7	33	12
19	6	26	7	4	7	26	6	27	7	6	7	30	6	28	7	8	7	33	11
20	6	28	7	5	7	27	6	29	7	7	7	30	6	30	7	10	7	33	10
21	6	29	7	6	7	27	6	30	7	8	7	31	6	31	7	11	7	34	9
22	6	30	7	7	7	27	6	31	7	9	7	31	6	32	7	12	7	34	8
23	6	32	7	8	7	28	6	33	7	10	7	31	6	34	7	13	7	34	7
24	6	33	7	9	7	28	6	34	7	11	7	32	6	35	7	14	7	35	6
25	6	34	7	10	7	28	6	35	7	13	7	32	6	37	7	15	7	35	5
26	6	36	7	11	7	29	6	37	7	14	7	32	6	39	7	16	7	35	4
27	6	37	7	12	7	29	6	38	7	15	7	32	6	40	7	17	7	35	3
28	6	38	7	13	7	29	6	39	7	16	7	32	6	41	7	18	7	35	2
29	6	40	7	14	7	30	6	41	7	16	7	32	6	43	7	19	7	36	1
30	6	42	7	15	7	30	6	42	7	17	7	32	6	44	7	20	7	36	0
Descendentes	♍		♌		♋		♍		♌		♋		♍		♌		♋		Ascendentes
	Semidiurna						Semidiurna						Semidiurna						
	♓		♒		♑		♓		♒		♑		♓		♒		♑		
	Seminocturna						Seminocturna.						Seminocturna						

Eleuatio	44						45						46						Poli
Grad. loci Solis	Semidiurna ♈		♉		♊		Semidiurna ♈		♉		♊		Semidiurna ♈		♉		♊		Grad. loci Solis
	Seminocturna ♎		♍		♐		Seminocturna ♎		♍		♐		Seminocturna ♎		♍		♐		
	H	′	H	′	H	′	H	′	H	′	H	′	H	′	H	′	H	′	
0	6	0	6	45	7	23	6	0	6	47	7	26	6	0	6	49	7	30	30
1	6	1	6	47	7	24	6	2	6	48	7	27	6	2	6	50	7	31	29
1	6	4	6	48	7	25	6	3	6	50	7	28	6	3	6	52	7	32	28
3	6	5	6	50	7	26	6	5	6	51	7	29	6	5	6	53	7	33	27
4	6	6	6	51	7	27	6	7	6	53	7	30	6	7	6	54	7	34	26
5	6	8	6	53	7	28	6	8	6	54	7	31	6	8	6	56	7	35	25
6	6	9	6	54	7	29	6	10	6	56	7	32	6	10	6	57	7	36	24
7	6	11	6	55	7	30	6	11	6	57	7	33	6	12	6	59	7	37	23
8	6	13	6	57	7	30	6	13	6	59	7	34	6	13	7	0	7	37	22
9	6	14	6	58	7	31	6	14	7	0	7	35	6	15	7	2	7	38	21
10	6	15	6	59	7	32	6	16	7	1	7	36	6	17	7	4	7	39	20
11	6	17	7	1	7	32	6	17	7	3	7	36	6	18	7	5	7	39	19
12	6	18	7	2	7	33	6	19	7	4	7	37	6	20	7	7	7	40	18
13	6	20	7	3	7	34	6	21	7	5	7	38	6	22	7	8	7	41	17
14	6	22	7	5	7	34	6	22	7	7	7	38	6	23	7	10	7	41	16
15	6	23	7	6	7	35	6	24	7	8	7	39	6	25	7	11	7	42	15
16	6	24	7	7	7	36	6	26	7	9	7	39	6	27	7	12	7	43	14
27	6	26	7	9	7	36	6	27	7	11	7	40	6	28	7	14	7	43	13
18	6	27	7	10	7	37	6	29	7	12	7	40	6	30	7	15	7	44	12
29	6	29	7	11	7	37	6	30	7	13	7	41	6	31	7	16	7	44	11
20	6	30	7	12	7	37	6	32	7	15	7	41	6	33	7	18	7	45	10
21	6	32	7	13	7	38	6	33	7	16	7	41	6	34	7	19	7	45	9
22	6	33	7	14	7	38	6	35	7	17	7	42	6	36	7	20	7	45	8
23	6	35	7	16	7	38	6	36	7	19	7	42	6	37	7	22	7	46	7
24	6	36	7	17	7	39	6	38	7	20	7	42	6	39	7	23	7	46	6
25	6	38	7	18	7	39	6	40	7	21	7	42	6	41	7	24	7	46	5
26	6	39	7	19	7	39	6	41	7	22	7	42	6	42	7	25	7	46	4
27	6	41	7	20	7	39	6	43	7	23	7	43	6	44	7	26	7	47	3
28	6	42	7	21	7	39	6	44	7	24	7	43	6	46	7	27	7	47	2
29	6	44	7	22	7	39	6	46	7	25	7	43	6	47	7	29	7	47	1
30	6	45	7	23	7	39	6	47	7	26	7	43	6	49	7	30	7	47	0
Descendentes	Semidiurna ♍		♌		♋		Semidiurna ♍		♌		♋		Semidiurna ♍		♌		♋		Ascendentes
	Seminocturna ♓		♒		♑		Seminocturna ♓		♒		♑		Seminocturna ♓		♒		♑		

Eleuatio	47						48						49						Poli
Grad. loci Solis	Semidiurna ♈ ♉ ♊ / Seminocturna ♎ ♏ ♐						Semidiurna ♈ ♉ ♊ / Seminocturna ♎ ♏ ♐						Semidiurna ♈ ♉ ♊ / Seminocturna ♎ ♏ ♐						Grad. loci Solis
	♎		♏		♐		♎		♏		♐		♎		♏		♐		
	H	′	H	′	H	′	H	′	H	′	H	′	H	′	H	′	H	′	
0	6	0	6	50	7	33	6	0	6	52	7	36	6	0	6	54	7	40	30
1	6	2	6	52	7	34	6	2	6	54	7	37	6	2	6	56	7	41	29
2	6	3	6	53	7	35	6	4	6	55	7	39	6	4	6	57	7	43	28
3	6	5	6	55	7	36	6	6	6	57	7	40	6	6	6	59	7	44	27
4	6	7	6	57	7	37	6	8	6	59	7	41	6	8	7	1	7	45	26
5	6	8	6	58	7	38	6	9	7	0	7	42	6	9	7	2	7	46	25
6	6	10	7	0	7	39	6	11	7	2	7	43	6	11	7	4	7	47	24
7	6	12	7	2	7	40	6	13	7	4	7	44	6	13	7	6	7	48	23
8	6	14	7	3	7	41	6	14	7	5	7	45	6	14	7	7	7	49	22
9	6	15	7	5	7	42	6	16	7	7	7	46	6	16	7	9	7	50	21
10	6	17	7	6	7	43	6	18	7	9	7	47	6	18	7	11	7	51	20
11	6	18	7	8	7	43	6	19	7	10	7	47	6	20	7	13	7	52	19
12	6	20	7	9	7	44	6	21	7	12	7	48	6	22	7	15	7	53	18
13	6	22	7	10	7	45	6	23	7	14	7	49	6	24	7	16	7	54	17
14	6	24	7	12	7	45	6	24	7	15	7	49	6	25	7	18	7	54	16
15	6	26	7	13	7	46	6	26	7	17	7	50	6	27	7	19	7	55	15
16	6	28	7	15	7	47	6	28	7	18	7	51	6	29	7	21	7	56	14
17	6	29	7	16	7	47	6	30	7	20	7	51	6	31	7	23	7	56	13
18	6	31	7	18	7	48	6	32	7	21	7	52	6	33	7	24	7	57	12
19	6	33	7	19	7	48	6	34	7	22	7	53	6	35	7	25	7	57	11
20	6	34	7	21	7	48	6	35	7	24	7	53	6	36	7	27	7	58	10
21	6	36	7	22	7	49	6	37	7	25	7	54	6	38	7	28	7	58	9
22	6	38	7	23	7	49	6	39	7	26	7	54	6	40	7	29	7	58	8
23	6	39	7	25	7	49	6	40	7	28	7	54	6	42	7	31	7	59	7
24	6	41	7	26	7	50	6	42	7	29	7	55	6	44	7	32	7	59	6
25	6	43	7	27	7	50	6	44	7	30	7	55	6	46	7	33	7	59	5
26	6	44	7	28	7	50	6	45	7	32	7	55	6	47	7	35	8	0	4
27	6	46	7	29	7	51	6	47	7	33	7	56	6	49	7	36	8	0	3
28	6	47	7	30	7	51	6	49	7	34	7	56	6	51	7	37	8	0	2
29	6	49	7	32	7	51	6	50	7	35	7	56	6	52	7	39	8	0	1
30	6	50	7	33	7	51	6	52	7	36	7	56	6	54	7	40	8	0	0
Descendentes	♍ ♌ ♋ / Semidiurna ♓ ♒ ♑ / Seminocturna						♍ ♌ ♋ / Semidiurna ♓ ♒ ♑ / Seminocturna.						♍ ♌ ♋ / Semidiurna ♓ ♒ ♑ / Seminocturna						Ascendentes

Eleuatio	50						51						52						Poli
Grad. loci Solis	Semidiurna ♈		♉		♊		Semidiurna ♈		♉		♊		Semidiurna ♈		♉		♊		Grad. loci Solis
	Seminocturna ♎		♏		♐		Seminocturna ♎		♏		♐		Seminocturna ♎		♏		♐		
	H	′	H	′	H	′	H	′	H	′	H		H	′	H	′	H	′	
0	6	0	6	56	7	44	6	0	6	58	7	45	6	0	7	0	7	52	30
1	6	2	6	58	7	45	6	2	7	0	7	47	6	2	7	2	7	54	29
2	6	4	6	59	7	47	6	4	7	2	7	51	6	4	7	4	7	55	28
3	6	6	7	1	7	48	6	6	7	4	7	52	6	6	7	6	7	56	27
4	6	8	7	3	7	49	6	8	7	6	7	53	6	8	7	8	7	58	26
5	6	9	7	5	7	50	6	10	7	7	7	55	6	10	7	10	7	59	25
6	6	11	7	7	7	51	6	12	7	9	7	56	6	12	7	12	8	0	24
7	6	13	7	9	7	52	6	14	7	11	7	57	6	14	7	14	8	1	23
8	6	15	7	10	7	53	6	16	7	13	7	58	6	16	7	16	8	3	22
9	6	17	7	12	7	54	6	18	7	15	7	59	6	18	7	17	8	4	21
10	6	19	7	14	7	55	6	20	7	17	8	0	6	20	7	19	8	5	20
11	6	21	7	15	7	56	6	22	7	18	8	1	6	22	7	21	8	6	19
12	6	23	7	27	7	57	6	24	7	20	8	2	6	24	7	23	8	7	18
13	6	25	7	19	7	58	6	26	7	22	8	3	6	26	7	25	8	7	17
14	6	26	7	20	7	58	6	27	7	23	8	3	6	29	7	27	8	8	16
15	6	28	7	22	7	59	6	29	7	25	8	4	6	31	7	28	8	9	15
16	6	30	7	24	8	0	6	31	7	27	8	5	6	33	7	30	8	10	14
17	6	32	7	25	8	0	6	33	7	28	8	5	6	35	7	32	8	11	13
18	6	34	7	27	8	1	6	35	7	30	8	6	6	37	7	34	8	11	12
19	6	36	7	28	8	2	6	37	7	32	8	7	6	39	7	35	8	12	11
20	6	38	7	30	8	2	6	39	7	33	8	7	6	41	7	37	8	13	10
21	6	40	7	31	8	3	6	41	7	35	8	8	6	43	7	39	8	13	9
22	6	42	7	33	8	3	6	43	7	36	8	8	6	45	7	40	8	13	8
23	6	43	7	34	8	4	6	45	7	38	8	8	6	47	7	42	4	14	7
24	6	45	7	36	8	4	6	47	7	39	8	9	6	49	7	43	8	14	6
25	6	47	7	37	8	4	6	49	7	41	8	9	6	51	7	45	8	14	5
26	6	49	7	39	8	4	6	51	7	42	8	9	6	53	7	47	8	15	4
27	6	51	7	40	8	4	6	53	7	44	8	10	6	35	7	48	8	15	3
28	6	53	7	41	8	4	6	55	7	45	8	10	6	57	7	50	8	15	2
29	6	54	7	43	8	5	6	56	7	47	8	10	6	58	7	51	8	15	1
30	6	56	7	44	8	5	6	58	7	48	8	10	7	0	7	52	8	15	0
Descendentes	♍ Semidiurna		♌		♋		♍ Semidiurna		♌		♋		♍ Semidiurna		♌		♋		Ascendentes
	♓ Seminocturna		♒		♑		♓ Seminocturna		♒		♑		♓ Seminocturna		♒		♑		

Æquatio	53						54						55						Poli
Grad. loci Solis	Semidiurna ♈ ♉ ♊ / Seminocturna ♎ ♍ ♐						Semidiurna ♈ ♉ ♊ / Seminocturna ♎ ♍ ♐						Semidiurna ♈ ♉ ♊ / Seminocturna ♎ ♍ ♐						Grad. loci Solis
	H	′	H	′	H	′	H	′	H	′	H	′	H	′	H	′	H	′	
0	6	0	7	4	7	57	6	0	7	5	8	2	6	0	7	8	8	7	30
1	6	2	7	5	7	58	6	2	7	7	8	3	6	2	7	10	8	9	29
2	6	4	7	7	8	0	6	5	7	9	8	5	6	5	7	12	8	10	28
3	6	6	7	9	8	1	6	7	7	11	8	6	6	7	7	14	8	12	27
4	6	8	7	11	8	2	6	9	7	13	8	7	6	9	7	16	8	13	26
5	6	11	7	13	8	4	6	11	7	15	8	9	6	12	7	19	8	15	25
6	6	13	7	15	8	5	6	13	7	17	8	10	6	14	7	21	8	16	24
7	6	15	7	17	8	6	6	15	7	19	8	11	6	16	7	23	8	17	23
8	6	17	7	18	8	8	6	18	7	22	8	13	6	18	7	25	8	19	22
9	6	19	7	20	8	9	6	20	7	24	8	14	6	20	7	27	8	20	21
10	6	21	7	22	8	10	6	22	7	26	8	15	6	22	7	29	8	21	20
11	6	23	7	24	8	11	6	24	7	28	8	16	6	25	7	31	8	22	19
12	6	25	7	26	8	12	6	26	7	30	8	17	6	27	7	33	8	23	18
13	6	27	7	28	8	13	6	28	7	32	8	18	6	29	7	35	8	24	17
14	6	30	7	30	8	14	6	31	7	33	8	19	6	32	7	37	8	25	16
15	6	32	7	32	8	15	6	33	7	35	8	20	6	34	7	39	8	26	15
16	6	34	7	34	8	16	6	35	7	37	8	21	6	36	7	41	8	27	14
17	6	36	7	35	8	17	6	37	7	39	8	22	6	39	7	43	8	28	13
18	6	38	7	37	8	17	6	39	7	41	8	23	6	41	7	45	8	29	12
19	6	40	7	39	8	18	6	41	7	43	8	24	6	43	7	47	8	30	11
20	6	42	7	40	8	19	6	44	7	45	8	25	6	46	7	49	8	30	10
21	6	43	7	42	8	19	6	46	7	47	8	25	6	48	7	51	8	31	9
22	6	46	7	44	8	19	6	48	7	49	8	25	6	50	7	53	8	31	8
23	6	48	7	46	8	20	6	50	7	50	8	26	6	52	7	54	8	32	7
24	6	50	7	48	8	20	6	52	7	52	8	26	6	54	7	56	8	32	6
25	6	52	7	49	8	20	6	54	7	54	8	26	6	56	7	58	8	32	5
26	6	55	7	51	8	21	6	57	7	55	8	27	6	59	8	0	8	33	4
27	6	57	7	52	8	21	6	59	7	57	8	27	7	1	8	2	8	33	3
28	6	59	7	54	8	21	7	1	7	59	8	27	7	3	8	4	8	33	2
29	7	1	7	55	8	22	7	3	8	0	8	27	7	6	8	5	8	34	1
30	7	3	7	57	8	22	7	5	8	2	8	27	7	8	8	7	8	34	0
Descédentes	♍ ♌ ♋ / Semidiurna ♓ ♒ ♑ / Seminocturna						♍ ♌ ♋ / Semidiurna ♓ ♒ ♑ / Seminocturna						♍ ♌ ♋ / Semidiurna ♓ ♒ ♑ / Seminocturna						Accédentes

De Temporis Æquatione ob dierum naturalium inæqualitatem.

CAPVT XI.

Dies naturalis duobus modis considerantur, videlicet æquales inæquales. Æquales dies naturales sunt dies medij vel medi cres, qui constant ex integra Æquatoris conuersione, & additame to medio motui, solis diurno respondente scr. 59′, 8″, 19‴, 45⁗, rè. Iuxta Lansbergium.

Inæquales dies naturales sunt dies veri, seu apparentes, qui tem complectuntur quo integra Æquatoris conuersio absoluitur, additamento motus solis veri diurni.

Inæqualitas autem horum dierum ex hoc addimento inæquali tur; idque duabus potissimùm causis, quarum prima colligitur à m solis sub Ecliptica: Cùm enim sol in Eccentrico orbe moueatur, vt æqualibus temporibus arcus Eclipticæ inæquales describ, qui inæquales æquatoris ascensiones seu additamenta correspondere cesse est, quod quidem experientia testatur Sol namque primam Z diaci medietatem, ♈, ♉, ♊, ♋, ♌, ♍, diebus 186 & horis sex ferè, p currit; alteram verò ♎, ♏, ♐, ♑, ♒, ♓, diebus 178 cum horis mè 22.

Secunda verò, à Zodiaci obliquitate desumitur, ea enim efficit partibus Eclipticæ æqualibus tàm in Sphæra recta, quàm obliqua æquales ascensiones respondeant. Quæ igitur inter diem apparen & æqualem intercipitur differentia, dierum æquatio vocatur; si dem hac æquatione dies naturales medij, in veros aut apparentes c uertantur.

Quid Æquatio dierum.

Cùm ergo dies inæquales motuum æqualium mensura esse possint; necesse est vt ipsi inæquales conuertantur, quoties ex E meridibus motus æquales supputare intendimus; & vice versa, vt æquales vel medij in apparente seu inæquales reducantur. Quod dem per Tabulam dierum Æquationis sequentem, soli tantùm in uientem, ex Ephemeridibus Clariss. Adriani Vlacci desumptam, modo absoluitur.

Vide Theor. nostras Planetas præcepto 7.

Primò quæratur ex Ephemeridibus locus Solis verus, ad tempus tum. Deinde cum loco Solis ad tempus datum iuuento, Tabu Æquationis dierum consulatur, quærendo in eius summitate sig Solis repertum: gradus verò in latere Tabulæ sinistro, & statim

tibi ostendet, scrupula prima, vel secunda tempori dato addenda, vel ob eodem subducenda, provt titulus monet. Contrarium verò observetur, cum tempus apparens in æquale commutatur.

Luna quoque aliam requirit æquationem; sed cùm in præsentia haud nobis per otium liceat, in tomum sequentem, Deo fauente, illius constructionem differemus, & interim ea Lunæ æquationis Tabula quam Maginus in suis Ephemeridibus inseruit, vti poteris, quippe cùm parum à calculo Lansb. differat.

Tabula Æquationis dierum naturalium Astronomicæ.

Gradus	♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓
	S	A	A	A	A	A	A	A	A	A	S	S
0	0.55	8. 0	10.55	6. 0	1.25	5. 0	15. 0	22.55	20.40	8. 5	4.50	7.40
1	0.35	8.15	10.55	5.45	1.20	5.20	15.20	23. 0	20.25	7.30	5. 5	7.35
2	0.15	8.30	10.50	5.30	1.20	5.35	15.40	23. 5	20. 5	7. 0	5.20	7.30
3	0. 0	8.45	10.45	5.15	1.20	5.55	16. 0	23.10	19.50	6.30	5.35	7.25
4	A0.15	9. 0	10.35	5. 5	1.20	6.10	16.25	23.20	19.30	6. 0	5.50	7.15
5	0.35	9.10	10.30	4.55	1.20	6.30	16.45	23.25	19.10	5.30	6. 5	7. 5
6	1. 0	9.20	10.30	4.40	1.20	6.50	17. 5	23.25	18.50	5. 5	6.20	6.55
7	1.20	9.30	10.25	4.30	1.25	7. 5	17.25	23.25	18.30	4.35	6.35	6.45
8	1.40	9.40	10.15	4.20	1.25	7.25	17.45	23.30	18.10	4. 5	6.50	6.35
9	2. 0	9.50	10. 5	4. 5	1.30	7.40	18. 5	23.30	17.50	3.40	7. 0	6.25
10	2.20	10. 0	9.55	3.55	1.35	8. 0	18.25	23.30	17.25	3.10	7. 5	6.15
11	2.35	10. 5	9.45	3.40	1.35	8.20	18.45	23.30	17. 0	2.40	7.10	6. 0
12	2.55	10.10	9.35	3.30	1.40	8.40	19. 0	23.30	16.35	2.10	7.20	5.50
13	3.15	10.20	9.30	3.20	1.45	9. 0	19.20	23.30	16.10	1.40	7.30	5.35
14	3.35	10.30	9.20	3. 5	1.55	9.20	19.35	23.25	15.45	1.15	7.35	5.25
15	3.55	10.35	9. 5	2.55	2. 0	9.40	19.55	23.25	15.20	0.50	7.40	5.10
16	4.10	10.40	8.55	2.45	2. 5	10. 0	20.10	23.20	14.55	S0.20	7.50	4.55
17	4.30	10.45	8.45	2.35	2.15	10.20	20.25	23.15	14.25	0. 5	7.55	4.35
18	4.50	10.50	8.35	2.25	2.30	10.40	20.35	23. 5	13.55	0.30	8. 0	4.20
19	5. 5	10.55	8.25	2.15	2.40	11. 5	20.55	23. 0	13.30	0.55	8. 0	4. 5
20	5.25	10.55	8.10	2.10	2.50	11.30	21.10	22.50	13. 0	1.20	8. 0	3.50
21	5.40	11. 0	8. 0	2. 5	3. 0	11.50	21.25	22.40	12.30	1.40	8. 5	3.35
22	6. 0	11. 5	7.50	2. 0	3.10	12.10	21.35	22.30	12. 0	2. 5	8. 5	3.20
23	6.20	11. 5	7.35	1.55	3.25	12.30	21.45	22.20	11.30	2.30	8. 5	3. 0
24	6.35	11. 5	7.25	1.45	3.35	12.55	21.55	22.10	11. 5	2.50	8. 5	2.40
25	6.50	11. 5	7.10	1.35	3.50	13.15	22. 5	22. 0	10.35	3.10	8. 5	2.25
26	7. 0	11. 5	7. 0	1.35	4. 0	13.35	22.15	21.45	10. 5	3.30	8. 5	2. 5
27	7.15	11. 5	6.45	1.30	4.15	14. 0	22.25	21.30	9.40	3.50	8. 0	1.50
28	7.30	11. 5	6.30	1.30	4.30	14.20	22.35	21.15	9.10	4.10	7.55	1.30
29	7.45	11. 0	6.15	1.25	4.45	14.40	22.45	21. 0	8.40	4.30	7.50	1.15
30	8. 0	10.55	6. 0	1.25	5. 0	15. 0	22.55	20.40	8. 5	4.50	7.40	0.55

Litteræ *S* & *A* indicant Minuta & Secunda Horæ, quæ sunt Subtrahenda aut Addenda tempori æquali, vt apparens procreetur: Contrarium autem denotant, quando tempus apparens conuertendum est in æquale.

De Temporis Æquatione ob Meridianorum differentiam.

CAPVT XII.

OMnibus mediocriter in elementis Sphericis, aut in Geographia versatis notum est, *citiùs Orientalioribus oriri & occidere, quàm Occidentalibus locis, & per consequens etiam citiùs illis contingit Meridies, quibus citiùs oritur. Hinc Astronomi Meridianum circulum excogitauêre, qui quidem vnus est maximorum Sphæræ circulorum, per mundi Polos, & Zenith seu verticem capitis nostri transiens. Contingit itaque Meridies, cùm Sol ciuitatis aut alterius loci Meridianum circulum motu primi mobilis attigerit.

Cùm autem omnes Globi terreni partes diuersis cæli partibus subijciantur diuersumque Zenith habeant, idcirco necesse est varios sortiri Meridianos; loca autem quorum Zenith ab occasu in ortum & contrà, *longitudine differre dicuntur; Est enim loci longitudo arcus Æquinoctialis seu proprij paralleli inter primum Meridianum qui per Insulas Fortunatas transit, & Meridianum dati loci interceptus. Meridiani verò seu Longitudinis differentia est, arcus circuli Æquinoctialis à duobus Meridianis comprehensus, qui in horas & scrupula horæ conuersus (cuilibet Æquinoctialis gradui scrupula seu horæ minuta 4, & 15 minutis vnius gradus, horæ scrupulum vnum tribuendo) ostendit quantum temporis Meridiano Parisiano addendum, vel subducendum sit.

Ephemerides nostræ ad Meridianum Lutetiæ Parisiorum conditæ sunt, cuius longitudo ab ijsdem Insulis Fortunatis 23. gr. & 30′ distat. Ciuitates igitur quæcumque huic Meridiano subsunt, nulla temporis æquatione ob Meridianorum discrimen indigent. At qui sub aliis Meridianis habitant, nostris Ephemeridibus rectè vti possunt, nisi prius tempus ob Meridia-

norum differentiam æquauerint. Qui enim à Parisiis ortum versus degunt, plus temporis numerant in eiusdem Phœnomeni obseruatione, quàm qui versus Occasum. Ergo his tempus minuendum, his augendum est, quod quidem in Tabula sequenti locorum insigniorum, quam ex Lansbergio, (additisque pluribus Galliæ ciuitatibus) deprompsimus facilè conspicitur. In ea enim differentiam temporis congruentem differentiæ Longitudinis, vnà cum Additionis & Substractionis nota posuimus; sed modo contrario in motus Planetarum correctione, & in Aspectibus, & Eclipsibus. Etenim pro æquatione motus longitudinis Planetarum, si locus fuerit Parisiis Orientalior, differentia in Tabulis reperta, à tempore dato subducenda est; Si Occidentalior extiterit, differentia tempori dato addenda est, vt tempus probè æquatum habeatur. contrarium faciendum in aspectibus et Eclipsibus.

Exemplum primum.

Proponatur locus Solis supputandus ad Meridianum Romæ, horâ 8. P.M. ex Tabula locorum video in columna motuum Planet. differentiam Parisiorum & Romæ esse 51 scrup. vnius horæ subtrahendam. Hanc igitur ex horis 8 subduco, & remanent 7 horæ & 9′, ad quod tempus locum Solis supputo, quippe qui horis 8 Romæ respondeat.

Exemplum 2.

Quæratur quo tempore plenilunium incidens Parisiis in 10 Ianuarij hora 7, 25′, continget Romæ. Ex Tabula eadem deprehendo in columna aspectuum addenda esse 51 scrup. vnius horæ. Hæc igitur 51 ad 7 horas & 25′ adiicio, & emergunt 8 horæ & 16′, pro tempore quo illud plenilunium Romæ accidet, & sic de aliis est intelligendum.

TABVLA INSIGNIVM LOCORVM IN DIVERSIS REGIONIBVS, CVM EORVM Longitudinibus ac Latitudinibus.

Nomina locorum.	In ortu	In occ.	Tempus		Longit.		Latit.	
			o	′	o	′	o	′
Arhusia Cimbr,	S	A	o	44	34	30	56	16
Abbatis-villa, Abbeville	A	S	o	1	23	10	50	20
Aduatici Bolduc	S	A	o	12	26	40	51	45
Aginum, Agen	A	S	o	9	21	9	44	50
Agrigentum	S	A	1	10	41	5	38	31
Alba Regalis	S	A	1	20	43	35	47	18
Alcmar. Holl.	S	A	o	17	27	45	52	36
Aldenbourg	S	A	o	53	36	50	51	o
Alexandria Ægypt.	S	A	2	28	60	30	30	58
Aquæ Sextiæ, Aix en Prouence	S	A	o	14	27	15	42	40
Aquisgranum	S	A	o	16	27	30	50	48
Albaugusta, Alby	A	S	o	4	22	20	43	57
Aquæ mortuæ, Aigue-mortes	S	A	o	10	25	10	42	44
Alençonium, Alençon	A	S	o	8	21	20	48	50
Ambasia, Amboise	A	S	o	11	21	35	47	40
Ambrodunum, Ambrun	S	A	o	16	27	30	43	44
Ambiani, Amiens	S	A	o	o	23	34	49	50
Amstelrodamum	S	A	o	12	26	30	52	26
Andegauis, Angiers	A	S	o	16	19	20	47	20
Angolisma, Angoulesme	A	S	o	9	21	15	46	8
Antiochia Syriæ	S	A	3	25	74	45	37	o
Antuerpia Brabantiæ	S	A	o	10	26	o	51	26
Aracta Syriæ	S	A	3	35	77	15	36	4
Arnhemum Geldriæ	S	A	o	17	27	45	52	7
Athenæ Græciæ	S	A	1	58	53	o	37	15
Arelate, Arles	S	A	o	8	25	40	42	45
Atrebates, Arras	S	A	o	2	24	o	50	16
Augusta Vindelicorum	S	A	o	39	33	15	48	21
Auenio, Auignon	S	A	o	9	25	50	43	9
Aurasio, Orange	S	A	o	10	26	o	43	20

Nomina locorum	In ortu	In occ.	Tempus		Longit. °	′	Latit. °	′
Aurelia, Orleans	A	S	0	1	23	0	47	55
Augustodunum, Autun	S	A	0	8	25	40	46	20
Augusta Ausciorum, Aux	A	S	0	6	21	49	43	20
Altissiodorum, Auxerre	S	A	0	4	24	40	47	15
B Abylon Chaldeorum	S	A	3	20	73	30	35	0
Baeremburgium	S	A	0	37	32	40	52	40
Badena	S	A	0	33	31	50	48	42
Barselona	A	S	0	20	18	30	41	24
Basilea, Basle	S	A	0	20	28	30	47	3
Baiocenses, Bayeulx	A	S	0	14	20	0	49	20
Bayonna, Bayonne	A	S	0	18	19	0	43	25
Bamberga	S	A	0	46	35	0	49	58
Bergæ, Noruegiæ	S	A	0	16	27	30	60	30
Bellouaci, Beauuais	A	S	0	11	23	10	49	30
Bergæ Brabantiæ	S	A	0	9	25	45	51	30
Betiræ, Besiers	S	A	0	2	24	0	42	45
Blæsia	A	S	0	4	22	25	47	50
Bononia Italiæ	S	A	0	44	34	30	43	54
Burdegala, Bordeaux	A	S	0	17	19	15	44	30
Bituricensis, Bourges	S	A	0	0	23	32	46	56
Brema	S	A	0	27	30	15	53	10
Brigantium, Briançon	S	A	0	20	28	30	43	50
Briga Silesiæ	S	A	1	12	41	30	51	0
Brugæ Flandriæ	S	A	0	5	24	45	51	19
Bruxellæ Brabantiæ	S	A	0	10	26	0	50	48
Bern	S	A	0	30	31	0	46	50
Berda	S	A	1	23	44	20	47	19
Brandenburgum	S	A	0	55	37	20	52	23
Berlinum	S	A	0	59	38	10	52	29
Brensberg	S	A	1	20	43	35	52	46
Brundusium	S	A	1	27	45	13	41	27
Brisach	S	A	0	31	31	15	48	4
C Adomum, Caën	S	A	0	12	20	30	49	20
Calecutum Indiæ	A	S	5	20	104	0	11	0
Cadurcum, Cahors	S	A	0	4	22	30	44	15
Catalaunum, Chaallons en Champ.	A	S	0	9	25	50	48	49
Cabillonum, Challon sur Saone	S	A	0	11	26	20	46	5
Carnutum, Chartres	S	A	0	3	22	45	48	24
Campena Transisulaniæ	A	S	0	15	27	15	52	40
Cassellæ Hassiæ	S	A	0	27	30	15	55	19

Nomina locorum			Tempus		Longit.		Latit.	
			′		o	′	o	′
Cenomanum, le Mans	A	S	o	10	21	o	48	30
Colonia Agrippina	S	A	o	19	28	15	50	56
Compostella Hispania	A	S	o	53	10	15	42	30
Conimbria Lusitaniæ	A	S	o	51	10	45	40	o
Constantia Heluetiæ	S	A	o	34	32	o	47	30
Cracouia Poloniæ	S	A	1	30	46	o	50	o
Costentz	S	A	o	38	33	5	47	32
Creutia	S	A	1	26	45	o	49	57
Cremona	S	A	o	45	34	40	44	15
Constantinopolis	S	A	1	53	51	40	45	o
Cubenbach	S	A	o	50	35	40	50	8
D Antiscum	S	A	1	24	44	30	54	20
Delphi Hollandiæ	S	A	o	10	26	o	52	o
Diepius, Dieppe	A	S	o	4	22	30	50	o
Diuio, Dijon	S	A	o	10	26	10	46	48
Dola	S	A	o	13	26	50	46	45
Dordiacum Hollandiæ	S	A	o	12	26	30	51	51
Duysburgum Cliuiæ	S	A	o	18	28	o	51	30
Dyrrhachium Macedoniæ	A	S	1	30	46	o	41	27
Dessa	S	A	o	53	36	40	51	53
Dauentaria	S	A	o	24	29	27	52	14
Deckam	S	A	o	22	29	o	53	15
Dresda	S	A	o	58	38	5	51	6
E Dimbourg Scotiæ	A	S	o	18	19	o	56	10
Embda Friziæ	S	A	o	18	28	o	53	32
Ebroicæ, Evreux	A	S	o	2	22	50	48	26
Edembourg Germ.	S	A	o	55	37	15	51	26
Elbinga	S	A	1	27	45	10	53	55
Elsenburgum	S	A	o	53	36	45	56	3
Emden	S	A	o	27	30	15	53	19
Enechusium	S	A	o	19	28	20	52	42
Erfurdia	S	A	9	47	35	20	51	7
F Rancofurtum ad Mænum	S	A	o	24	29	30	50	8
Francofurtum ad Oderam	S	A	1	4	39	30	52	20
Franekera Friziæ	S	A	o	15	27	15	53	12
Frueburgum Prussiæ	S	A	1	30	46	o	54	19
Ferraria	S	A	o	39	36	20	44	18
Florentia	S	A	o	53	36	40	43	27
Flensburgum	S	A	o	55	37	25	55	8

Nomina locorum			Tempus		Longit. °	′	Latit. °	′
Frerberga	S	A	0	57	37	50	50	52
GAndauum Flandriæ	S	A	0	8	25	30	51	8
GGeneua	S	A	0	17	27	50	45	40
Gratianopolis, Grenobles	S	A	0	14	27	0	44	35
Goesa	S	A	0	9	25	30	51	30
Goa Indiæ	S	A	5	30	106	0	18	30
Gouda Holland.	S	A	0	11	26	15	52	2
Gratium, Stiriæ	S	A	1	3	39	15	47	2
Groeninga Friziæ	S	A	0	18	28	0	53	12
Genua	S	A	0	41	33	40	43	12
Granata	A	S	0	21	18	15	37	30
Graitz	S	A	1	9	40	50	47	22
HAfnia Daniæ	S	A	0	53	36	45	55	43
HHamburgum	S	A	0	30	31	0	53	44
Harlemum Hollandiæ	S	A	0	11	26	15	52	27
Haga Comitis, la Haye	S	A	0	10	26	0	52	5
Heidelberga	S	A	0	33	31	45	49	22
Hierosolyma	S	A	3	8	7	30	31	55
Hispalis, Seuilla	A	S	0	33	15	15	38	5
IEna	S	A	0	50	35	55	51	2
IIsland. Sed. Episc. Sep.	A	S	0	35	14	45	65	44
Ingolstadium Bauariæ	S	A	0	42	34	0	48	30
Ingsburg	S	A	0	50	36	0	47	13
KArzenelnbogen	S	A	0	32	31	30	50	12
KKeiserberg	S	A	0	30	31	0	48	8
Kitzning	S	A	0	43	34	15	49	43
LAndestrum	S	A	0	52	36	35	48	30
LLaudunum, Laon	S	A	0	5	24	55	49	35
Leida Hollandiæ	S	A	0	11	26	15	52	11
Lingones, Langres	S	A	0	12	26	35	47	34
Leouuardia Friziæ	A	S	0	3	22	35	53	13
Lipsia Misniæ	S	A	0	16	27	30	51	17
Lemouica Limoges	A	S	0	3	22	40	45	35
Lisbona	A	S	0	48	11	30	39	0
Londinum, Londres	A	S	0	14	20	0	51	32
Louanum Brabantiæ	S	A	0	12	26	30	50	50
Lucerna	S	A	0	34	31	55	46	53
Lugdunum, Lyon	A	S	0	10	26	10	45	0
Lucio, Luçon	A	S	0	9	21	15	46	30
Lodunum, Loudun	A	S	0	4	22	18	46	50

Nomina locorum.	Tempus		Longit.		Latit.	
	o	′	o	′	o	′
Lexouium, Lysieux	A S	o 8	21 20		49 15	
Lvtetiæ Parisiorvm	S A	o 0	23 30		48 50	
MAgdeburgum	S A	o 51	36 10		52 10	
Mantua	S A	o 47	35 15		44 13	
Manfield	S A	o 49	35 50		51 40	
Marpurgum	S A	o 36	32 35		50 43	
Marsilia	S A	o 11	26 24		42 20	
Mediolanum	S A	o 30	31 0		44 35	
Matiscona, Mascon	S A	o 11	26 20		45 26	
Mellicum Austriæ	S A	1 3	39 15		48 10	
Metis Lotharingiæ	S A	o 16	27 40		49 12	
Middelburgum Zelandiæ	S A	o 8	25 15		51 31	
Mons Pessulanus	S A	o 5	24 50		42 40	
Mons Regius Borussiæ	S A	1 33	46 45		54 20	
Mombrisonum	S A	o 7	25 20		45 0	
Molinum, Moulins	S A	o 4	24 35		46 20	
NAnsium, Nancy	S A	o 17	27 50		48 40	
Nanetum, Nantes	A S	o 19	18 35		47 0	
Narbona	S A	o 2	24 0		42 35	
Neapolis	S A	o 59	35 15		40 50	
Niuernum	S A	o 5	24 45		46 50	
Nidrosia Nouergiæ	S A	o 25	29 45		63 12	
Nemursium, Nemours	S A	o 2	24 0		48 0	
Nemausus, Nismes	S A	o 7	25 26		43 10	
Norimberga Germaniæ	S A	o 41	33 45		49 24	
Nouiodunum, Noyon	S A	o 2	24 0		49 30	
ODensee Daniæ	S A	o 43	34 15		49 27	
Olerensis	A S	o 18	19 0		42 30	
Orcades Insulæ	A S	o 28	16 30		61 0	
Ostenda Flandriæ	S A	o 3	24 15		51 20	
Oxinium Angliæ	A S	o 16	19 30		51 50	
PAnormus	S A	o 55	37 15		37 30	
Patauium Italiæ	S A	o 42	34 0		45 15	
Picti, Poictiers	A S	o 10	21 0		46 30	
Pompilos	S A	o 22	18 0		42 40	
Pisa	S A	o 49	35 45		43 6	
Praga Bohemiæ	S A	o 52	36 30		50 6	
QVinçay Peruu.	S A	8 26	150 0		40 0	
Quinto Peruu.	S A	18 36	303 5		20 0	
RAtisbona Bauariæ	S A	o 45	34 45		49 0	
Rauenna	S A	o 57	37 50		44 3	

Nomina locorum			Tempus		Longit.		Latit.	
					o	′	o	′
Rhemensis, Reims	S	A	o	5	24	50	49	10
Rhenodes, Rennes	A	S	o	19	18	40	48	o
Rhodus	S	A	2	18	58	o	36	o
Richelianum, Richelieu	A	S	o	3	22	40	46	49
Riga Liuoniæ	S	A	1	33	46	45	58	30
Roma	S	A	o	51	36	15	42	2
Roterodamum Hollandiæ	S	A	o	11	26	15	51	56
Roſtochium	S	A	o	45	34	45	54	o
Rotomagus, Roüen	A	S	o	5	22	10	49	20
Rupella, Rochelle	A	S	o	18	19	o	46	o
SAlmantica Hiſpaniæ	A	S	o	34	15	o	41	12
SSardes Lidiæ	S	A	2	22	59	o	38	o
Sueſſiones, Soiſſons	S	A	o	4	24	30	49	10
Spira	S	A	o	35	32	15	49	10
Siracuſa Siciliæ	S	A	o	40	33	30	36	20
Stetinum Pomeraniæ	S	A	o	53	36	45	53	46
Strigonium Vngariæ	S	A	1	13	41	45	47	20
Stockholmia Sueciæ	S	A	o	54	37	o	58	50
TIgurium Zurich	S	A	o	28	30	30	47	o
TTola Zelandiæ	S	A	o	9	25	45	51	30
Toletum Hiſpaniæ	A	S	o	34	15	o	39	30
Toloſa	A	S	o	6	22	o	43	25
Torga Miſniæ	S	A	o	46	35	o	51	30
Turones, Tours	A	S	o	9	21	10	47	30
Trecæ, Troye en Champagne	S	A	o	8	25	30	48	o
Tubinga Sueuiæ	S	A	o	30	31	o	48	24
VAlentia	S	A	o	10	26	o	44	10
VValentia Hiſpaniæ	A	S	o	18	19	o	39	30
Venetiæ	S	A	o	45	34	45	45	20
Vienna Auſtriæ	S	A	1	2	39	o	48	22
Vienna Galliæ	S	A	o	10	26	o	44	48
Vindocinum, Vendoſme	A	S	o	5	22	7	48	o
Viterbium Italiæ	S	A	o	48	35	30	42	12
Vlma Sueuiæ	S	A	o	33	31	45	48	24
Vltraiectum	S	A	o	14	27	o	52	7
Vraniburgum Daniæ	S	A	o	53	36	45	55	55
Vratiſlauia Sileſiæ	S	A	1	4	39	30	51	10
Vvitemberga Saxioniæ	S	A	o	46	35	o	51	54
Xantones, Xainctes	A	S	o	14	20	o	45	40
Zirizæa Zelandiæ	S	A	o	8	25	30	51	42

De veri motus Planetarum in longum & latum calculo ad quoduis datum tempus.

CAPVT XIII.

LOngitudo Planetarum, seu eorum motus in longum per omnes 12 Zodiaci signa expenditur, cuius initium à primo ♈ gradu desumitur: At ipsorum latitudo ex vtraque parte ab Ecliptica versus vtrumque Zodiaci polum Borealem & Australem incipit.

Cùm autem Planetæ 7, cum capite Draconis in Ephemeridibus notati ad ipsum Meridiei momentum supputati sint, loca verò eorum continuò varientur in ipso Zodiaco; ea de causa dicendum est quo pacto ipsorum loca ad quodlibet tempus meridianum inuenire valeamus; & primò quidem motum longitudinis diurnum. Vt inde Planetæ affectionem videlicet an sit directus vel retrogradus statim iudicemus, modus autem est hic.

Inquisitio veri motus diurni Planetæ.

Ingredere Ephemerides anni propositi atque mensis: & è regione diei dati verum Planetæ motum collige in gradibus & minutis, sub cuiuslibet Planetæ caractere. Tum etiam diei immediatè sequentis motum eiusdem Planetæ verum excerpe, hunc cum priori conferendo. Quod si numerus diei sequentis priore in gradibus & minutis, vel in minutis tantùm maior extiterit, Planetam esse directũ statue; si minor, retrogradum.

Exempli gratia: Quæratur motus verus ☉, ☽, ♄, & ♅ diurnus ad 5 diem Martij 1637. Intro igitur Ephemerides anni 1637, & sub mense Martij ad 5 & 6 diem video motus sic notatos.

Martis	☉			☽		♄		♅	
dies	♓			♋		♑		♎	
	0	′	″	0	′	0	′	0	′
5	15.	17.	5	6.	14	22.	16	1.	57
6	16.	16.	58	20.	48	22.	20	1.	50
Mot. diurn.	0.	59.	53	14.	34	0.	4	0.	7. Retr.

Iàm verò collatione facta per minoris motus à majori subductionem, deprehendo motum Solis diurnum esse 59′, 53″, ☽ 14° 34, ♄, 4′. Sed cùm in ♆ motus diei 5 antecedentis consequenti cedat: Indicio est ♆ esse Retrogradum, tres verò Planetas directos; inter quos duo luminaria nunquam retrocedunt, cuius ratio ex Theoricis petenda est, & præsertim in Luna.

Quòd si signa (vt sæpè accidit) in columnis mutentur; addendi sunt 30 gradus in Planeta directo ad diem sequentem, vt subtractio fieri possit; siquidē quodlibet signum 30 gradibus constat: At in Planeta retrogrado, addendi sunt ad præcedentem diem, & facta subtractione, relinquetur motus diurnus.

Exempli causa: Inquiratur motus ☽ & ♆ diurnus ad diem 20 Martij 1637, vbi ♆ est Retrogr.

Martij	☽	♆
Dies	♑	♎
20	20 ♒ 49	0 12
21	2 ♒ 54	0 ♍ 5
Motus diur.	12 5	0 7 Retr.

Adiicio igitur 30 gradus ad 2♒54 efficiuntque 32° 54′ à quibus subductis 20°, 49 restant 12°, 5′ pro motu ☽ diurno. Sed in Ioue modo contrario est operandum, ob suam retrocessionem quæ quidem denotatur, à signo diei consequentis nempe ♍, quod ♎ præcedit: Ergo illic in Exemplo ☽ motus diei antecedentis à motu diei consequentis; hîc verò contrà motus diei consequentis à motu antecedentis diei subducitur, in quo motus diurnus est 7′ min.

Deinde cognito motu diurno, horarius colligitur, hanc Analogiam instituendo:

Si 24 horæ dent motum diurnum, Verbi gratia. In Luna 12 gr. 5′, quid dabit 1 hora? Reductis gradibus in minuta, per multiplicationem sexagenariam, efficient 720 minuta, quibus additis 5 minutis, consurgent 725 minuta, quæ tandem diuisa per 24, proueniunt 30 min. 12 sec. ferè pro motu ☽ horario ad diem datum 20 Martij anni 1637, haud aliter motus veri Planetarum ad quoduis tempus æquatū & reductum, si opus sit, ex diurnis

cognitis colliguntur, dummodo pars proportionalis in Planeta directo adiiciatur, in retrogrado auferatur à motu diei cuius horæ sunt pomeridianæ, & emerget motus Planetæ quæsitus.

Verbi gratia: Sit inquirendus Solis motus ad 20 diem Martij 1637, horâ 10, tempore apparenti ad Romæ Meridianum.

Primò: Cùm tempus datum sit apparens, id in æquale resoluo per ea quæ Cap. 11. tradita sunt, quærendo in Tabula Æquationis dierum, quid loco Solis qui ad diem 20 Martij versatur in 0.12′ 39′ ♈ congruat, & decerpuntur 55 secunda, tempori dato addenda: quia literæ tituli contrarium denotant, quando tempus apparens in æquale conuertitur.

Deinde, vt datum tempus Meridiano Parisiensi, ad quem nostræ Ephemerides conditæ sunt, accommodetur, differentiam inter vtrumque Meridianum colligo ex Tabula locorum insigniorum, & reperitur 55 minut. cum titulo S. hanc igitur subduco à tempore dato, remanent 9 horæ 9′ quibus tandem addita æquatione dierum 55″, prodit tempus probè æquatum & reductum 20 die Martij horâ 9. 51′, 55″. quod sanè tempus est iam aptum ad motum ☉ ex Ephemeridibus colligendum.

Pro motu diurno ☊ obtinendo, cum sit ferè semper 3 min. contra signorum ordinem nulla érit tibi difficultas, si ea quæ suprà docuimus probè intellexeris.

Quoad latitudinis motum, sciendum est omnes Planetas (vt monuimus) præter Solem, qui perpetuò in Ecliptica mouetur, modo versus Boream, modò Austrum deflecti, hinc duplex statuitur latitudo, Septentrionalis & Meridionalis. Modus autem eam inquirendi extra Meridiem diei dati est hic.

Quæratur etiam motus latitudinis Planetæ diurnus, subtrahendo motum latitudinis diei dati à motu sequentis, si latitudo vtriusque diei eiusdem denominationis fuerit; vel vtrumque addendo, si diuersæ; quod quidem ex literis S & M patebit. Deinde cum motu diurno reperto, inquiratur eodem modo quo suprà docuimus pars proportionalis addenda vel minuenda à motu latitudinis in Meridie diei antecedentis, & resultabit latitudo tempori dato competens. Veluti sit inuestiganda latitudo ☿ ad diem 25 Martij 1637, hora 6.

Primum colligo motum latitudinis ☿ diurnum sic

dies 25	2°	58.	Deinde analogiam sic instituo
26	2	50.	
motus diurn.	0	8.	Si 24 horæ, dies 8′; quid 6 horæ?

peracta operatione emergunt in quotiente 2′, subtrahenda à 58′; quia motus diei sequentis decrescit, & restant 2°, 56′ pro latitudine ☿, Septentrionali Ascendente (vt tituli monent) ad tempus datum.

De temporis Aspectuum inquisitione.

CAPVT XIV.

ASpectus seu configuratio in genere est, habitudo quædam duarum plurium-ve stellarum in eisdem, seu diuersis Zodiaci partibus, qua vicissim influxus, ac vires sibi communicant. Et quamuis radij stellarum quocumque loco positarum, per totum Zodiacum in omnes gradus effundantur, atq; ideò ad omnes stellas vbicumque fuerint, pertingant; artifices tamen hos quinque tantùm principales ☌, ✶, □, △, & ☍, iuxta quinque primariorum aspectuum differẽtias, recensent. Ptolomæus nomine Syzigiarum coniunctionem & ☍ complectitur; reliquas verò Planetarum applicationes inter se vocat *Aspectus*, quorum tempus hâc sequenti viâ inquiritur.

Colligantur primò motus diurni Planetarum, quorum Syzigiæ, seu aspectus ad certum diem accidere videntur. Quòd si ambo Planetæ directi fuerint, aut ambo Retrogradi, motus minor diurnus à majori auferatur; sin alter directus, alter Retrogradus, diurni motus in vnam summam adiiciantur, vt emergat *superatio diurna*.

Postea conferantur loca duorum planetarum in meridie qui datum aspectum præcedat, locum planetæ velocioris à loco tardioris, subducendo, vt inde habeatur *distantia* inter duorum planetarum loca; hac tandem proportione instituta.

Si superatio diurna det 24 horas, quot dabit distantia?

prodibit absoluta operatione tempus quo Syzigiæ, seu aspectus continget.

Exemplum primum.

Quæratur tempus coniunctionis ☉ & ♄, quæ continget ad 5 diem Ianuarij 1637. Primò igitur motus diurnos vtriusque planetæ quæro, ☉ quidem 1°. 1′; ♄ verò 7′. quibus subductis à 61′, remanent 54 min. Pro superatione diurna. Postea subtraho locum ☉ in 15°. 33′ ☌ à loco ♄ in 16°. 4′ ☌ & relinquuntur 31 min. pro distantia. Hæc tandem 31′, multiplico per 24 horas, & prodit 744 quibus diuisis per 54 superationem, resultant 13 horæ & 46′ pro tempore coniunctionis quæsitæ.

Exemplum 2.

Quæratur tempus aspectus ✶ ☉ & ☽, qui futurus est ad 20 diem Ianuarij 1637 processus est hic.

dies 20 ☉ 0. 50 ♒ ☽ 29. 1 ♏ — motus diurnus ☽ 11. 48 ☉ 1. 1

distantia	1	49		superatio	10	47
	60				60	
	60				600	
	49				47	
	109			diuisor	647	

			h	′	
647.	24.	109?	♌ 4.	2	
		24			
		436			
		218			
		2616	diuidendus		

diuisis tandem 2616 per 647; prodeunt 4 horæ 2′ min. pro tempore aspectus ✶. vt notatur in Ephemeridibus.

ASTRO-

ASTROLOGIA SPECIALIS.

De Astrorum influxu, causis ac modis quibus corpora cælestia in res inferiores agunt.

PROOEMIVM.

AD Astrorum actionem in hæc sublunaria requiruntur 3, nempe motus, lumen, & influentia, quæ quidem nihil aliud sunt quàm insitæ atque innatæ stellarum vires occultæ, quibus in hæc inferiora influunt.

Motu quidem corpora sublunaria coalescunt ex Philosophorum communi sententiâ. Calor tamen à motu non per se, sed per accidens excitatur, vt cum perspicimus currum axes igniri, molas farinarias inardescere, &c. quorum effectuum causa est motus: siquidem per ipsum partes aëris intercepti distrahuntur & attenuantur, & sic inducitur raritas, cuius comes est calor.

Lux quoque vi sua, & quidem suapte natura calorem gignit, cum videamus inferiora corpora Solis luce calefieri, nec id in Sole tantùm, sed in Luna etiam cernere est: ideò enim noctes plenilunij tempore tepidiores sunt. Quia tunc Luna, vt vberiorem ex se lucem refundit; ita subiectis corporibus plus caloris imprimit.

Quod verò ad influxum, quo nimirum cælestia corpora in inferiora agant, ipsum omnes ferè Philosophi inter quos D. Thomas, Trismegistus in Asclepio, Plato in Theæteto, Arist. multis in locis, Philo Iudæus. Item Astrologi, præsertim Ptolomæus lib. 2. Almag. cap. 12. & in 1. de Iud. D. Dionysius c. 4. de Diu. nom. D. Augustinus lib. 13. de Trinit. cap. 4. D. Basilius

homil.6. Hexam. cæterique Patres & Scholasticæ Theologiæ Professores, vt Conimbric. Eustach. Ful. cum aliis doctissimis vno consensu approbant asserentes haud dubiè corpora cælestia in hunc inferiorem mundum agere, cuius veritas cum ratione, tum experientiâ demonstratur.

Influxus cõfirmatio.

Primò quidem ratione hoc modo. Quoniam cælum est causa vniuersalis, quæ elementa eorumque vim seu influxum potestate complectitur, necesse est, vt cælo vis insit per se producendi saltem 4 qualitates, quæ sanè totius naturæ elementaris ministræ, ac formæ cælestis vicariæ, nempe *Calor, frigus, humiditas, & siccitas.*

Atqui cælum non potest eas omnes per se producere solius lucis beneficio; sed tantùm calorem & siccitatem, neque enim lux per se vim habet frigefaciendi, aut humectandi.

Ergo necesse est, vt præter lumen quædam vis frigefaciendi, & etiam humectandi, ac desiccandi cælo insit.

Secundò idem influxus variis experientiis vniuersaliter omnibus notis ostenditur. Manifestum est enim Solis motum nobis afferre quatuor anni tempora, vnde secundarum rerum productiones, nempe caloris & frigoris vicissitudo, & rerum generatio, obitusque oriuntur. Item Lunam crescentem augere ac ciere humores, decrescentem diminuere, immutationesque menstruas & diarias ipsius fieri, dum Soli & Planetis configuratur. Ita vt Medici, nautæ & Agricolæ rationem sui habere cogantur ad opportunam corporum curationem. Nam pro Lunæ positus varietate fiunt motus humorum varij in morbis. Vnde & Criticorum dierum obseruatio orta est. Manifestum est enim septimo die, aut circiter insignes in morbis mutationes fieri. Cuius rei causa sic cum illis mutationibus congruit, vt statim ex Lunæ positu criticorum dierum discrimina eruditi colligere queant: signa enim vniuersaliter, quæ aspectu Quadrato distant, naturas habent contrarias, ideoque aspectus Quadrati periculosi sunt. Tum verò Luna ab aliquo signo egressa, cum ad quartum peruenit, cum eius natura fit primo contraria, mutationem aliquam in humoribus fieri consentaneum est. Vt Arietis naturæ, qui est Mauortius, contrarius est Cancer, cui Luna familiaris est. Tauro, cui Venus familiaris est, contrarius est Leo, qui Solis domicilium est.

Galen. lib 3. de dieb. Criticis.

Ptol. & Pontan. lib. 1. de reb. caelest. cap. 15.

Hypocrates docet, ex ortu vel occasu Astrorum pluuiam, procellas, aliasque temporis diuersitates prædici posse. Ptolomæus (vt refert Mizaldus) testatur Ægyptios prædictionibus Astrologicis vbique Medicinam adiunxisse, vt & futuri mali auersio, & præsentis curatio eis melius perspecta esset, quod quidem ferè omnes Germani Medici obseruant: Medicus enim (vt inquit Alemanus) sine clauo ac remis nauigat naufragium tandem facturus, qui absque vlla temporum, & Astrorum obseruatione Medicinam factitat. Est enim Astrologia Medici oculus, cuius si fuerit expers, meritò cæcus appellabitur.

Lib. de aëre aquis, & loc. cap. 1.

Comment. in lib. eod. de aëre.

Porrò vt stellarum qualitates plus minusve mixtæ inter se varias in corporibus temperationes efficiunt, vnde tanta affectionum diuersitas oritur. Ita stellarum radij inter se mixti, atque in vnum concurrentes, misceant, temperantque vires, actionesque suas, ex qua re effectus in elementis atque corporibus ex eorum commixtione conflatis dissimiles existant. Hinc diuersæ in Astrologia nascuntur causæ, quarum aliæ sunt semper necessariæ, vt quòd Sole in ♋ ingrediente incipit æstas; aliæ interdum contingentes, vt quòd hoc anno incalescat aër in vere, quoniam Mars versatur in primo ♈ gradu; aliæ Item causæ sunt, quæ vno effectu constant, vt quòd si Eclipsis in Zenith accidat, super res præclaras portendit; si in Ortu, super recentia: si in Occidentali, super res antiquas, aliæ sunt probabiles, vt [redacted] magnis coniunctionibus siccorum Planetarum in signis calidis, magnos æstus effici; & congressus in signis humidis magnas efficere humiditates. Vt anno 1524, quo magna coniunctio trium Planetarum superiorum fuit in piscibus, magnæ humiditates secutæ sunt. Anno autem 1540. cum Eclipsis Solis in ♈ fuisset, & postea secuta esset coniunctio ♄ & ♂ in ♎, & deinde coniunctio Solis & ♅ in ♌, fuit ingens & inusitatus æstus; & recenter hoc anno 1636 circa finem Februarij, ♅ Re. ♌ ingressus est. Ibique spacio circiter 4 mensium permansit, quo tempore magnos æstus excitauit ob eius ☌ cum corde ♌, & ✶ ♂ cum spica ♍: Reperiuntur & aliæ causæ, vbi effectus est vnus, ex vario regionum situ, siue ad ortum, ad Meridiem, siue ad aliam cæli plagam proueniens, ex quo efficitur. Vt verbi gratia: In Normaniâ constellatio eadem in æstate grandines facit, quæ in Lusitania æstum. Parisiis interdum

Viæ Astrol. M. Ioann. Taxil. Doct. Med. pag. 146 147. &c.

copiosè pluit, Aureliæ serenum est tempus. Cuius rei causam ventis quidam adscribunt, qui sic nubes agitare possunt. Constellatio semper aliquid facit, sed pro recipientis & vtentis naturâ, atque modus recipiendi est in elementis, qui malus esse potest. At modus vtendi in anima à Deo infusa, potest de malo fieri bonus. Possent & aliæ peculiares singulorum astrorum & præsertim errantium influxus adferri, quorum varietates ad eorum lucem nullo modo referri queant. Atque hæc de influxuum ratione satis sit. Iam verò quoad prognosticandi modum, sciendum est plura prædictionum genera reperiri; quarum quidem aliæ sunt Physicæ, seu naturales; aliæ verò, sine causis Physicis quæ à Ptolomæo ἀναιτιολόγητοι nuncupantur, vt sortes, Auguria: πυθῶνες, id est, spiritus, qui in fanaticis degunt. In Deuteronomio alia etiam vocabula leguntur quorum generalius est *Kesem*, quod vaticinantem interpretatur, potest & intelligi de omnibus, qui sine causis Physicis quoquo modo aliquid prædicunt. *Menahes*, sunt sortilegi, qui ex figuris, aut numeris, aut sortibus diuinant. *Meonen*, sunt qui superstitiosè certos dies eligunt, aut fugiunt. *Micaseph*, magus, qui diabolicis præstigiis efficit aliquid, vt fiebant à diabolis opera Magorum Ægyptiacorum, qui serpentem speciem efficiebant. *Hober*, qui augurantur ex cæli partibus, aut auspiciis, aut abusu doctrinæ de Astris, vt multi impostores, qui euentus ad astra, licet nulla prorsus sit illis causa, aut significatione [illegible]sis, referunt. Quapropter huiusmodi prædictiones propria dæmonum vaticinia dicuntur, atque ideo execrantur & damnantur, & de his propriè loquitur iusta Sanctorum Ecclesiæ Patrum prohibitio.

Prædictiones verò Physicæ quæ sumuntur à signis in naturâ diuinitus conditis, sunt aut causæ, aut effectus, aut proprietates, quæ causas naturâ comitantur, quarum aspectio nequaquam cum lege Dei pugnat: talia sunt signa, quæ Medici obseruant. Vt cum iudicant ex arteriarum pulsu, lento aut veloci, an cor nimio calore sit accensum, aut languefactum. Seu cum ex timore, & duritia partis tumefactæ de hydropo iudicant, an sit ἀκίτης, aut alia species: tales idcirco prædictiones concessas esse non est dubitandum; quia tantùm opus diuinum, ac in rerum natura ordinem spectant. Huiuscemodi reperiuntur tem-

pestatum prædictiones, veluti spirante Borea, serenitatem prædicimus. At spirante Austro pluuiam prænunciamus. Istæ autem diuinationes à causis desumuntur; siccior enim & horridior est Boreas, quia in locis siccioribus & frigidioribus oritur. Austri verò humidiores & tepidi; quia regio Meridiana vbi excitantur, & humidior, & calidior est; & in his humidis regionibus plerumque Sol ea parte, quæ ipsius motui propior est, multum halituum attrahit, vt manifestè videmus. Perspicuum est quoque, æstatem futuram esse siciciorem, aut humidiorem, ob aliquam magnam Planetarum coniunctionem prædici posse. *Astra namque cælo infixa fuere, vt essent signa in annos menses atque dies.* Cuius quidem veritatis nulla est nobis demonstratio quàm experientia, nisi referantur omnia ad ordinem, quàm Deus in rebus constituit. Vt enim Deus ipse voluit 4 die in Medicina κείσιος indicem esse, quæ 7 die fieri debet, ac die 11 ipsius quæ 14 die contingere valet: (licet tamen totum coniecturale sit.) Ita Dei voluntas ordinauit vt aspectus quidam & Planetarum concursus sint sæpè rerum contingentium signa. Equidem experientia satis est in omnibus potens: ab illa enim scientia nostra originem duxit.

Cum igitur ordo in natura requirat vt prædictiones Medicæ concedantur, clarum est & Astrologicas, quæ limites Physicas haud excedunt, esse concessas. Verùm quoad actiones, euentus, ac infirmitates humanas quæ syderibus ob causas mutantes, subiiciuntur, quædam nobis in aliis stellis occultæ, in luminaribus magis cognitæ sunt. In qua re expenduntur causæ plures, quarum præcipuæ sunt hominis voluntas, & temperamentum, quæ sanè varias impulsionis causas sortiri queunt, nec omnes euentus, nequaquam ad Astra referendi sunt; veluti. Quòd Paris Helenam abduxit, non stellæ, sed in vtroque voluntas propriè causa fuit. Temperamenta in multis sunt causæ morborum euidentes, seu inclinationum ad scientias & actiones morales. Alij denique euentus à causis externis hominibus quandoque accidunt. Vt cum multi, quorum dissimiles sunt naturæ, simul in vno prælio interficiuntur, aut peste moriuntur, aut naue submerguntur. Hîc tenenda est Ptolomæi regula, videlicet, vniuersales causas particularibus esse poten-

tiores: Quia venenum in magnam aëris partem diffusum est, & multi natura dissimiles aërem attrahunt, vnde pariter inficiuntur; etiamsi alij aliis viuaciores essent. Hæ igitur causæ diligenter expendendæ sunt, vt quæ iuuent, quæ lædant, & quomodo diligentiâ iuuādæ sint bonæ causæ, & malæ prudentiâ vitandæ. Etsi enim in materia impura prauæ inclinationes à stellis oriantur; illæ tamen non sunt principales malorum actionum causæ, sed libera voluntas, quæ malas inclinationes frenare potest. Licet autem solus Deus in sua potestate tempora & momenta singula sibi reseruauerit; *Præscius quoque ipse solus futurorum*, ac nemo mortalium sit, qui diem sibi crastinum polliceri possit, nihilominus ipse optimus Deus, liberalissima sua voluntate plurima in creaturas suas transfudit bona, quibus ea, quæ futura sunt, non certo quidem, sed modo quodam coniecturali præscire ac prognosticare queant. Ptolomæus testatur homines per astra moribus & virtutibus informari: quandamque inclinationem astra ipsa corporibus humanis præstare, necessitatem verò nullam, vnde homines præcauere possunt astrorum inclinationes, vel eas ratione & consilio mitigare: Præsertim cum accedit ardens Dei inuocatio, nec Deus frustrà disciplinam instituit: Hæc enim causarum collatio in bonis mentibus curā regendæ disciplinæ, & petēdi auxilij diuini, & admirandæ eius potentiæ auget. Etsi omnia præuideri nequeant, cum nec omnes euentus à stellis regantur, & non omnes stellarum significationes, in tanta magnitudine artis cerni possint; tamen quædam œconomica & politica prospici possunt, quæ per vtilia sunt. Vt narrat Aristoteles Thaletem prædixisse olearum sterilitatem, & multos emisse olei cados paruo pretio, quos postea maiore pretio vendidit. Et sæpè Eclipses, aut superiorum Planetarum coniunctiones non obscurè significant pernicioſos æstus, aut nimis continuos imbres, quæ duæ causæ sterilitatem adferunt, cuiusmodi plura exempla adferunt authores.

Actor. 1.

1. *Cor.* 12.

Cæterùm per fatum, aut prognosticum Astrologicum non intelligendum est, quòd firmè ligat, & omnes euentus, actionesque ad siderum vires, stellarumque situm nectit, vt veteres Philosophi, qui omnia fato fieri opinabantur; (in qua sententia Democritus, Heraclitus, Empedocles, Aristoteles fuit) sed statuendum cum D. Thoma, aliisque S. Ecclesiæ Romanæ

Cic. de Diuin. 112 *nihil fieri extra fatum.*

Doctoribus, astrorum influxus non cogere hominis voluntatem ac libertatem directè: sed dispositiuè & indirecta motione, id est remotè & ex accidente eam inclinando interuentu organorum corporis, & potentiarum eis inhærentium. Cuius rei peculiaris est doctrina Genethliaca, de qua haud agere intẽdimus, sed tantummodo de secũda Astrologiæ parte seu Astrologia speciali, quæ de aëris mutatione, vt de tempestatibus, de æstuosis, serenis, humidis, frigidisve aëris constitutionibus, ac aliis, quæ inde sequuntur, idque luminarium Eclipsibus, Zyzigiis, ac reliquorum Planetarum configurationibus. Ptolomæi in primis aliorumque peritissimorum huius æui vestigia imitantes.

Topic. Ex hoc genere causarum ex aternitate pendentium fatum à Stoicis nectitur.

De mutationum aëris prædictionibus in genere ex dominijs anni, in singulis anni quadrantibus desumptis.

CAPVT I.

IN mutationibus autem aëris ac temporum prædicendis omnes ferè huius æui Astrologi imprimis Ptolomæi vestigia comitantur, qui sanè lib. 2. quadr. cap. 10. de hac re solidis principiis disserit, reiectis Arabum aliorumque philateriis, vbi primò nobis hoc præceptum tradit, vt pro generali de aëris mutatione, prognostico, quatuor cæli figuras sub altitudine poli datæ regionis erigamus ad Solis ingressum in 4 puncta Zodiaci cardinalia, nempe duo Æquinoctialia ♈, ♎, & duo Solstitialia ♋ ♑: & totidem in ♂ seu ♌ præcedentibus præfatum Solis ingressum, quibus Origanus tertiam esse adiungendam statuit, nimirum ad nouilunium vel plenilunium similiter proximè subsequens ingressum solis in signum Cardinale, maximè si sint Ecliptica, & sic habebuntur 12 cæli themata iudicio vniuersali sufficientia, præter ea, quibus ad Eclipsis prognosticum opus est, cùm quatuor sint anni quartæ, & ad quamlibet tria themata erigantur. Porrò in singulis thematibus colligenda sunt fortitudinis & debilitatis testimonia, quæ in his 4 locis, nempe Horoscopo; M. C. loco ☉, & loco ☽ reperientur, provt ex operatione sequenti patebit. Figura verò cæli, quæ ad Solis

ingressum in ♈ primum cardinale signum describitur, dici solet anni Reuolutio. Quoniam Astrologi non tantùm Zodiacum à primo ♈ gradu; sed etiam annum à Solis in ipsum ♈ ingressu inchoant, ex qua Planetarum vires in hæc inferiora pro omnibus per totum annum euẽtibus, quasi de nouo colligunt. Postea characteres Planetarum omnium bis notentur, nempe semel pro colligendis fortitudinibus; & iterum pro colligendis debilitatibus. Ac illis numerorum tergeminorum series ad numerum thematum cuiusq; quadrantis iuxta Planetarũ ordinem subscribãtur ac singulæ numerorum tergeminorum series seorsim in vnam summam cõijciantur. Prima pro vere: Secunda pro æstate: Tertia pro Autumno: Quarta pro Hyeme. Ad extremum hæ 4 in singulis Planetis aggregentur. Qui enim inter omnes fortissimus & simul in commodis cæli locis dispositus fuerit, non impeditus motu, vel lumine, præsertim veris tempore, erit anni Dominus. Particeps verò & socius Domini censebitur, qui numero dignitatum proximus est.

Cognito tandem anni Domino expendendæ sunt quædam regulæ ex approbatis Astrologis in hac scientia deductæ, quarum quidem prior vniuersalis est: cæteræ verò particulares.

Regula Generalis.

Dominus anni benè positus in themate reuolutionis, bonum & fertilem annum significat; in quo hominibus bona fortuna & prosperitas promittitur: malè verò seu infæliciter positus, annum infrugiferum minatur.

Haly cap. 3. part. 8.

Regulæ speciales de singulis Planetis.

Saturnus igitur cum solus dispositionis aëris dominium fuerit adeptus generaliter infrigidat constringens aërem, ne calorem solis recipiat; Secundum tamen magis & minus, atque etiam parum de siccat, licet quandoque siccitas eius in humiditatem vertatur. Est autem frigidus maximè Orientalis, sed siccus maximè Occidentalis. Malus, tardissimi progressus, qui generaliter, vt ait Ptolomæus, corruptiones per frigus præstat; ac aëris constitutionem facit horrendo frigore rigentem, glacioſam, nebulosam ac pestilentem. Significat præterea tempestates

pestates aduersas & validas in aëre, densas nubes, tenebrositatem aëris, pluuias copiosas & minimè vtiles: Sed damnosos, & aërem præsertim hyemalem, niues, & pruinas, prout conditio temporis ferat: In Fluuiis ac mari tempestates hyemales, naufragia classium, infirmitates longas, impetus humorum, & fluxiones, quartanas febres & pestes; terræmotus, & terræ fructuum caritatem, inopiam & deuastationem, prout ipse Saturnus fuerit malè affectus, & pro signi varietate, vbi versauerit. Hyeme proprie immensum facit frigus, & æstatis calorem remittit, vt vtrumque magis afficit, cum vertici appropinquat. Hæc ex Magini Ephemerid.

Pitatus & Orig. ex Leupoldo & Albumasar hæc colligunt.

Cum ♄ præfuerit anno absque ♂ aspectu, vel Planetæ frigiditatem ipsius temperantis, frigus intensum eo anno significat, quod & bruta animalia interimit, & terræ nascentia impedit maximè cum fuerit Ascendens à medio circulo suæ augis in Eccentrico. Leupol. cap. 1. tract. 6. De mutatione aëris. Et Albumasar cap. 5. lib. 4, qui & addit, quod hæc quidem in Septentrionalibus regionibus expectanda sint: Sed in Australibus locis, æstu Solis feruidis, in tantùm in frigidas auras, vt temperies sit futura animalium vitæ & germinum vbertati conueniens. Facit etiam ♄. Iuxta Card. 7. Aph. 67. immutationes & diuersitates in aëre, terræmotus, niues ac pruinas & frigora immensa. tempore enim caloris minuit calorem, & tempore frigoris auget frigus: Haly cap. 26. lib. 8. de Iud. Astr. ♄ *Anni Dominus.*

♃, cum Solus dominatur, calefacit temperatè, & humectat, Orientalis magis humectat, at Occidentalis calorem adauget, & serenitatem, optimamque aëris temperiem ac salubritatem præsertim cum fortunatus est parit. Ventos Septentrionales pro animalium fructuumque conseruatione salutares, & temperatos mouet. Calor æstatis & frigus hyemis per Iouis influxum remittuntur. Significat quoque præter aëris clementiam, incolumitatem, quietem. Classium nauigationes præstat felices, annorum fructuum fertilitatem, & ingentem copiam, atque incrementa rerum vitæ necessariarum. Si verò infortunatus fuerit, has qualitates minuit, sic tamen vt aliquam eius vim beneficam præbeat.

2. ♃. Absque absp ectu alterius, vel etiam cum Sole, aërem temperat, & ventos Septentrionales efficit, mediocres tamen, ex quibus animalia & semina confortantur. Pitat. pag. 34. ex Leupoldi & Albumasaris locis antea citatis, Haly cap. 4. part. 1. dicit, quod Iouis tempore æstatis calor, ♃ *Anni Dominus.*

& frigus hyemis temperentur, & quod minuantur Epidemicæ infirmitates ac pestes. Aër enim Salubrior efficitur ab aura seu vento Septentrionali, quem mouet ♄ vt paulò infra de ventis.

♂ Immediatè calefacit Orientalis, sed Occidentalis maximè desiccat, & comburit, licet autem ♂ sit semper calidus, secundum tamen magis & minus, nihilominus eius siccitas quandoque ita contemperatur, vt ad humidam accedat dispositionem penes mutationem status in Epicyclo & Eccentrico, vt paulò infrà dicemus, & provt signum humidum peragrauerit. Orientalis autem calorem magis auget, & Occidentalis siccitatem. Affert autem generaliter cum solus dominatur, immensum calorem, & siccitatem corrumpentem, ac facit in aëre constitutionem æstus ardore squalidam, ventos calidos & pestilentes, & tabificos, incendia, fulgura, tempestates, grandines, pluuiarum inopiam. In mari subitas classium immittit submersiones, per ventos turbulentos ac fulmina. Præterea significat fluminum & fontium defectum, vel diminutionem, sic quoque animalium ad vsum humanum, & fructuum è terra nascentium destructionem. Facit præterea æstuantes morbos, febres tertianas, sanguinis eruptiones, morbos acutos, & pestilentos, ac mortes repentinas. Particulariter cum prædominatur, ac vertici appropinquauerit, æstatem efficit æstuosam ac nimis ardentem, hyeme verò frigus remittit.

♂ Anni Dominus.

3. ♂ Cùm præfuerit anno absque aspectu ♄, vel Planetæ infrigidantis, hyemis frigora contemperat, æstatis calorem auget, & eo magis si in calido signo sit & ascendat in suo circulo. Hinc sequitur: Vt in terris frigidis fiat confortatio seminum & animalium: In calidis verò destructio: Leupold. cap. 1. tract. 6. Et Albumasar cap. 5. lib. 4. Mars quoque Dominus anni significat æstus, incendia, fulgura, grandines, bella, 7. Aphor. 68. Card. Ac si in reuolutione anni sit in signo proprio, multum pluit: in domo ♄ parum, in aliis mediocriter. Leupold. cap. 2. tract. 6. Imprimis verò abundabunt pluuiæ, si ♂ ex ♏. Venerem intueatur. Leupold. ibidem.

Sol naturâ calidus & siccus calefacit in vniuersum & aliquantulum desiccat, & ipse quidem generalis temporum effector & significator est, cum semper vices temporum perpetuò afferat penes eius accessum, & recessum à Zenith, ac transitum per 4 Zodiaci quadrantes, quæ tamen tempora anni alterabilia sunt secundum magis & minus, provt fuerit natura & inge-

nium stellarum illarum, cum quibus ipse Sol corporeo congressu vel radiis copulabitur. Particularis tamen eius operatio est aërem nunc igne, nunc nubibus alternatim inficere, & quando feliciter positus est, ac temporis dominatoribus aliquo pacto testificans serenitatem, ac vbertatem præsagit.

4. ☉ Variat anni quartas, secundum coniunctiones & aspectus, Planetarum calidorum vel frigidorum ad eum. ♄ Namque cum Sole in hyeme absque aspectu ♂ auget frigus: in æstate calorem minuit, & eo magis in signis frigidis. Operatur enim ♄, fortius: in signis frigidis, & ♂ in calidis. Leupold cap 1. tract. 6. & ex eo. Pitatus pag. 34. Ephemerid. ☉ *Anni Dominus.*

Venus calefacit parum & humectat multum, qua ratione videbitur ipsam esse potius frigidam, & humidam ad temperamentum, quæ cum fuerit à Sole Orientalis plurimum humida est, & Occidentalis fit paululùm calida. Cùm verò eadem quadranti alicui in anno dominabitur, significat in vniuersum ventorum temperiem, constitutiones humidas & fœcundissimas, leues pluuias, licet quandoque copiosas & animantium vtilium, fructuumque è terra nascentium ingentem copiam, ac vbertatem, & bonas corporum valetudines: Felices nauigationes, & à tempestatibus immunes, & in summa quidem effectus parit Iouis effectibus valdè affines, particulariter autem in hyeme aëris temperamentum, & humiditates adducet, æstate autem & autumno siccitates minuet.

5. ♀ Cùm præest anno, in verè & hyeme humiditatem auget: In æstate & autumno siccitatem minuit, & releuat, maximè in signo humido, & dùm eam Planeta siccus mininè aspiciat, Pitatus pag. 34. & Leupoldi cap. 1. tract. 6. & Albumasar cap. 5. lib. 4. ♀ *Anni Dominus.*

Mercurius naturæ ancipitis existens, aërem afficit pro natura planetæ, cum quo copulatur, desiccat tamen vt plurimum ob frequentem Solis propinquitatem, præsertim verò cum fuerit Occidentalis: Nam Orientalis modicè calefacit. Cum autem dominatur ventos turbulentos, inordinatos, interdum turbinosos ac variè mutabiles ciet, aliquando pluuias, grandines, tonitrua, & cum maleficis, mala, vt infelices nauigationes, morbos siccos, febres quotidianas, tusses, anhelationes & tabes, at cum beneficis configuratus fuerit, bona denunciat.

6. ☿ anni Dominus, qualitatem aëris variat, corrumpit ventos, maximè in humidis & ventosis signis. In calidis verò & siccis siccitatem adauget: Pitat. pag. 34. ex Leupoldi & Album. locis antea citatis. Card. quoque 7. Aph. 69. dicit. Mercurium facere ventos exitiales: Nec dissentit ☿ *Anni Dominus.*

Haly cap 26. part. 8. vbi dicit: Mercurium in aëre significare diuersitatem, & facere multos graues & damnabiles ventos.

Luna tandem generaliter humectat, ac parum calefacit, & aquas mouet, aërem variè afficit provt diuersum situm in Zodiaco, respectu Solis obtinet. Vt enim Sol stata anni tempora in vniuersum efficit; Ita Luna quolibet mense naturam & aëris qualitatem pro varia ipsius ad Solem habitudine mutat, & provt reliquis syderibus coniungitur. Astrologi statuunt ☽ à ☌ ad primam □ frigefacere, & humectare; à prima □ ad ☍ calefacere & humectare; ab ☍ ad secundam □ calefacere, & exsiccare; à secunda □ ad ☌ frigefacere & exsiccare. Ptolomæus Solem & Lunam à dominio excludit, cui tamen recentiores dissentiunt vt ex eorum scriptis videre est. Cæterùm si Luna fuerit fortunata & in bono cæli loco constituta, pluuias mediocres, abundantiam, fertilitatem, & paucas infirmitates portendit. Contra verò infortunata nimiam aquarum copiam, fructuum corruptiones & morbos plurimos denunciat.

Status Lunæ respectu Solis quadruplex. Vide Clariss. Magium in comm. ca. 5. lib. 3. Galleni de diebus decretoriis.

♄, ♃ & ♂ in Apogæo Eccentrici existentes, humectant & refrigerant, nec multum calefaciunt ob maximam à Sole distantiam: Verùm humiliores in Eccentrici Perigæo, constituti, eorum natura alteratur, & sic calefaciunt, & exsiccant. Contra verò ♀ & ☿ quo humiliores sunt tam in Eccentrico quam in Epicyclo, eo fiunt robustiores: In Perigæo humectant & refrigerant; At elati in Apogæo Eccentrici, vel Epicycli exsiccant & calefaciunt, ob Solis vicinitatem.

Natura & temperamẽtum Planetarum provt propriis orbes comparantur.

Porrò tres superiores ♄, ♃ & ♂ Orientales, sunt robustiores quàm Occidentales, & eo magis, quo à sole remouentur (vis enim eorum maximè viget ante solis ortum) vsque ad primam stationem, vbi incipiunt retrogradi, à qua vsque ad medium retrogradationis nempe in solis oppositione sunt debiliores: Sed ab oppositione ad secundam stationem imbecilles sunt, minus tamen quam à prima statione ad oppositionem, & denique à secunda statione vsque ad occultationem sunt potentiores, sed tamen minus quam Orientales.

Tres superiores Planetæ ad Solem collati.

Astrologi recensent in 3 superioribus quinque insignes status, scilicet ratione tum solis, tum motus eorum in Epicyclo. *Primus* est cum Planetæ versantur in Epicyclorum Apogæis, sub radiis solis vbi ob ipsius vicinitatem exsiccant. *Secundus*, ab

ortu matutino vsque ad primam stationem, quo incipiunt retrocedere, humectant. *Tertius*, à prima statione ad retrocessionis medium, seu in solis oppositione vt ☿ & ♂ magis calefaciunt, ♄ sua naturâ frigidus magis frigefacit: Quia nobis sunt propinquiores. *Quartus*, à medio retrogradationis, seu à solis oppositione vsque ad secundam stationem, vbi cursum suum dirigere incipiunt, exsiccant. Vltimus perpenditur à secundâ statione ad occultationem matutinam, vbi magis frigidare quam exsiccare valent.

Quoad verò stellarum in singulis anni quartis positum expendendæ sunt hæ septem regulæ.

1. Quandocunque ☉ ingrediens Æquinoctiale, vel Tropicum signum, statim ad naturæ calidæ [illegible] peruenit, qualis est ♂ vel ♃, vel stellas fixas insigniores de natura ♂, vel ♃, aut etiam per aspectum eis copulatur, tum calidior significatur constitutio per istam anni quartam. Quod si ad stellam frigidæ naturæ accedant, vel ♄ vel ☿, aut stellas fixas de horum natura, significatur frigidior aëris status. Stoss. in Ephemerid. suis.

2. Reliqui quoque Planetæ iuxta qualitatem suam, anni quartam afficiunt, vt in vere ♃ & ♂ coniuncti, significant tempus siccum & calidum futurum, cum aliàs sit temperatura humidum. In Æstate ardentissimum Solem. In Autumno vernamque constitutionem. In Hyeme frigus remissius & languidius.

3. Planetæ tres superiores in signis Septentrionalibus, aërem quoque tepidiorem futurum arguunt, illa anni quarta, qua hoc modo constituti reperiuntur. In signis verò Meridionalibus contrarium significant.

4. ♄ in proprio suo domicilio ♑ vel ♒ in themate Hyemali constitutus, intensum & inusitatum portendit frigus. In themate Æstiuali remissiorem æstum. In vere siccitatem auget, teporem mitigat. In Autumno etiam auget siccitatem & inrendit frigus. Idem præstat ☿ Mercurio copulatus.

5. Planetæ & stellæ quæcumque, si contrariis & pugnantibus qualitatibus sint præditæ, & vel corpore, vel aspectu iungantur temperiem efficiunt, & quasi mixturam in aëre, vt inde euadat mediocritas. Veluti si Saturnus & ♂ coniungantur.

6. Cum ♂ & ☿ iuncti fuerint, Lunamque aut Ascendens Do-

minum in 6. aut 7. loco existentem pulsauerint, immodicam declarant siccitatem: 7 Aphor. 163. Card.

7. Cum Sol tropicum ingreditur signum, si Venus tunc ex humido signo Lunam aspexerit, in humido quoque constitutam, erunt pluuiæ multæ. Si verò Luna tunc non fuerit in humido, sed Venus tantùm, fit grata temperies. Pitat. pag. 34. ex Leupold. tract. 6. cap. 2.

Regulæ speciales de singulis anni quartis, ex Leupoldo.

De vere.

1. In coniunctione vel ☌ luminarium quæ præcedit anni reuolutionem, si ♂ locum luminarium aspiciat, erunt fulgura, tonitrua & lamp[illegible]

2. Planetæ combusti in vere, nebulas afferunt. Pitat. ex eodem.

3. Retrogradatio ☿ in vere, dum Sol est in ♈ vel ♉, efficit ver pluuiosum.

4. ♄ veris Dominus ver egregiè frigidum, non tamen siccum, sed parum humidum parumque flatuosum, non tamen omnino absque flatibus producit.

De æstate.

1. In quarta æstiua si quinque Planetæ sint directi, propter eorum infrigidationem æstas erit decora, non nimium calida. Si retrogradi, erit intensè calida: Retrogradi enim Planetæ calefaciunt, directi infrigidant: Leupold. ibidem. Contra quæ Cardan., in lib. de mutat. aëris huiusmodi Aphoris. proponit: Planetæ veloces motu, calorem augent. Stantes autem si calidi, calorem faciunt grauem, frigidi frigus, humidi pluuias augent, sicci exsiccant. Retrogradi omnes infrigidant, aut minus calefaciunt, præter Iouem soli oppositum.

2. Planetæ combusti in quarta æstiuali, faciunt caliditatem & tonitrua plurima Leupold. tract. 6. cap. 2.

3. Sol in termino ♂ in æstate calorem auget: In hyeme verò & vere siccitatem & pluuiarum paucitatem Leupold. ibid. ex centil. Hermetis 35.

4. ♄ Æstatis Dominus, non quidem frigidam, sed temperatam æstatem facit, siccam immoderatè, penitusque tranquillam: Card. in priore loco.

De Autumno.

1. Planetæ combusti in quarta autumnali, frigus faciunt atque humiditatem.

2. In autumno si omnes Planetæ sint retrogradi, & in hyeme dirigantur, erit siccitas summa in omni climate. Leupold. 3. Cum ☉ intrat 18. grad. ♏ si tunc ♀ in aqueo fuerit, erunt pluuiæ ad submersionem: ibidem.

1. Planetæ combusti in quarta hyemali, faciunt nubila & ventos Meridianos. *De Hyeme.*

2. ♀ directa & Orientalis, dum ☉ existit in ♑, ♒, & ♓ dat in principio hyemis pluuias paucas, in fine multas, nisi stella alia occurrat soli vicinior vel affinior. Contrarium fit si retrograda existat, ibi in fine paucas, in principio abundantes largitur. Aliter hunc Aphoris. Haly cap. 4. part. 1. proponit. Statuit enim simpliciter quando Venus regreditur, & sol est in signis hybernis, hyemem illius anni esse humidam & pluuiosam. Idem quoque sentit, si recedat sole existente in signis vernis. Est enim inquit, status ♀ cum statu ☉, similis statui mulieris versus virum, quæ quia tum eijcit humiditatem, est & ♀ significatrix imbrium & pluuiarum.

3. Si sub initio vel fine hyemis ♄ Lunæ & figuræ cæli dominetur, insolita frigora accidunt nubilo tempore, & in his niues expecta, 7. Aphor. 35. Card.

4. Si Soli à ♑ in ♈ procedenti vnicus tantum retrogradus Planeta iungatur, siccitas erit: Si duo, humiditas congruens: Si tres, humiditas exuperans: Si 4, fiet diluuium. Pitat. in Eph. pag. 34. ex Leupold. De Planetis tamen superioribus hoc non nisi per aspectum intelligendum est. Nam licet veniant ad solem superiores, nunquam tamen retrogradi cum eo iunguntur.

At verò hîc obseruandum est, quòd si aliquis Planetarum solus dominium non substineat, sed adiunctum habeat, vel vnum vel plures Planetas, miscenda sunt significata pro natura & robore Planetarum. Verbi gratia, collectis fortitudinibus debilitatibusque essentialibus 4 locorum principalium ad ingressus solis in 4 signa Cardinalia, ♈, ♋, ♎, ♑, atq; ad Lunationes proximè præcedentes & sequentes solis ingressum in ista signa ad annum 1637. *Cùm plures sunt anni Domini miscentur significata.*

1. Pro vere, ex collectione fortitudinum & debilitatum in themate ingressus ☉ in ♈, in plenilunio præuentionali & nouilunio postuentionali, ♂ veris Dominus censetur; habet enim

in tribus figuris scilicet verna, præuentionali & postuentionali 34 fortitudinum testimonia, adiungens sibi ☉ 21 testimoniis. Saturnus verò testimoniis pollet 17, ☿ 1, ♃ 10, ☽ 1. Sed ♀ debilitate languet vna.

2. Pro æstate ex additione fortitudinum & debilitatum, in figura introitus ☉ in ♋, in plenilunio præuentionali & ♂ postuentionali, ☿ æstatis præses iudicatur ob testimonia fortitudinis 34: cum tantum ☽ 27, ♀ 26, ☉ 3, ♃ 2, debilitatis ♄ ♂ 6.

3. Pro Autumno ex aggregatione fortitudinum & debilitatum in themate ingressus solis in ♎, in coniunctione præuentionali & ♂ postuentionali, Autumni dominus ☉ æstimatur, ob 24 fortitudinum signa; cum in ♂ solummodo 18, ☿ 13, ♃ 6, ♀, & infirmitatis testimonia in ♄ 2, ☽ 2.

4. Pro Hyeme ex additione fortitudinum & debilitatum in themate introitus ☉ in ♑, in ♂ præuentionali & ♀ postuentionali, ♂ Hyemis Dominus reputatur, vt qui roboris signa fortitur 35, cum in ♄ tantùm 22, ♀ 22, ♃ 20, ☉ 14, & debilitatis testimonia ☿ 29, & 19.

Collectis tandem Planetarum fortitudinibus (quæ remanent subductis priùs debilit.) in 4 anni tempestatibus in vnam summam emergunt pro ♂ 81 fortitudines, ☾ 62, ♀ 49, ♃ 38, ☿ 29, ♄ 25. & ☽ 8. Cum igitur ♂ sit omnium fortissimus, quippe qui testimonia fortitudinis residua 81, obtinet; idcirco principalis anni Almuten, seu gubernator, merito statuitur, cui adiungendus est ☉, postea ♀, quia proximè ad Martis dignitates accedunt.

Quoad verò aëris constitutionem attinet. Mars anni præses ac in Ascendente fortunatus pollicetur magnos æstus, incēdia, fulgura, & grandines & maximè nat[illegible]nibus quæ ♈ subiiciuntur; licet verò æstus à ♂ indicati augeantur à ☉, qui dominij socius est, tamen mitigabuntur, tum præter □ Saturni (Lunæ coniuncti in signo ♑ frigido & sicco) ad Martem: tum etiam humiditate naturali quam pollet ♀ altera dominij particeps, addo quòd ♂ in Eccentrico ascendens existat, quodquidem humectat, & aërem refrigerat, nec multum excalefacit ob maximam à Sole distantiam.

De speciali singularum Lunationum, ac Lunæ quadraturarum prognosi.

CAPVT II.

POstquam de qualitate ac temperamento quatuor anni quartarum peregimus, nunc modum aëris constitutionem paulò exactiùs prognosticandi, non tantùm ratione nouiluniorum & pleniluniorum, sed etiam duarum quadraturarum ostendere videtur consentaneum, via autem id præstandi hæc est.

1. Primò erigatur thema celeste ad poli regionis eleuationem pro nouilunij, ☌ & □ tempore in Ephemeride reperto, apparenti facto prius, atque (si opus fuerit) ad locum datum reducto.

2. Eligatur cuiusque thematis dominus seu almuten. Nam ex his lunationum singularum status particulariter explorabitur: Vt enim planetæ dominio præstantes in Solis ingressu singularum anni quartarum in puncta cardinalia, & in Syzigiis immediatè præcedentibus disponunt, atque pro illorum naturâ totum anni quadrantem nectant; Ita mensium dominatores, qui in ♂ vel ☌, à qua mensis ille incipit, dominio præsunt, mensem illum lunarem disponunt, comparatiuè tamen ad totius anni quadrantis dominos, quatenus scilicet aëris qualitates, quas domini priores illi decernebant, intendere, vel remittere queunt. Sed in dubia electione præferendus est ille, qui vel in luminaris loco, quod est supra terram, pluribus fortitudinum testimoniis pollet, ex quorundam sententia; Vel Lunæ vt sentit Ptolomæus, vel in vno cardinum, præsertim qui Lunam sequitur. Dominator enim in angulo existens efficatius quàm alibi significatum exerit.

3. Qualitates considerentur huius domini, eiusque signi, tum etiam illius signi in quo Luna versatur, nec non asterismorum in ciendis tempestatibus vires expendantur.

4. Perpendatur domini Syzigiæ positus in themate, eiusque

& Lunæ latitudo, quoniam venti, qui aëre mutationem maximè afficiunt, ex ea parte spirant.

5. Aspectus, Lunæ ad Planetas: Deinde ipsorum inter se absque Luna, aut cum thematis domino aut Planetarum. Cum enim Luna domini figuræ radios occurrit; aut Planetarum angulos occupantium, tunc huius Planetæ significatus præcipuè intenduntur.

6. Examinentur ortus & occasus stellarum fixarum: vix enim fieri potest, vt ad Caniculæ ortum siccitas & morbi non vigeant, & sub Arcturi occasu imbres. Nisi enim (teste Cardano Aph. 72.) fixarum ortus & occasus aliquid facerent, imbres non vno magis tempore quam alio fierent. Concursus enim Planetarum incertus est.

7. Considerentur transitus Planetarum per fixas tempestuosas, pleiades, hyades, asellos, &c. præcipuè verò ☽, ☿, ♂, & ♃.

8. Perpendatur anni tempus, vt suis quartis congruentia ac solita prædicamus: nimirum grandines in Martio, Aprili & Octobri, niues in hyeme, in æstate tonitrua.

9. Considerentur & Eclypses, Cometæ generalesque aliæ constitutiones, quæ nonunquam modificant speciales, ac tandem signum cui regio subiicitur, vt veritatem in iudicando securius assequamur.

Stoffler. in Ephem. de aëris mutatione.

Verùm quoad signorum naturam, quæ extrigonis elicitur, Astrologi statuunt *signa ignea* ♈; ♌ & ♐, quando dominium obtinent in Eclypsi, vel alia quauis insigni configuratione, in primis ☌, ☍, aut □ luminarium in æstate, caliditatem, magnam, & æstum intensum indicare; In hyeme auræ temperamentum & frigoris nonnullam remissionem. *Terrea vero* signa ♉, ♍, & ♑, naturaliter frigus denotare, in hyeme intensius, in æstate verò calorem remissiorem seu æstus temperamentum; In vere & autumno grandines. *Aerea* ♊, ♎, & ♒ temperamentum aëris significare: præsertim si ♅ & ☿ ea occupent, frequentiam verò ventorum si ♃ ea possideat.

De signorum Zodiaci operatione in ciendis tempestatibus, hoc æuo congrua cum portarum apertione.

CAPVT III.

CArdan.7.Aph.73.in genere hæc proponit.Quod ♌, ♈, & & ♉, dimidium ventos moueant: residuum ♉ & quicquid est ♊ aëris suauitatem & imbres repentinos faciant: ♊ tamen etiam ventorum autores sunt 7 Aph.61. Sed ♋ & ♌ calorem magnum & grandines excitant: ♍ remittit calorem, & imbres præstat, ♎ & ♏ inæqualitatem aëris dant: ♐ niues & imbres, ♑ frigus, Aquarius cum initia ♒ aquas adaugent.

Cùm autem signorum naturam(vt experientia constat) continuò alteretur,motu stellarum fixarum, quæ locum in Zodiaco 8 orbis mutantes, signi tum relicti qualitates, tum illius ad quod promouentur,etiam quoquo modo mutare queant; ac proinde generalis Quatuor anni Temporum dispositio, quam supra recensuimus nec eodem modo perpetua & permanens maneat; Sed pro quolibet sæculo varietur, seu contemperetur à Stellarum fixarum simulachris,quæ Zodiacum præfati 8 orbis contexunt. Idcirco recentiores variis obseruationibus & præsertim Stadius,proprietates cuiuslibet signi & primi mobilis,& octaui seu stellati orbis huic sæculo conformes collegit, quæ hic subiiciuntur,& primo quidem primi mobilis.

♈ Primi mobilis est minus tonitruosum, sed magis grandinosum quam tempore Ptolomæi.

♉ Calidum est & moderatè siccum.

♊ Est temperatum,sed declinans aliquantum ad calorem, & siccitatem.

♋ Est nebulosum,non parens tantæ serenitatis,vt Olim.

♌ Est calidum,& siccum æstuosum, suffocans.

♍ Tonitruosum, & priori tempore humidius.

♎ Varium,mutabile,declinans ad siccitatem.

♏ Tonitruosum igneum,sed remissius tempore Ptolemæi.

♐ Ventosum, sed solito humidius.

♉ Temperatum, & aliquantum humidum.
♒ Frigidum, aquosum.
♓ Frigidus, quam olim.

Proprietates Zodiaci signorum 8 orbis.

Signa Zodiaci octaui orbis ob eius motum signis Zodiaci primi mobilis non congruunt, sed hoc nostro tempore remouentur circiter 28 gradibus. Ita vt ♈ octaui orbis incipiat à 28° ♈ primi mobilis, vbi incidit prima stella in cornu ♈, & extenditur vsque ad 18 ♉ primi mobilis.

♈ . *Huius autem Asterismi priores partes*, incipientes à 28 grad. ♈ & desinentes in 4 grad. ♉, imbres & ventos mouent, ob stellas Martiales & Saturninas, quibus nonnullæ quoque Mercuriales assistunt; imbres tamen & ventos minores, quam sæculo Ptolomæi. Sol enim cornua & ceruicem ♈ permeans magis calefacit, & aërem purificat, quam illo sæculo, quando & longius in Septentrionem processerunt ♈ stellæ; vnde mitiores venti generantur. *Mediæ partes*, à 4 in 10 grad. ♉, temperatæ sunt, inclinantes aliquo modo ad siccitatem & calorem ob stellas in pede posteriore, lumbis, & poplite ♈ Martiales, quibus Saturninæ quædam versus Austrum in Cete, & Saturninæ ac Vereræ in Cassiopea versus Septentrionem accedunt. *Extremæ* à 10 in 17 grad. fere ♉, æstuosæ sunt, & plus quam sæculo Ptol. Verùm minus pestilentes. Sunt & stellæ *Boreales* in ♈, vt Cornua, Ceruix de natura ♄, ♂, & ☿. Item trianguli Mercuriales æstuantes & noxia. *Australes*, ob Ceti stellæ Saturninas glacioſæ sunt, & subfrigidæ.

♉ *Tauri priores partes*, à 7 grad. ♉ in 27, in quo spacio Plejades videntur de natura ♂ & ☽ turbulentæ sunt ventosæ & nebulosæ, minus tamen quam sæculo Ptolomæi. *Mediæ* à 27 grad. ♉ in principium ♊ humidæ nonnihil sunt & in calore temperatæ ob Persæi stellas Saturninas & Iouiales. *Vltimæ*, à principio ♊ ad 25 vsque grad. in quibus hyades existũt, & cornua ♉ de natura ♂: Item clypeus pes & humerus sinister Orionis de natura ♅ & ♄ ac ☿, tonitruosa sunt, ignea & fulgurosa plus quã olim. Porrò *spacium Boreum* temperiem habet, quia stellis temperatis Saturninis & Iouialibus Persei constat. *Australe* est instabile, & incertum, propter stellas Martiales ♉, quibus & Mercureæ & Saturninæ, item ☽ & ♂ naturam referentes commiscentur.

♊ *Geminorum priores partes*, à [illegible] ♊ ad 26 grad. ♋, humidæ sunt parumper & noxiæ, hoc sæculo quoque. *Mediæ* à 6 grad. ad 14 ♋, continentes stellas Saturninas in brachiis & genibus ♊, sunt temperatæ, sicciores tamen quam olim. *Posteriores*, à 14 in 24 grad. ♋, mixtæ atque incertæ sunt ad siccitatem declinantes, ob stellas quasdam Saturninas, quasdam Martiales & Mercuriales, vt est Caput ♊ præcedens, quasdam Mar-

tiales tamen vt est Caput ♈ sequens. *Borealis pars* mouet ventos, & terras concutit. *Australis* ariditatem & æstum efficit.

Cancri priores partes, à 24 grad. ♋ in 1 ♌, iuxta pedes & præsepe stellas habentes partim Martiales & Mercuriales, partim ♂ & ☽ terras concutiunt, & caliginem offendunt. *Mediæ* à 1 grad. in 7 ♌, in quibus sunt aselli de natura ♂ & ☉, temperatæ quidem fuerunt olim, nunc siciores & calidiores sunt. *Extremæ*, à 7 in 13 grad. ♌ ferè habentes stellas Saturninas & Martiales, ventosæ fuerunt olim, nunc minus; admodum vero siccæ sunt. Cæterum *tam Boreales quam Australes* partes noxiæ sunt & æstuosæ. ♋

Leonis partes priores, à 13 grad. in 24 ferè ♌, vbi Regulus est, stellis partim Saturninis & Martialibus, partim Saturninis & Venereis, partim Martialibus & Iouialibus refertæ, suffocantes sunt & pestilentes, vt olim. *Mediæ* à 24 grad. in 4 ♍ stellis Saturninis & Venereis. Item Venereis & Mercurialibus exornatæ, temperatæ sunt, parum ad humiditatem declinantes. *Extremæ*, ad 17 grad. vsque ♍, in quibus & Cauda ♌ Saturnina & Venerea stella continetur, temperatæ sunt, modicè calidæ & modicè humidæ, vtvt olim siccæ & noxiæ fuerint. Porrò *pars Borealis* ignea est & instabilis, ob stellas in Vrsa maiore vicinas Martiales. *Australis* humida, ob stellas hydræ Saturninas & Venereas. ♌

Virginis principium, à 17 grad. ♍ in finem vsque, ob stellas Mercuriales & Martiales in aliis calidiusculum est, & noxium, minus tamen quam olim. *Medium* à principio ♎ ad 18 grad. continens stellas Mercuriales & Venereas in ala sinistra & crure temperatum est. *Finis* verò à 18 grad. ♎ ad 18 ♏, in quo spica ♍ existit stella Venerea & Martialis, & aliæ stellæ in syrmate Mercuriales & Martialis aquosus est plus quam olim. *Borea* pars ventosa est ob stellas Mercuriales, Australis verò temperata ob stellas Saturninas & Iouiales. ♍

Libræ primæ partes, ab 8 grad. in 15 ♏ stellas continentes Saturninas, participantes cum partialibus in lance Australi, & in serpente Ophiuchi, temperatæ sunt, plus tamen siccæ quam olim. *Mediæ* à 15 in 19 grad ♏ quoque temperatæ. *Extremæ* ad 26 grad. ♏ aquosæ. *Pars Borea* ventosa est ob stellas ♄ & ☿. *Australis* sicca & pestilens. ♎

Scorpij priores partes, à 26 grad. ♏ ad 6 ♐, stellis refertæ Martialibus, participantibus cum Saturno vel Ioue, vt Antares in 4 grad. ♐, producunt niues & plures quidem quam olim. *Mediæ* ad 16 ♐, vbi stellæ sunt Ophiuchi, Saturninæ & Venereæ temperatæ sunt, sed humidiores tamen quam olim. *Extremæ* ad 26 grad. ferè ♐, turbulentæ sunt ob stellas Mercuriales & Martiales. *Partes Boreæ* æstuant, *Australes humectant*. ♏

Sagittarij prior pars, à 26 grad. ♐ in 6 ♑, humidæ est & frigidior quam olim. *Media* ad 16 ♑ temperata ad frigus declinans, ob stellas ♐ de datura ♅ & ♂. *Extrema* ad 28 ♑ ignea. *Pars Borea* ventosa est. *Australis* humida & inconstans. ♐

Capricorni priores partes, à 28 grad. ♑ ad 7 ♒, ob stellas Venereas participantes cum ♂ æstuant & nocent. *Mediæ* ad 15 ♒, temperatiores sunt. ♑

Vltima verò ad 21 grad. ♒ pluuiosæ animaduertuntur. Cęterùm *tam Borealis quam Australina* pars humida est & noxia.

♒ *Aquarij principium*, à 21 ♒ grad. in finem eiusdem, humidum est. *Medium* ad 8 grad. ♓, ob stellas Saturninas & Iouiales temperatum. *Extremum* ad 15 grad. ♓, ventosum. *Borealia* verò æstuant: *Australia* sunt niuosa.

♓ *Piscium priores partes*, à 15 grad. ♓ in finem vsque, olim quidem fuêre temperatæ, nunc frigidiores sunt. *Mediæ partes* à principio ♈ ad grad. 15, humidæ sunt, & plus quam olim. *Posteriores* ad 28 grad. ♈, olim æstuabant, aërem incrassando, & obtenebrando, ita & nunc, sed paulò minùs. *Pars Borea* ventosa est: *Australis aquosa*.

De natura Planetarũ.

Adhuc de signis, reliquum est vt similiter Planetarum naturam videamus. Saturnus igitur, quia longè frigidior est quàm siccus, præsertim Orientalis existens, vt ostensum est supra secundo capite, articulo primo, idémque tradit septimo Aphoris. 47. Card. efficit nubes & aëris frigiditatem, maximè tamen in signis terreis. In angulo quoque medij cæli in dignitate sua quadam constitutus, tempore caloris minuit calorem, tempore verò frigoris magnum affert frigus. Remotus ab angulis non multum mutare potest aërem. Haly part. 8. cap. 26. & ex eo Pitat. in tractat. de mutatione aëris. Quando verò ♄ de signo in signum transit, per plures dies fiunt in cælo ignita signa. Herm. centil. 33 & inde Card. 7. Aph. 40. In genere ♄ facit inundationes, terræmotus, niues, pruinas & frigora immensa 7. Aphor. 67.

♃ Iupiter ob caliditatem & siccitatem parens serenitatis statuitur. Producit ergo serenitatem aëris, ac ventos serenantes à Septentrione. Calorem tamen magis auget Occidentalis, Humiditatem Orientalis: Card. cap. 18 suppl. Alman.

♂ Mars quia calidus est & siccus in excessu, caliditatem quoq; & siccitatem efficit. Dominus verò iudicatur imbrium, tempestatum cum tonitru, grandine, coruscatione; imprimis in signis pluuiosis, & apud stellas pluuiosas, quod & Card. 7 Aph. 68 innuit, vbi statuit æstus, incendia, fulgura, & grandines à Marte prouenire. Stadius in tabulis Berg. cap. 7. seu folio 209 scribit se obseruasse, quod ♀ & ♂ aut etiam solius Martis per plejades transitus, aliquot diebus pluuiosam effecerit tempestatem.

☉ Sol causa est caliditatis, sed pro respectu, & ad suum signum, & ad alias stellas tam fixas quam erraticas. Robur maximum

☉ facit grandines, minimum pruinas & niues, mediocre pluuias. Iuuant autem extrema vtraque venti validi 7 Aphor. 56 Cardan.

Venus humida & frigida est temperate; vel etiam calida nonnihil, prædominante tamen humore. Mater enim pluuiarum est, Cardan. ad text. 56. lib. 2. quadr. Ptolom. maximè in signis pluuiosis: & Rasis dixit, ♀ in principio ♋ pluuias facere 7 Apho. 42. Card. ♀

Mercurius versatilis est naturæ & mutabilis, quia recipit naturam aut signi in quo est, aut Planetæ cui sociatur corpore vel aspectu. Pater tamen ventorum statuitur, & in aquaticis signis maximè flatibus excitat. In signis aëreis facit tonitrua & fulgura. ☿

Luna per se quidem, vt iam supra monuimus, humectandi & parum calefaciendi vim habet. Mutat autem efficaciam, primo pro situ, ad Solem. Et quanquam dicat Cardano septimo Aphorismo 81, quod Luna cum digreditur à Sole & maius suscipit lumen seu crescens est, magis exsiccet, cùm accedit ad Solem & decrescens est, magis humectet: Accipienda tamen hæc tantummodo de aëre sunt, in quo operationes has in tempestatibus mouendis Luna exerit: aliàs crescens humores in corporibus auget. decrescens minuit & exsiccat. 2. pro aspectu ad alios Planetas siccos vel humidos. 3. pro signo in quo versatur. 4. pro stellis quibus associatur. 5 pro latitudine sua. 6. pro domo cæli. Plenilunia quoque æstate frigida, hyeme temperata deprehenduntur, nisi Saturni vis refragetur. Contrà, nouilunia in æstate calida sunt: Hyberno tempore frigidissimas noctes afferre solent, 7. Aph. 100. Cardan. Cumque oppositiones stellarum è diametro, aërem ad humiditatem efficacissime commoueant; quod non faciunt coniunctiones: in coniunctionibus serenitatem, in oppositionibus luminarium & aliorum Planetarum magis pluuias expectare oportet 7 Aph. 125. Hæc de Planetis seorsim. ☽

Quid verò in singulis signis significent, non opus est annotare, cum ex collatione facile cuiuis appareat, cuiusmodi effectus tribuendi sint: Poterit etiam, qui volet, consulere cap. 12 lib. 2 de restitutione tempor. Cardani: quosdam tamen generales Aphorismos subijciemus, qui non parum iudicium futurarum tempestatum acuent.

Aphorismi generales concernentes tempestates ex Planetarum in signis constitutione & concursu.

1. Magnæ mutationes aëris non fiunt, nisi adsit vnus superiorum, ♄ vel ♃, vel ♂ coniunctione vel radio. Et ratio est, quia vt tardus est ipsorum motus, ita quas ipsi operationes edunt, efficaciores sunt, maioremq; & diuturniorem aëri mutationem imprimunt. Sed si Sol cum inferioribus, vel ipsi inferiores inter se conueniant, sine fixis magnis, aut parum aut non diu qualitatem aëris mutant, nisi in congressibus vtriusque luminaris ista contingant.

2. Calamitates non fiunt, nisi prædominantibus infortunis: vnde in ♓ vel ♋ inundationes multum periculosæ fieri nequeunt, quod Luna domina sit ♋, & ♃ piscium, 7 Aphoris. 66 Card:

3. Quando absides infortunarum (h. e. Apogæa vel Perigæa, Epicyclorum ♄ & ♂) in signis aqueis sunt, maximè in ♋ & ♏, fiunt inundationes. Cùm in igneis sterilitates & conflagrationes. Cùm in terreis terræmotus maximi, præsertim in locis maritimis. Cùm in aereis lues. Oportet autem & stellas fixas, apud quas sunt malefici, Apogæi locis consimiles esse, 7 Aphoris. 124.

4. Cùm validæ constitutiones ac contrariorum Planetarum sese offerunt, venti contrarij excitantur: Inde imbrium congregatio, nix & grando proueniunt, 7 Aphor. 117.

5. Omnes magnæ constitutiones in hyeme ad niues procliues sunt, & in vere ad ventos. In æstate verò ad grandines, 7 Aphoris. 115.

6. Nix maximè fit ab humido subtili: & ideò à calidis Planetis ac signis iuuatur & multiplicatur 7 Aph. 74.

7. Planetæ veloci motu suo siccitates inducunt, stantes ventos, retropedantes aquas, 7 Aphor. 127.

8. Infirmus Planeta, qui nempe Occidentalis, retrogradus, tardus, vel combustus est, significat pluuias, præter Martem, qui combustus siccitatem auget. Robustus verò Orientalis, directus, velox motu vel liber à radiis siccitatem denotat.

7. Planetæ non immutantur à stellis fixis iuxta temporum rationem, sed roborantur, id est, duplicatur eorum virtus: Sole tamen & Luna exceptis, 7 Aph. 64. Nam luminaria quando ad alias fixas deferuntur, pro eorum natura variant effectus.

10. Cùm fuerint calida & humida Planetæ cum stellis calidis & humidis

& humidis, vel signis similibus, calidis nempe & humidis, turbulentum, æstuosum, ac insalubrem aërem efficiunt 7 Aphor. 119. Nebulosæ verò stellæ tempus quoque efficiunt nebulosum.

11. Serenitas à Sole ac tribus superioribus ♄ ♃ & ♂. Imbres ab inferioribus oriuntur: Ideoque & serenitas cum magnis caloribus & frigoribus est. Imbres verò omnes tepidi sunt, 7 Aph. 126.

12. Ex superioribus nullus præter Martem pluuias: Ex inferioribus nullus præter Mercurium serenitates facere potest, 7 Aph. 118.

13 Apertiones portarum & valuarum seu cataractarum, quibus nouam, peculiarem & euidentem aëris ad tempestates, ventos, pluuias, grandines & imbres mutationem intelligimus, fiunt, quando vel primo Planetæ, quorum domus sunt oppositæ, & contrariæ quæ naturæ, aut corpore, aut aspectu □ vel ☍ sociantur: vel secundo quando Luna ab vno illorum, illorumve aspectu fertur ad alterum, vel alterius aspectum, cuius est contraria natura. Aperire enim tum portam vel valuam vnus alteri ad actionem suæ naturæ conuenientem dicitur. Ac prior quidem propriè portarum apertio dici solet, Schonero innuente Canone 22 primæ partis: quo pertinent hi tres gradus talium Syzigiarum ☌, ☍, & □. Primò ♄ ad luminaria. Aquarius enim domus ♄ opponitur ♌ domui ☉: Et postea ♑ altera domus ♄, opponitur ♋ domui ☽. Secundò Iouis ad ♀, quia ♐ & ♓ opponuntur. Tertiò ♂ ad Venerem, quia ♏ & ♉ quoque opponuntur, 7 Aph. 24. Atque hæ constellationes magnas mutationes efficere solent. Qualis verò ♄ & luminarium est effectus in aëre turbido, ad frigus, grandines & niues tempore hyberno: In æstate ad calorem aridum, anxium & vires exhaurientem: talis Iouis & ☿ est effectus in ventis, aëris conturbationibus, & auctione caloris. Martis & ♀ in nubibus, fulgure & imbribus. *De apertione portarum.* 1 2 1

Fit enim mutatio potissimum secundum naturam superioris Card. 7. Aphoris. 65, & cap. 26 suppl. Alman. Posterior verò valuarum & cataractarum apertio propriè appellatur. Est enim hoc iter, quo Luna ab vno Planetarum ad alterum, qui 2

oppoſito ſigno præeſt, immediatè procedit, atque ita à ☌ ☍ vel □ ♃ ♂ ☉ } fertur ad { Mercurium, Venerem, Saturnum

maximè efficax, præſertim ſi & ipſi Planetæ ſeſe mutuo adſpiciant: Namque Lunæ à Ioue ad Mercurium, vel à Mercurio ad Iouem immediata digreſſio, curſum & flatum ventorum maximè Septentrionalium excitat. A Marte verò ad Venerem; vel à Venere ad Martem, aëris humiditatem, pluuias, fulmina, & tonitrua in æſtate, in hyeme verò niues & ventos Meridionales ac Occidentales. A Sole denique ad ♄, vel à ♄ ad Solem, tenebras aëris, nubium groſſiciem, & inde pluuias, præſertim vtroque vel altero in aquatico ſigno exiſtente: In hyeme frigora & niues affert: Schoner. in citato antea loco.

Planetæ domini lunationum cuiuſmodi tempeſtates portendant.

Cæterum vt ſciatur quid Domini thematis in quauis Lunatione ſignificent, quidque principales Syzigiæ ☌ ☍ & □ Planetarum radius operentur, primum quidem de dominiis Planetarum ſeorſim, poſtea & de Planetarum conſociatione ex Steffleri in Ephemerides de aeris mutatione notatis, agemus.

Quando ergo Saturnus Dominus eſt thematis alicuius lunationis, tum ſignificat qualitatem aëris, pro ratione quartæ anni Saturninam, nubes denſas & ſpiſſas, caliginoſas, aeris turbationes, magnas nebulas, frigora, grandines, item gelu & niues, cum felicibus verò aſpectibus ♃, etiam ſerenitatem in hyeme pollicetur, quod ventus eius Orientalis ſit ſerenus.

Quando ♃ dominus eſt, tum de natura Iouis maxima ex parte ſerenum & tepidum aerem, animantibus ſalubrem denotat.

♂ dominus thematis, generaliter ſignificat ſiccum aerem, & ardentiores æſtus, præcipuè in ♈: Et reliqua ſecundùm ſuam naturam.

Sol auram calore mediocrem & ſicciorem aliquantulùm affert.

Venus & Luna humiditatem promouent. Veneris tamen dominium gratius & ſerenius eſt quàm Lunæ.

☿ inſtabilitatem aeris ſignificat, & tempus ventoſum.

De tempestatum prognostico ex Planetarum congressibus ex Ephemerid. Magini.

CAPVT III.

COngressus Planetarum ad inuicem maximè considerandi & obseruandi sunt pro aëris & temporum mutationibus: inter quos præcedit Coniunctio ☌, vt efficacior: nam cum hæc lumine constet, pluribus diebus manet, & maiores effectus, ac efficaciores producit, diuturnioresque & generaliores. Deinde sequitur oppositio ☍, post quam Quadratus □; vltimo loco Trinus, △ & Sextilis ✶ debiliores effectus pariunt: quibus postremis Aspectibus æquiparari possunt Antiscia. Omnes autem hi Aspectus, subitas efficiunt mutationes, cùm minus durent, quàm Coniunctiones, & cito pertranseant. Nunc autem de singulis Congressibus particulatim agemus.

Saturni cum Ioue Congressus.

Coniunctio ♄ & ♃ imprimis obseruanda est, & accurate notanda: nam hæc per plures dies ante & post, propter tarditatem motus ipsorum Planetarum, effectus suos parit in aëris mutatione; secundum qualitatem signi Zodiaci vbi contigerit, & secundum naturam ac proprietatem stellarum fixarum, quæ cum dictis Planetis coniunctis reperiuntur. Nam in signis igneis magnam parit siccitatem, & calorem in æstate auget, & hyeme temperantiam aëris & frigoris remissionem adducit. In humidis autem signis, continuas pluuias ac inundationes aquarum portendit. Præterea etiam in eadem coniunctione sedulò obseruandum est, quis eorum dominetur aut supra alium eleuetur. Nam Saturno dominante graues morbos producit, & inopiam ac destructionem omnis boni. At Ioue prævalente, significat bonos effectus, vel saltem minus malos.

♄ similiter cum ♃, ☍, vel □, nec non △ vel ✶, vel Antiscium, sed minus in signis humidis, grandium aëris mutationum

causa est; pluuias cum ventis & grandinibus per plures dies ante & post agendo.

Particulariter autem, quicumque ♄ & ♆ congressus, in verè turbidum vel humidum aërem facit: æstate grandines & tonitrua. Autumno ventos vel pluuiam; & hyeme turbidum aërem. In vniuersum autem cum ♄ & ♆ ad radiorum vel corporum coniunctionem veniunt, fiunt consistentiæ temporum.

Saturni cum Marte Congressus.

Coniunctio, ♄, & ♂ aliquot diebus ante & post effectus suos parit secundum qualitatem signorum & fixarum cum ipsis repertarum: interdum verò pluribus diebus si ♂ tunc fuerit tardus motu, nec à Saturno ita citò separetur. Propriè autem grandines parit hæc Coniunctio, si reliqua concurrant: in humidis signis pluuias cum grandine facit: vt plurimum verò, huiusmodi Coniunctio nubes ac ventos multiplicat, imbribus detrahit, aëra corrumpit, omnia destruit, pro qualitate prævalentis Planetæ, & locorum in quibus sunt, & reliquarum causarum.

Similiter, dictorum Planetarum Aspectus, præcipuè verò ☍ & □ pluuias præsagiunt, cum fulguribus ac tempestatibus. Particulariter autem, quilibet horum Planetarum congressus, verè pluuias vel tonitrua: æstate tonitrua & grandines; autumno pluuiam vel turbidum aërem; & hyeme frigoris remissionem efficit.

Saturni & Solis Congressus.

Saturni cum Sole ☌, vel ☍, vel □, pluuias, grandines, & dies frigidos, nempe ante & post, aliquot diebus parit; præcipuè in signis aquaticis, vel in ♓ & ♑. Et est Apertio Portarum valida, propter tarditatem separationis.

Particulariter, verè pluuiam & frigiditatem efficit, æstate grandines & tonitrua, cum remissione caloris; autumno pluuiam & frigus; hyeme niuem, vel tempus nebulosum & humidum, ac tenebrosum.

Saturni & Veneris Congressus.

Saturni & ♀ Syzigiæ, & præcipuè ☌, ☍, vel □, pluuiam, imbres, & frigora gignunt, eoque magis in signis aquaticis: interdum grandinem licet paruam possunt efficere. Particulariter autem, verè pluuias & frigus; æstate pluuias subitas; autumno pluuiant frigidam; & hyeme tam pluuias quam niues portendunt.

Saturni & Mercurij Congressus.

Saturni & ☿, ☌, ☍, vel □, secundùm naturam signorum aërem alterat: nam in humidis signis pluuias vel tenebrosum admodum aerem; in siccis siccitatem; in aereis ventos fortes; in terreis frigiditatem & siccitatem adducit. Vt plurimum autem, efficit huiusmodi Congressus frigiditatem non parum fructibus nocituram.

Saturni cum Luna Congressus.

Saturni & Lunæ ☌, ☍, vel □, secundùm naturam signorum aerem afficit: in signis humidis nebulosum & frigidum reddit ipsum; in aeris & in ♐ vel ♑ auget frigus, præsertim cum ☽ lumine est plena, & persæpè grandines facit; & cum fuerit vacua, siccitatem efficit; in siccis autem temporibus, generat acredinem ac pruinam. In vniuersum autem solet ☽ cum ♄ nubes efficere obscuras & nigras, quarum vna pars conculcat aliam, & molles pluuias, suaues, ac quietas, sed cum frigore. Præterea etiam maris æstum adauget. Particulariter autem, facit verè turbidum & humidum aerem: æstate tempus humidum cum remissione caloris, & interdum grandines: autumno nebulosum aerem: hyeme nubes & niuem, & frigus vehemens.

Iouis & Martis Syzigiæ.

Iouis & ♂, ☌, ☍, vel □, secundùm qualitatem signorum & stellarum aerem alterat: propriè verò cum pluuias significat, tonitrua addit, & fulmina, & fulgetra. In signis humidis tonitrua & coruscationes cum pluuiis facit; in signis calidis & sic-

cis, exustio & caliditas abundant: & apud sidera tempestuosa, etiam hyeme media grandines facit, alias verò niues.

Particulariter autem, vere & autumno turbidum aerem & ventos, æstate calorem, tonitrua, ac tempestates; hyeme frigoris remissionem adfert, & aeris temperiem. Cæterùm in horum duorum Planetarum Coniunctione, debet animaduerti, quisnam eorum prævaleat, aut dominetur. Nam si fuerit ♆, maximam auget fœlicitatem. Marte autem prævalente, infirmitates acutæ, siccitates, incendia, & alia mala suboriuntur. Et si hæc ☌ acciderit in eadem quartâ cum Sole, continget caliditas valdè fortis & comburens, præsertim æstate.

Iouis & Solis ☌, vel Aspectus.

Iouis & ☉, ☌, flatus ventorum salubrium parit, pulchramque serenitatem & caliditatem temperatam; quod & de aliis Aspectibus dicendum est. Præcipuè autem, in signis aereis auram adducit serenam, & aeris temperiem; in humidis fœcundas affert pluuias; in igneis calorem auget, & serenitatem confirmat, in terreis minus. Particulariter autem, verè & autumno ventos, æstate tonitrua ac fulmina, & hyeme remissionem frigoris affert.

Iouis cum ♀ Congressus.

Iouis & Veneris ☌ vel Aspectus, mirificè placidam & tranquillam aeris temperiem, ac gratã serenitatem parit. In aqueis leues & mites pluuias, ac salubres; in aliis signis vt plurimum serenitatem & ventos. Adducit autem hæc Coniunctio fertilitatem vt plurimum, fructuum abundantiam, & bonam aeris temperiem, ac salubrem, in singulis anni quadrantibus. Decet autem notare, quis eorum prævaleat: nam si fuerit ♀, pluuiæ magis significantur: sin ♆, fient serenitates ac venti.

Iouis & Mercurij Syzigiæ.

Iouis & ♀, ☌, ☍, vel □, aut alius Aspectus: ventos maximè mouet: & est magna vt dicunt Astrologi. Portarum apertio ad ventos: & vt plurimum sine pluuiâ. In igneis siccis paucitatem imbrium significat, ac potiùs siccitatem & ventos calidos:

in aeris serenat aerem,& ventos mouet, nec aliquod discrimen adducit in singulis anni quadrantibus.

Iouis & Lunæ Congressus.

Iouis & Lunæ ☌, vel Aspectus quicumque, secundùm signorum qualitatem facit: vt plurimum verò serenitatem, ac ventos parit propitios in ♈ & ♎ albas nubes toto cælo spargit. Singulis autem anni temporibus aëris temperiem significat.

Martis & Solis Syzigiæ.

Martis & Solis ☌, ☍, vel □, secundùm signorum qualitatem facit, sed cum vehementia. Nam in aqueis adducit imbres, tonitrua, fulgura, & grandines cum nocumento, præsertim æstate: in igneis siccitatem & æstus: in aëreis tenebrositatem aëris. Multoties autem morbos facit; & præcipuè in verè: & vt plurimum cùm fuerit combustus, minuit pluuias.

Particulariter, producit vere & autumno ventos & siccitatem: quod si tunc fuerint ipsi Planetæ in signis bicorporeis, tenebrositatem aeris efficiunt, ac infirmitates. Æstate calorem immensum, tonitrua, fulmina, ac grandines; hyeme autem frigoris remissionem efficit huiusmodi Congressus.

Martis & Veneris Congressus.

Martis cum Venere ☌, ☍, vel □, aut alius Aspectus, in signis humidis & aqueis pluuias & aquas facit profusas: nam fit Apertio Portarum. In aliis signis minores pluuias. Particulariter, vere & autumno pluuias generat: æstate imbres, & hyeme remissionem frigoris. Semper autem ferè statum aeris mutat.

Martis & Mercurij ☌ vel Aspectus.

Martis & Mercurij ☌, vel Aspectus, in signis igneis caliditatem, & præsertim siccitatem immodicam, in aquaticis imbres, & in aereis ventos calidos significat. Propriè autem ventos cum impetu ruentes producit, eò quòd vterque Planeta impetuosus & vehemens sit. Autumno grandines & ventos nubiferos facit: hyeme & vere niues: æstate autem tonitrua & grandines.

Martis & Lunæ Syzigiæ.

Martis & Lunæ ☌, ☍, & □, in humidis signis adfert pluuiam: in igneis siccitates: nubes croceas & rubras cælo spargit, aliquando pluuias secum ducentes: & aerem calefacit, sicut & in aereis. Interdum coruscationes & tonitrua efficit, ac grandines, præsertim æstate. Quandoque etiam causat Iridem cæleſtem absque pluuia subsequente.

Solis & Veneris Coniunctio.

Solis & Veneris ☌, propriè humidum tempus significat, præsertim in signis humidis. Vere & autumno pluuiam; æstate tonitrua & imbres: hyeme humiditatem adducit.

Solis & Mercurij Congressus.

Solis & Mercurij ☌, in signis aereis ventos parit, aliquando cum humiditate: in signis humidis pluuias affert: in igneis ventos calidos cum corruptione, & siccitatem.

Solis & Lunæ Syzigiæ.

Solis & Lunæ ☌, vel □, in signis humidis pluuias, interdum nubes croceas, & pluuiæ guttas grandes adducit: in signis calidis & siccis serenitatem affert, præsertim Coniunctio. In vni versum verò, alterat aerem pro natura temporis, & penes dominum Planetæ prædominantis, aliis etiam perpensis circumstantiis. Sunt autem Nouilunia æstate calida, hyeme frigidissima. Contra verò, Plenilunia æstate sunt frigida, & hyeme temperata, ni Saturni vis refragetur.

Veneris & Mercurij Congressus.

Veneris & Mercurij ☌, iuxta naturam signorum operatur: propriè tamen imbres facit, & eò certiùs si fuerint in signis humidis. Quocumque autem anni tempore, ventos humidos saltem, & imbres creat. Quod si huiusmodi ☌ acciderit hora ☌, vel ☍, vel □ Luminarium, pluuiarum inundationem pariet.

Veneris

Veneris & Lunæ Aspectus.

Veneris cum Luna in ☌, ☍, vel □, facit propriè imbres, seu leues & mites pluuias cum frigore: ac maris æstum adauget. Propriè tamen, vere humidum efficit tempus vel nubilosum: æstate remissionem caloris: autumno nebulas turbidas, & hyeme turbidum tempus, vel niues causat.

Mercurij & Lunæ Syzigiæ.

Mercurij cum Luna ☌, ☍, vel □, secundùm qualitatem signorum operatur: & generaliter, ventos fortes, pluuias interpolatas, & multas variationes significat: & in signis humidis imbres gignat: in aeris ventos, in igneis siccitatem, & in terreis frigiditatem. Facit autem plerumque nubes pallidas, incontinuas, & fumi colorem habentes, ac præterea ventos cum pluuiis mollibus.

Signa { Ignea ♈ ♌ ♐ / Terrea ♉ ♍ ♑ / Aërea ♊ ♎ ♒ / Aquea ♋ ♏ ♓ } sunt

Recentiores addunt aspectus alios nempe octilem, vel se quadrum 45 gradibus constantem, Trioctilem vel sesquadrum 135 semisextilem 30 gr. quinquacilem 150, gr. quintilem 72 gr. Trideciles, seu sesquintilem 108 gr. biquintilem 144 gr. & semiquintilem seu decilem 36 gr. Sed cum de eorum efficatijs præcepta variis experientiis comperta nondum tradantur, illos meritò relinquendos censuimus.

De Ventis.

CAPVT IV.

OMnibus notum est ventos vim haud paruam in mutandis tempestatibus sortiri, ideoque eorum cognitio nempe nomina, diuisio, & natura seu proprietas in dignoscenda aëris mutatione perneccssaria existit, de quibus singulis hîc perstringemus.

Ventus quid. Ventus est multitudo quædam calidæ & siccæ exhalationis, quæ ex terra educta, circa eam impellitur: hinc ventus à violentia & vehementia nomen habet, quod abundè variat, & magna vi in vnum aliquem locum irruat. Cardinales seu principales Generantur venti Solis & aliorum syderum attractu (& in primis peculiari quorundam influxu) multi halitus, qui confertim in sublimè elati ad mediam aëris regionem perueniunt: Inde ab aere illo frigido & denso protusi, refracto & dissultanti impetu resiliunt, quia pulsu deorsum aguntur, & ob insitam lenitatem in superiora contendunt, dum neutra pars vincit, quasi partita contensione, neque sursum, neque deorsum, sed obliquè feruntur..

Aristot. 2. Meteor. c. 4.

Ventorum alij sunt principales, seu cardinales, alij intermedij, & alij minus principales.

Principales à quatuor mundi cardinibus spirant, & ipsorum cardinum quoque qualitates inducunt, suntque *Subsolanus*, seu *Eurus*, ab Oriente: *Fauonius*, seu *Zephyrus*, ab Occidente: *Auster* seu *Notus*, à Meridie; & *Boreas* à Septentrione. Dicunturque indefiniti, quia non spirant ad certum temporis terminum.

Aristot 2. Meteor. cap. 6. Subsolanus à nascente Sole & ab Oriente Æquinoctiali perflat, estque temperatè calidus & siccus, saluber, inimicus contagini, corpora conseruans. Hyeme frigidior producit gelu, spirat Oriente Sole, & noctè vt plurimum quiescit, reddit corpora expedita & mollia, & animos alacres ad omnes actiones peragendas, Græcè ἀπηλιώτης

Fauonius à fauendo, dictus Zephirus, est humidus, aqueus temperatus spirans ab Occidente, pluuias generat, & tonitrua. In Italiæ tractu saluberrimus, spirans tota ferè æstate post Meridiem suauiter: Estate serenitatem parit: Hyeme verò, ac vere niues, & pluuias.

Auster, flat à Meridie & dicitur νότος; qui cum suis collateralibus est calidus, & humidus, ideoque pluuiosus, noxius, pestiferus, ex hippocr. hebetat, caput replet, piger, dissoluens, morbos generat, febres putridas, peripneumonias, pleuritides; si serenitatem generet, ea erit cum calore magno, & nociuo.

A Septentrione, & Boreali Polo spirat Aquilo, ἀπαρκτίας ventus, frigidus, & siccus, serenitatis parens, & niuium, grandinum, fulmina, saluberrimus, præseruãs omnia à corruptione,

venena & pestem pellens nisi quod nimium constipando valetudini noceat atque ob nimiam frigiditatem sit floribus, & vitibus recentibus perniciosus.

Venti intermedij sunt quatuor Borrhapeliotes, Notopeliotes, Notolybicus. & Borrholybicus.

Borrhopeliotes spirat à medio loco inter Septentrionem, & Occidentem, & vocatur Græcus, quia per Græciæ medium transit, estque frigidus, & siccus, nubes & aliquando niues generans.

Notopeliotes inter ortum & Meridiem æquè interiacet, & ab Italis dicitur Syrocus, quasi Syriacus, quia per medium Syriæ transit, & spirans à parte inter Orientem, & Meridiem: estque ventus debilis, & silens, humidus, nubes, & aëris obscuritatem pariens.

Notolybicus flat inter Occasum, & Meridiem dictus Lebecius, Garbinus; quia nobis acer videtur, tum propter eius malam naturam, tum etiam quia tempus serenum in nebulosum, & pluuiosum fere semper conuertit.

Borrholybicus, qui ab Italis vocatur Magistralis spirat inter Septentrionem, & Occidentem, estque humidus, tonitruus, nemboſus, procelloſus, turbulentus, repentinus. Alij venti minus principales, sunt qui principalibus, adiunguntur quorũ, alij sunt Orientales, alij Occidentales, Septentrionales alij, & alij Meridionales; & diuiduntur in octo laterales, & sexdecim collaterales; laterales sunt Cæcias, Aquilo, Circius, Corus, Africus, Libanotus, Phenix, & Eurus; Collaterales, Mesocæcius, Vpocæcius; Vpaquilo, Mesaquilo; Mesocercius, Vpocircius; Mesocorus, Vpocorus; Mesafricus, Vpafricus, Vpolibanotus, Mesolibanotus, Mesophenix, Vpophenix: Miseurus, Vpoeurus.

Orientales venti sex numerantur, quorum tres ab Oriente Brumali, spirant nempe Eurus, Meseurus, Vpoeurus, & totidem ab ortu Solstitiali, nimirum Cæcias, Mesocæcias, Vpocæcias: qui quidem omnes sicci, salubres, serenitatem afferentes, tempore Æstiuo calidi sunt. Hyberno frigidi, oriuntur verò sæpè & crescunt Sole Oriente cessant autem noctu. Quod si pluuia illis exorientibus inceperit, quod tamen rarò contingit, integro die non desinet. Vpoeurus, & Mesocæcias subsolano adia- *Venti Orientales.*

cent, cuius qualitatem imitantur. Meseurus, & Siroccus magis ad naturam Austri accedunt, quam Eurus, atque eodem humidiores existunt.

Cæcias oritur ab ortu Solstitiali qui sic vocatur à fluuio cæci Hellesponti, frigidior est subsolano, eo quod multum frigoris à Borealibus assumit, nubes & interdum pluuias producit.

Vpocæcias, est Cæciâ, seu Hellespontio frigidior, quia magis ad Boream accedit.

Occidentales venti.

Occidentalium; præcipalis seu cardinalis est Fauonius, seu Zephyrus, qui ab Occidente Æquinoctiali oritur, Occasum Hyemalem versus Meridiem, Vpafricum, Africum, Mesafricum, versus Occasum æstiuum, versus Septentrionem Mesocorum, Corum, Vpocorum; omnes sunt in calore temperati, sed humidi, salubres, aliquando enim mites pluuias adducunt, *serenitatem aliquando præsertim hyeme.*

Vpafricus, & Mesocorus sicut proximiores sunt & collaterales Fauonio, ita quàm proximè ad eius naturam accedunt, & hi sæpè alternas mutant stationes.

Africus seu Lybicus ab Africa & Lybia regionibus dicitur, & est lateralis Fauonio, ac ortum ducit à Brumali occasu. Est frigidus, quia validus, nubifer, & humidus, pluuiosus, & tempestatis index.

Mesafricus magis recedit ab occasu, quam Africus, & proinde cum sit Australior participat quodammodo ex natura ventorum Australium. Sed propriè Notolybico vento assimilatur ei vicino, amboque sunt minus humidi & tempestuosi, & minus etiam morbosi, quàm reliqui, qui sunt ad Austrum.

Corus, seu Caurus, à siccitate sic vocatus, est ventus lateralis Fauonij ex Oriens ab Occasu Æstiuali, qui & Argestes à procellis vocatur, & Olympias à monte Olympo, quod Græcis eum tractum non excederet, Sciron etiam illis dictus à rupe quadam, vbi spirat. Est autem sua naturâ frigidus & humidus, sed initio siccus, procellosus, impetuosus, niuosus, grandinosus, violentus, fulgura interdum excitat, & procellosus euertit æquora. Hìc propriè Apuliam infestat æstate peste, & hyeme rigore, ac acerrimo frigore omnia arefacit. Hoc flante, in Oriente sereno die nubila plerumque spectantur.

Vpocorus recedens magis à Coro versus Austrum refert maximè naturam Borrholybici, cui vicinus est, nempe humidam & nimbosam, & æstate quoque tonitruosus est.

Meridionales venti omnes calidi nobis sunt, humidissimi, tenebrosi, pluuij, graues, minus salubres & morbosi, quia sunt putredinis authores, quibus quidem spirantibus acquirit aer calidum & humidum temperamentum pessimum, ac putredini obnoxium. Vnde tunc nec cellaria, ædes, nec granaria aperienda sunt, præcipuè autem cum feneſtræ illis oppositæ sunt. Cæterùm hi Australes venti paucis diebus perflantes aërem serenant, validiores & diurni sunt, turbatur cælum, & quo diutius flant, eo maiores euadunt, sæuioresque in mari excitant tempestates. Horum primarius est Auster à cardine Austrino prorumpens, de quo supra egimus, cuius satellites sunt tres versus ortum Brumalem, nempe Mesophænix, Fænicius, & Vpophænix; & tres versus occasum Brumalem scilicet Mesolybanotus, Lybanotus, & Vpolybanotus. *Meridionales venti.*

Mesophænix, & Mesolybanotus Austri stipatores sunt & cæteris proximiores, ac eiusdem ferè naturæ cum illo.

Phænix, seu Phænicias, qui & Euroauster dicitur, & Euronotus calidus & humidus est, & aëreus, subindéque eo flante apparent alto radiantia fulmina cæli, nubes cogit, & morbos adducit.

Vpophænix tanquam Orienti vicinior, siccior & salubrior illo est.

Lybanotus, seu Austroafricus est magis humidus, quàm calidus, temperatus, aëreus, pluuiosus, tonans, inclinans ad calorem, & quia cum Austro communicat, etiam morbifer & noxius est.

Vpolybanotus cum sit Lybanoto magis ad Occidentem vergens ad temperamentum quoque inclinat, & est roridus.

Septentrionales venti omnes frigidi & sicci sunt, serenitatisque authores nisi vehementer frigidi sint: nobis etenim Septentrio ob recessum Solis ab illo, natura & situ refrigerat, exsiccat ob summum robur, constringit corpora, porosque cutis, nubes diuidit, aërem pestiferum leuans. Aparctias principalis & cardinalis est, cui lateralis est versum ortũ æstiualem, Aquilo seu Boreas, & collaterales Vpaquilo, & Mesaquilo. At ver- *Septentrionales venti.*

sus occasum æstiualem, lateralis est Circius & collaterales Mesocircius, & Vpocircius.

Vpaquilo & Mesocircius, qui proximiores Septentrioni sunt, eandem obtinent cum illo naturam. Sed Mesocircius grandinosus est, niuiúmque parens ob vicinitatem Circij.

Aquilo lateralis est versus ortum, qui sic à Latinis dicitur à vehementissimo ac celerrimo flatu; quasi Aquilæ volatu, vocarur à nonnullis Boreas à nutrimento, quia sementa, fructus, & animantia valdè nutrit; vel dicitur à boatu quod flatus sit violenti & sonori. sed sæpenumero Aquilo, vel Boreas accipitur pro cardinali vento Septentrionali. Est autem frigidus & siccus, sicut reliqui Septentrionales venti, & aërem purgans pro ratione temporis grandinosus, salubris, niuosus, & corruptionis vindex.

Mesaquilo frigidaus & siccus est, sed non adeò sicut Aquilo, à quo magis versus ortum recedit.

Circius lateralis est ventus Septentrioni ad occasum, sic à Latinis à turbine, & vertigine dictus, quasi omnia turbet & circumuertat. Vocatur etiam Thrascias, quia per Thraciam regionem spirat. Hispanis dicitur Gallicus, quia illis à parte Galliæ flat. Hic frigidus & siccus est ac terreus & ventorum gyros, ac niuium congelationes facit & grandines, atque imbrium author est, vehemens, procellosus, cum impetu ruens, sæuissimus autem est in Gallia Narbonensi.

Vpocircius magis ad occasum declinat, & humidior est Circio, cuius naturam maxima ex parte imitatur.

Venti stati sunt, qui certis & statis anni temporibus spirant: Vnde & Anniuersarij dicuntur, quòd singulis annis ad idem tempus redeant, tales sunt, Etesiæ, seu Prodromi, & hi quidem non ab eadem cæli parte vbique, sed à diuersis oriuntur. Hi autem venti in Italia ab Aquilone spirant, in Hispania, & Asia ab Oriente, in reliquis mundi partibus à Meridie; apud Occidentales, ex Septentrional. mutari solent in Occidentales vsque ad Fauonium; apud Orientales, degenerat in ventos Orientales vsque ad subsolanum.

Etesiæ sunt venti Aquilonares, qui æstate octo circiter diebus ante Caniculæ ortum 40 dies perflant, ita tamen vt quotidie à tertia diei horâ exurgant, & noctu sileant, qua ratione

dicuntur Prodromi, scilicet post Solstitium æstiuum: quo tempore intensissimum Sirij ardorem suauissimo suo flatu mirificè mitigant & leniunt.

At verò in hyeme contrario tempore oriuntur, nempe post brumam diebus circiter 70, hinc illi dicuntur æstiui, hi verò Hyberni, suntque illis exiliores: Vt notat Maginus. *Aristot. 2. Met. 5.*

Orinthiæ seu Chelidoniæ sunt venti Septentrionales, qui ab hirundinum aduentu dicuntur, & circa vespertinum Arcturi exortum verno tempore oriuntur. Hi venti sunt omnium suauissimi, & in Fauonium conuertuntur. Adnumerant & Physici alios ventos, qui Erratici dicuntur, quorum alij sunt sine igne cum pluuiis spirant, vt *Exhydrias*; alij siue pluuiis, vt *Ecnephias* & *Turbo*; alij cum igne vt *Prester*: de quibus in Physicis.

Prognostica ex ventis. Iuxta Maginum.

CAPVT V.

VEntorum indicationes à pluribus pendent causis; hoc est à natura planetarum dominantium tempori, ab eorum situ in mundo, à latitudo eorundem, à planetis quibus ☽ quotidie applicat, ab inclinatione Lunæ in latitudinem, ab applicatione ☿ ad planetas, à quibusdam planetarum congressibus particularibus, à proprietate trigonorum Zodiaci, & vltimo tandem ab ortu, vel occasu stellarum fixarum cum Sole, vel cum planetis.

Primò quidem planetis sui peculiares venti assignantur, quos plerumque commouent, vt Saturno Orientales, & ædificia prosternentes, Ioui boreales, temperatos, sanos & fæcundos, Marti Occidentales Africos, atque Australes morbosos & pestiferos. Veneri Meridionales etiam, Mercurio verò omnes indifferenter, nam adiuuat omnes planetas, cum quibus congreditur. Sol autem & Luna licet generales sint ventorum causæ, suos quoque particulares habent ventos, hoc est Sol Orientales, & Luna Occidentales.

Secundò animadue rtendus est situs planetarum in figura

cæleſti ventos ſignificantium, & quam habeant latitudinem. Enimuero ex cæli medio & ex latitudine & declinatione Auſtrali ventos ab Auſtro excitant. Ex imo autem cæli, & ex latitudine, ac declinatione Boreali, ventos à Borea cient, ex Orientis angulo, vel cum primum à Sole Orientales ſunt, Orientales etiam ventos, & cum Occidentales ſunt in mundo vel à Sole Occidẽtales itidem pariunt ventos: Intermedios verò mouent ventos cum planetæ ipſi debiles fuerint in mundo.

Tertiò animaduertendum eſt quibus planetis Luna applicat, nam ſi aderit ſignificatio ventorum ab aliis cauſis venti excitabuntur ab illis planetis, & attendenda erit etiam latitudo Lunæ ab Ecliptica, nam ab illamet plaga erumpunt venti in quam Luna ipſa inclinabit.

Quartò reſpice applicationem Mercurij ad planetas, nam ſi applicuerit ♄, erit ventus fortis, tenebræ magnæ & pluuia. Si Ioui erunt venti mites ſine pluuia. Si Marti ventus calidus. Si Soli ventus calidus cum corruptione. Si Veneri ventus humidus producetur, & cum ipſe Mercurius mutat latitudinem, & cum ſit deſcendens in latitudine ſignificat auram ventoſam. Cùm ſit ſtationarius, vel quando retropedat, aut exit de vno ſigno & intrat aliud ſignificat ventos fortes.

Quintò Trigonis Zodiaci deſtinati ſunt peculiares venti, & illi quidem, quos ſupra nominauimus medianos, ſeu intermedios cardinalibus quatuor ventis aut illis vicinos. Nam ♈, ♌, & ♐, Triangulum Bori holybicum eſt, & excitat ventos inter Occidentem & Septentrionem. Trigonum ♉, ♍, & ♑, Notapeliotes ſeu Auſtriſolanum eſt, ventos promouens inter Auſtrum & Occidentem.

Triangulum ♊, ♎, & ♒, Borrhopelioticum eſt, cui conueniunt venti inter Orientem, & Boream, & denique Triangulum ♋, ♏, & ♓, Notolybicum, id eſt Auſtriafricum eſt promouens ventos inter Auſtrum & Occidentem.

Vltimo ſtellæ fixæ, quando cum ſole, vel etiam cum Luna & planetis reliquis exoriuntur, vel occidũt ſuos peculiares creant ventos, & illarum quidem exortus, & occaſus obſeruandi ſunt ad ſingulos Horizontes: nos autem has paucas obſeruationes ab aliis collectas dabimus, & prout etiam nos ipſi obſeruauimus.

Cordis

Cordis ♌ occasus cum Sole Fauonios excitat perdurantes dies nouem.

Aquila occidens matutino cum Sole Etesias ventos suscitat.

Virgiliarum exortus subsolanum excitat ventum.

Caniculæ exortum octo diebus antecedunt prodromi Aquilonares, succedunt illis post duos dies Etesiæ venti, qui perdurant 40. diebus, quibus caniculæ vis viget.

Ante occasum Arcturi cum Sole venti spirant Austrini.

Corus in autumni æquinoctio erumpit.

Virgiliarum occasus cum Sole excitat Aquilonem hyemalem.

Sol exoriens cum Delphino ventos affert.

Sol, vel ♄, vel ♃, aut ♂, aut ♀ exoriens vel occidens cum Arcturo, vel cum capite ♊ antecedente procreat ventos. Sic quoque cum ventre ♌ meridionalis cum stellis trianguli, cum humero dextro Aurigæ, cum stellis Herculis, & cum stellis ♒. Cum corona autem, aut cum lancibus, aut cum cingulo ♍, aut cum præsepè & asellis ventos facit cum pluuia, aut humiditate, & cum stellis orionis ciet ventos cum nubibus, & tempestatibus, & præsertim si stationarij fuerint, dicti planetæ.

Mercurius procreat etiam ventos exoriens, vel occidens cum capite ♊ antecedente, vel cum cauda ♌, vel cum ceruice ♌, vel cum præuindemiatrice, vel cum lucida transtri nauis, vel cum crure pegasi, vel cum Aquila, aut cum Delphino.

Idem ☿ oriens, vel occidens cum crure ♒, vel cum ventre ceti, vel cum lyra, vel cum pleiadibus, vel cum Fomahand, vel cum lucida hydræ, vel cum nebulosa ♐, vel cum stellis in fronte Scorpij facit ventos cum nebulis, & interdum cum frigiditate.

☿ Oriens, vel occidens cum cornu ♈ facit ventos asperos cum frigiditate, & nebulis. Sic quoque cum cauda ♑, vel cum nexu ♌.

☿ Oriens, vel occidens cum cane maiore, vel minore, aut cum stellis orionis, aut cum præsepè & asellis, aut cum corde ♌ procreat ventos cum nubibus, tonitruis, & imbribus, vel tempestate.

☿ Oriens vel occidens cum spica ♍, ventos facit cum nubibus & interdum cum pluuia: sic quoque cum stellis Aurigæ,

vel cum cingulo ♍, aut cum lancibus, aut cum stellis trianguli, vel cum stellis imaginis Herculis, vel cum stellis ♒.

☿ Oriens cum Acarnar, vel occidens facit ventos serenos, & calidos.

De congreßibus affixorum syderum cum Sole ac reliquis Planetis.

CAPVT VI.

STellarum inerrantium effectus, quos ipsæ cum Planetis congredientes producunt, haud parui sunt momenti in aëris mutatione; Quapropter ne aliquid in nostris Ephemeridibus desideretur, sequentia ex eodem Magino & Stadio collegimus.

Primo itaque scire conuenit, stellas octaui orbis valdè inter se dissimiles effectus producere cum exoriuntur, aut occidunt cum sole, vel cum reliquis planetis, & in catalogo ipsarum annotantur singularum imaginum, & stellarum naturæ, comparando ipsas planetis: nam quædam referunt naturam vnius tantùm planetæ, quædam verò ancipitis vel permixtæ sunt naturæ, & his quidem assignantur duo planetæ, quorum complexionibus sese attemperant. Itaque penes naturam planetarum Saturninæ stellæ gelidæ & frigidæ, ac grandinosæ sunt: Iouiales ventosæ, salubres: Martiæ tonitruosæ, vt & Iouis, sed Martis impetuosæ, subitæ, igneæ, procellosæ, cum Saturno permixtæ pestilentes, suffocantes: solis æstuosæ, ventosæ: Venereæ humidæ, frigidæ: Mercurij indifferentes, cum Venereis permixtæ venenosæ, pestilentes, cum Iouialibus tempestuosæ, cum Martiis impetuosæ, cum Saturniis gelidæ. Lunares turbidæ, caliginosæ, tenebrosæ, & hæ lunares stellæ maria concutiunt.

Præterea tempestuosæ stellæ ac imagines sunt Orion, Arcturus, & Corona. Ventosæ Hædi, & Capra, qui sunt in Auriga. Pluuiosæ Hyades, & Pleiades, sed Pleiades cum occidunt, tẽpus in sua dispositione, in qua fuit, perseuerare faciũt. Æstuosæ sunt ♌ partes anteriores, & duæ caniculæ valdè. Cæterum planetæ

valde alterant harum fixarum stellarum effectiones ipsis commixti; nam, vt ait Stadius Sirium ardentem irritabit Mars commixtus, Iupiter mitigabit, Venus remittet si Soli singuli permisceantur; quod si simul confusis radiis circunfundent, æstum accendent, ita vt si quam pluuiam tunc descensuram prædixeris, casu lapsuram recte dixeris cum Aristotele. At quomodo aqua accedet, & hyberna tempestas? quæ Autumnum salubrem promitterent? si isthæc sicca constitutio præcedet? Quod si Iupiter Soli, aut Mars Ioui permiscebitur Orione exoriente, eius sideris vehementia tempestatem sub ortum Sirij dabit, Aquilo prodromos difflabit aëris corruptionem, Etesiæ egelidi & sicci perflabunt, & Autumnus persalubris erit, & Iouis & Mercurij commixtio eadem promittet.

Nec exiguam habent pluuiarum significationem Aselli, & Præsepe cum Luna aut Venere coniuncta, aut si ex aduersa, aut quadrangula parte Iupiter vtrosque in procellosis, aut humidis signis deprehensos aspiciat, Luna tanquam internuncia à Mercurio ad Iouem defluente. Obseruandus quoque erit hædorum tempestuosus exortus. Hucusque Stadius.

Itaque stellæ fixæ permixtæ planetis suæ naturæ augent, & conduplicant eorum robur, & eorum, effectus robustiores & efficaciores sentiuntur, vt si cum stellis fixis Venereis Venus ipsa congrediatur, tunc quidem humiditas magna procreatur, ex qua vel aëris tenebrositas, vel pluuiæ producuntur, & si Mercurius associetur stellis fixis Mercurialibus, ipse quidem ad ventos excitandos pronior, & efficacior reddetur, & sic de reliquis.

Nunc autem de aeris mutationibus, ac tempestatibus quas afficiunt stellæ fixæ cum Sole exorientes & occidentes, obseruationes dabimus, prout ab antiquis fuerunt annotatę, & prout nos ipsi obseruauimus. Stadius itaque ita de quibusdam stellarum fixarum effectibus scribit ex Plinio.

Arcturi sidus non sine procellosa grandine emergere, testis est cum Columella Plinius, id certissimum tunc esse signum, si Lunæ aut Martis radiis adiuuetur, multa experientia confirmatum habemus. Si Saturnus accesserat pluuiosam tempestatem aliquot continuis diebus obseruauimus.

Succularum, & Hyadum occasum terra marique turbi-

dum esse idem tradidit, veriora experieris quæ Plinius dixit, si Mars sidera illa suo accessu extimularit: si Mercurius quoque aut radiorum coniectu Martis vel aduerso, vel quadrato vrgebitur.

Vergiliarum occasus matutinus si nubilo cœlo accidat hyemem pluuiosam denunciat: si sereno cœlo, asperam. Obseruauimus quoque Veneris, aut Martis per Pleiades transitum aliquot diebus pluuiosam ciere tempestatem: itidem fieri solius Martis.

Obseruatum quoque Plinius refert, si Delphini occasu matutino imbres fuerint, non futuros exoriente Arcturo.

Hædorum quoque ortus pluuiosam tempestatem Italiæ prænunciabat.

Sirij ortu matutino maria feruent, fluctuant in cellis vina, mouentur stagna, canes in rabiem aguntur, sideratione pisces corripiuntur: æstuosissima tempestate omnia exurit, si Mars aut Iupiter ex igneis signis permiscentur. Hucusque Stadius.

Præterea Ptolemæus annotatum reliquit quosdam effectus, quos stellæ aliquot insignes cum Sole congredientes faciunt, nempe.

Zona Orionis emergens turbidum facit aerem Fauonij flatu.

Corona occidens tempestatem efficit.

Sirius exoriens vesperi, & Aquila exoriens vesperi tempestatem efficiunt.

Cum cor ♌ occidit flat Aquilo, & interdum pluit, & secundum Cardanum Fauonij insurgunt.

Delphino occidente ventorum concursus fit cum niuibus, & Cardano teste tunc dies hyemant.

Vindemiator exoriens Aquilonem gelium mouet.

Cornu ♈ exoriens pluuias aut niues ciet.

Arcturus vesperi exoriens tempestates mouet.

Dum nebulosa sequens aculeum ♏ occidit mane, nebulosum fit cœlum.

Vergiliarum exortus Eauonium excitat, sed Cardano Subsolanum excitat ventum.

Ex vespertino Sirij occasu conturbatur aër ab Austro, & Aquilo simul permiscetur.

Occasus hyadum matutinus facit veris conuersionem, & tunc flat Auster, & postridie fit Austrina dies & pluuia.

Pleiades dum occidunt vesperi, Austrum ventum admouent, qui tandem ad Fauonium deuoluitur.

Succulæ exorientes pluuias afferunt.

Arcturus occidens mane aeris facit temperiem.

Cum Orion exorietur, Fauonius spirat.

Lucida coronæ mane occidenre flat Auster.

Occasus vespertinus aselli Borei Etheſiarum prodromos Aquilones excitat.

Dum Aquila occidit mane flat Africus, ardentesque sunt æstus.

Regulus mane exoriens Aquilonem ventum promouet.

Arcturo mane exoriente imbres cadunt, & post biduum hirundines non videntur.

Corona matutina exoriente venti commutantur, asperaque in mari fit hyems.

Cane occidente Auffrina dies fit.

Oriente occidente Fauonius spirat, & Austro flante pluit.

Cum Succulæ occidunt mane, gelidæ dadunt pluuiæ.

Cæterum quæ Maginus ipse obseruauimus in stellis cum ☉ congredientibus offeramus nunc.

☉ Exoriens cum asellis, & præsepe subitam auræ turbationem cum imbribus tonitruis & fulgure facit.

☉ exoriens cum Arcturo ventos ac tempestates mouet.

☉ exoriens cum Delphino ventos affert, & sic cum capite ♊ antecedente, vel cum stellis Trianguli.

☉ exoriens cum Aquila niuem producit, & sic cum cauda ♄, vel cum capite Medusæ.

☉ exoriens cum lancibus pluuiam cum ventis affert.

☉ exoriens cum stellis orionis, vel cum oculo ♉ mouet pluuiam cum ventis, & interdum cum tonitruis, & fulminibus.

☉ cum iisdem occidens facit aërem turbidum cum ventis, & quandoque tempestatem cum imbribus.

☉ exoriens cum Vmbilico Andromedæ, vel cum stellis Ceti, vel cum ♈ cornu, vel cum cauda eiusdem, vel cum nexu ♓, aut cum stellis in ventre ♓, vel cum Fomahand turbidum facit tempus, vel humidum.

☉ congrediens cum nebulosis stellis, quæ sunt in ♌, vel orione, vel ♓, nubilosum facit tempus. Idem facit cum dorso ♌, cum lucida hydræ, cum cauda ♌, cum corona, & cum stellis frontis ♍.

☉ exoriens cum cauda ♑ niuem facit, saltem frigiditatem & nubes, & sic cum humero equi maioris.

☉ occidens cum lyra nubilosum, vel frigidum & humidum tempus facit.

☉ cum pleiadibus nubila, aut pluuias adducit.

☉ cum corde ♌ imbres facit cum tonitruis & fulguribus.

☉ cum cane maiore serenum, calidum, cum fulminibus, & tonitruis quinque.

☉ cum Acarnar, vel cum stellis Iouialibus serenat & aërem calidum ad temperiem facit.

In vniuersum verò Sol cum stellis Saturninis nubilosum facit aërem cum frigore, & interdum cum imbribus, vel niue. Cùm Venereis humiditates & pluuias, cum Martialibus æstus, tonitrua, & fulmina cum tempestatibus. Cùm Mercurialibus & Solaribus ventos. Cùm lunaribus maris perturbationes. Cùm stellis de natura ♄ & ♂ facit æstus & suffocationes.

Nunc autem reliquorum planetarum cum affixis sideribus congressus proponamus ex nostris obseruationibus.

Saturnus cum lucida transtri nauis siccitatem affert.

♄ cum capite Medusæ frigiditatem & humiditatem aliquot diebus producit.

♄ cum cauda ♈, vel cum stellis Cæti, vel cum vmbilico Andromedæ, aut cum cornu ♑, aut cum stellis in nexu, aut ventre ♓, facit nubilosum, turbidum, & frigidum tempus, & interdum cum pluuiis, vel niuibus.

♄ cum pleiadibus facit auram turbidam, & nebulosam, & quandoque pluuiosam, vel niuosam.

♄ cum stellis Orionis imbres facit, & interdum tempestates cum ventis.

♄ cum arcturo ventos facit cum pluuiis.

♄ cum spica subitam facit aëris alterationem cum imbribus, tonitruis & fulgure.

♄ cum lucida coronæ, vel cum Delphino, vel cum cauda ♑, vel cum pleiadibus, vel cum lyra, humidum & nubilosum tem-

pus facit,& quandoque subsequuntur pluuiæ, vel nix.

♄ cum præsepè, & asellis nubes, & pluuiam, & interdum cum ventis, tonitruis & fulgure adducit, & sic cum hyadibus.

♄ cum corde ♌ auram instabilem, nubilosam, cum pluuiis & tonitruis, & remissionem frigoris hyeme.

♄ cum cane maiore auram facit pluuiosam,& ventosam cum fulminibus & tonitruis.

Idem ferè facit Venus cum iisdem stellis, deinde Luna, sed tamen mutationes aëris, quæ à Luna fiunt, citò pertranseunt propter velocitatem sui motus.

Quæ autem de Sole diximus, eadem facit Iupiter, sed mitius,deinde Mars, sed cum maiori vehementia.

Exortus ♐ cum regulo hyeme serenat, & remittit frigus ad liquefactionem,æstate verò æstuat & fulgura facit. Idem cum ceruice ♌ ventos mouet, & cum Acarnar quoque serenat.

♂ cum cauda ♑ exoriens auram remissam in calore facit cum magna humiditate, cum stellis frontis ♏ humiditatem niuosam hyeme,affert,& sic cum cauda ♏, vel cum corde eiusdem.

♂ cum arcturo vehementes ventorum flatus facit cum tonitruis & fulminibus ac pluuiis.

♂ cum aquila hyeme niuem, vel pluuiam æstate adducit ad multos dies cum frigiditate.

Postremò Mercurius cum iisdem stellis fixis congrediens euidentes facit aëris alterationes. Nam cum pleiadibus pluuiam facit cum ventis,& sic cum lancibus. Cum aquila humiditatem facit niuosam, vel pluuiosam cum ventis.

Cùm stellis orionis,hyadibus,regulo,cane maiore,vel minore imbres cum ventis tempestuosis, tonitruis & fulminibus affert, cum cauda ♑ ventos producit frigidos, & in quibusdam locis cum niue vel imbribus. Cùm dorso ♌, vel cum ceruice eiusdem humiditates efficit cum ventis, & cum cauda ♌, vel cum spica ♍, aut cum lyra subitam facit aëris turbationem ad humiditatem, & quandoque cum ventis, & sic de singulis.

Demum verò hoc præcipuum est admonendum, insignes contingere mutationes temporum, vel tempestates, cum planetæ ipsi cum affixis stellis exorientes,vel occidentes fuerint in stationibus suis, vel retrogradi.

De temporis idonei electione, pro Pharmacis, vel purgatoriis, aut laxatiuis medicaminibus sumendis.

CAPVT VII.

CVm liquido constet, ex medicamentorum sumptione virtutes naturales in hominibus conseruari, videtur hoc loco consentaneum ipsarum nomina & proprietates iuxta Medicos & Astrologos, tum verò præcautiones quæ circa Medicinæ laxatiuæ vsum expenduntur, perstringere.

Virtutes naturales sunt *Attractiua, Retentiua, Digestiua, & Expulsiua*, quæ omnes vel à medicamentis conseruari & corroborari, vel ad suas operationes obeundas excitari queunt.

Virtus { attractiua, retentiua, digestiua, expulsiua } viget { in calido & sicco, frigido & sicco, calido & humido, humido & frigido } cui præest { ☉, ♄, ☿, ☽ }

Eadem ratione signa Zodiaci has virtutes regunt, si ibi Luna existat, nempe.

Attractiuam ♈ & ♑ in ♌.
Digestiuam ♊, & ♎ prima medietas ♒.
Retentiuam ♉ & ♍.
Expulsiuam ♋, ♏, & ♓.

Tempora purgationibus magis idonea sunt *Ver* & *Autumnus*; At vrgente necessitate in alio tempore, primò obseruandum est diebus calidissimis & frigidissimis medicinam minimè assumi debere, ex Medicorum sententia. Vt ante canis vtriusque exortum, vel per dies aliquot postea: In illis enim temporibus molestæ sunt purgationes, & medicamentorum vsus difficilis, Ætas insuper attendenda: pueri enim & decrepiti sumendo pharmaco inepti sunt. Sana verò habentes corpora medicinis laxatiuis minus vtantur, ne propter humoris substantialis euacuationem, vel syncopi, vel quauis præcordiorum debilitate opprimantur.

opprimantur. Verùm quandoquidem corpora nostra ☽ motum sequuntur, vnde & dominari Lunam corporibus dicunt; idcirco tempora Pharmacorum electa secundùm Astrologos ex Lunæ motu in signis aquaticis ♋, ♍, & ♓ desumuntur: quum enim similia similibus vires addant, contraria demant; Humida signa plurimum adiumenti purgando corpori conferre videntur, vbi Luna ipsorum corporum domina iis in signis versabitur.

☽ in ♋ in ✶ aut △ espectu cum	♀ confortatur virtus expulsiua & prodest in colerica euacuanda ♀ non vsta ☉ adiuuatur expulsiua pro phlegmate euacuando ♄ corroboratur expulsiua pro melanch. expellenda	cum electuario.
☽ in ♍ in ✶ vel △ cum	♀ confortatur expul. pro bili euacuando ♀ nõ vsta ☉ adiuuatur expulsiua phlegmate euacuando ♄ expulsiua pro melancholia purganda	cũ potione.
☽ in ♓ ✶ vel △ cum	♀ confortatur solutiua pro bilis euacuatione ☉ adiuuatur expulsiua pro phlegmate euacuando ♄ expulsiua pro melancholia purganda.	cũ pillulis.

Conditiones in Medicinis laxatiuis exhibendis attendendæ.

Cauendum est ne Luna in signis ruminantibus versetur, vt in ♈, ♉ & ♑, nec sit Ascendens ♌ vel Luna iuncta alicui planetæ retrogrado: hæc enim signa vomitum inferunt, atq; adeo infirmus facilè medicinam euomet, aut alias incommoditates incurret. *Hermes propos. 74.*

Pharmacia etiam non dari debent, Lunâ in maleficorum aspectu constituta, vt ☌, □ & ☍ Saturni maximè, etiam △, vel ✶, (ni secus natiuitati præfuerint) vt notat Pitatus. Quia ♄ naturâ frigidus, stringit, & humores ingrossat, ne medicina eos expellat. ♂ etiam quoniam nimis calidus, acuit, & effrenat humores eos exacuendo vsque ad sanguinis deductionem; maximè si medicina fortis fuerit. *Frigidi proprium est constringere.*

Verendum est quoque ne Luna ♄ corporaliter iungatur. Quia medicinæ opus sic impeditur, nec medicamen suum complebit effectum. Ptolomæus 19 Centil. *Vis purgationis hebetatur, cum Luna fuerit ♄ coniuncta.* Iouem referantur, ac vita ipsa nostra calido humidoque potissimum constet, cuius qualitatis ♃ est dominus, quoties Luna Ioui copulatur, mirificum corpora ipsa *Pontan. Comment. Centil. Ptol. pag. 35.*

noſtra vigorem inde ſuſcipiunt. Quæ vbi vegetiora facta ſunt, vireſque majores ſumpſere, vim pharmacorum ſuperāt, & medicamenta ipsâ concoquunt: ex quo fit, vt ea noxios eiicere humores nequeant.

Ptol 4. Cēiil. 11.

Quum Luna fuerit in Scorpio aut Piſcibus, dominuſque Aſcendentis Planetæ ſub terram poſitæ copulabitur, bonum eſt purgationibus vti: Si verò copulatur ſtellæ ſupra terram conſtitutæ, potionem qui ſumpſerit emouet. Pontanus in Comm. Catil. 21. Ptol. dicit: In purgationibus eligendum eſt tempus quo Luna iis ſignis feratur, quæ tum humida ſint, tum inferioribus noſtri corporis membris præſint, quales ſunt ♏, & ♓ ♑ Vt non modo propter conuenientem ſigni qualitatem Luna magis ac magis ſordes atque aluum citet, ſed quod citatum fuerit, vt ad loca inferiora præſidentis ſigni beneficio eiiciat. Quamuis autem ♋ ſit ſignum humidum, atque etiam domus, excitandis tamen deorſum humoribus non eſt aptus, ſiquidem ei præeſt corporis parti, quæ vomitum potiùs moueat.

Pontanus ibidem.

Addit & Ptol. quòd ſcilicet Aſcendentis dominus ſit Planetæ ſubterraneo aut aſpectu benigno, aut coniunctione copulatus, quo duplicatis viribus noxiæ ſordes trudantur. Inferius, ſi aſcendentis dominus coniungatur ſtellæ, in cæli culmine exiſtenti patietur nauſeam, & mouebitur ſtomachus, quem motum ſubſequens vomitus purgationem ipſam impediet.

Si ſplenem purgare volueris, videas ne ♄ in cælo fortis ſit, ſed purgabis horâ ♃, cum ipſe fuerit in cælo fortificatus, & benè poſitus.

Hepar non purgabis horâ Iouis, ipſo fortificato in cælo, ſed ſub ♄ dominio.

Cor etiam non purgabis horâ Solis, & cum ☉ fortificatur, ſed ſi ☉ fuerit in Medio cæli vel horoſcopo maximè aſcendente ſigno ♌, aut in 7 bonum eſt cordialem Medicinam confortatiuam ſumere, non autem laxatiuam ſeu purgatiuam.

Pulmonem horâ ♀, fel & renes hora ♂, teſticulos horâ ♀, iis in cælo benè diſpoſitis & fortificatis.

Cerebrum non purgabis horâ ☽, ipſa in cælo fortificata, ſed ſub dominio contrariorum planetarum in qualitatibus euacuabis, aſcendente tamen ſigno membro illi ſymbolum, vel virtutem influente, vel Luna fortunata ſignum ipſum poſſidente.

Hæc etiam notentur in prima & tertia Septimanis ☽, hoc quadris, humores de interioribus ad exteriora exeunt. Ideoque prima & tertia septimana exterioribus euacuationibus vti debent, vt Phlebotomia, & balneo. In secunda autem, & quarta septimanis humores ab exteriori parte corporis ad partes interiores reducuntur, & proinde euacuationibus interioribus, vt Pharmaciis & Medicinis laxatiuis est vtendum. Cuius ratio est, quòd humiditates corporum ab horâ coniunctionis Solis & Lunæ vsque ad quartum aspectum accedunt, quia exeunt ab interioribus suis, vt appareat, & erunt sicut flumina quorum aquæ crescunt, & illud incrementum accessio dicitur. Et ab aspectu quarto vsque ad oppositionem contrahuntur ab extremitatibus corporum ad eorum interiora, & sunt sicut flumina quorum aquæ recedunt; atque à præuentione vsque ad quartum aspectum secundum, sicut in quarta prima, ab aspectu quarto secundo vsque ad coniunctionem recedunt, secundum proportionem secundæ quartæ.

Vide Pont. centil. 56. comment.

Postremò ☽ in ♈, valet gargarismus, in ♊ & ♒ laudabile est Medicinas naturam confortantes sumere: in ♏ valent sternutoria, & suffumigationes. In ♎ & ♏ clisteres.

De Phlebotomia & Sanguinis emißione.

Phlebotomia ex Auicennæ Sententia, est vniuersalis humorum euacuatio, quæ ipsorum multitudinem euacuat. In Phlebotomia tempus & ætas sunt præcipuè attendenda. In diebus enim calidissimis & frigidissimis molestæ sunt purgationes iuxta Hipocr. Primò ex parte dispositionis virtutis corporis, quia præcedit magna resolutio, tum verò Pharmacum, seu minutio resolutioni adiicit. Secundo ex inflammatione spirituum, & humorum, cum pharmacum humores inflammet. Tertio, quia aër iste assimilatur balneo trahente humores à centro ad circumferentiam. Vnde efficitur quædam contrarietas virtutem debilitans, & inflammans spiritus perducendo ad febres, ætas verò etiam attenditur. Quia ante 14 annum, & post 60 aut 70 non valet sanguinis minutio ob venarum gracilitatem in pueris, & propter maximam resolutionem, cum pueri ipsi laxas habeant carnes, tum etiam cum multo egeant nutrimento, san-

guinis euacuatio illis malè statueretur, cum sanguis primo ad nutritionem conducat. Deinde ob virtutis debilitatem in senibus, qui nisi essent carnosi, sanguine abundarent, & vigorosi essent.

Notandum quod duplex est tempus minutionis, quum scilicet necessitas vrget: id est quum morbus minutionem exigit, sicuti in squinantia, vbi minutio cæphalicæ, vel vena sub lingua multum prodest, licet tempus non sit electum è cælo: Est enim squinantia morbus peracutus, qui non patitur moram, quia citissimè interficit, & de hoc tempore minuendi, nihil ad propositum, eo quod necessitas legem non habet.

Est & aliud tempus idoneum secundum Astronomos, & hoc à loco, & cursu Lunæ accipitur per signa Zodiaci, & per varios aspectus eiusdem cum Sole, & Planetis, siue Solis, & Planatarum mutuò, vt infra clare habetur.

Phlegmatici debent minuere sanguinem Luna existente in ♈, vel ♓: capite excepto in ♈, & coxis in ♓ vt infra.

Minuãt
- Phlegmatici in ♈ præter caput
- Phlegmatici in ♓ præter coxas
- Melancholici in ♎ in primis 15 gradibus præter nates
- Melancholici in ♒ præterea crura
- Cholerici in ♋ præter pectus
- Cholerici in ♍ præter verenda. in principio mediocris
- Cholerici in ♌ præter pedes

In ♌ minutio prohibetur, quia est domus ☉, qui in natura omnino ☽ contrariatur.

Prohibetur etiam Luna existente in ♊, eò quòd minutio in brachiis fit, & manibus, quæ ♊ dedicantur.

Ptol. Cent. Tangere membrum ferro Luna existente in signo quod ipsi membro dominatur, est timendum. Auctoritate Almansoris celeberrimi Medici libro 15. cap. 24. Sanguinis minutio non erit salutifera existente in ♊: nec erit conueniens ventosis vti ☽ existente in ♉. Etiam ideo excipiuntur ♊, & vltima ♎ medietas: quia per ea transit galaxia, in qua sunt multæ stellæ de natura Martis, quare ☽ in his partibus reperta pro combusta,

habetur, eaque de causa phlebotomia prohibetur. Multi Scorpionem etiam in minutione sanguinis reijciunt, quia Tauro opponitur, in quo exaltatur, & etiam quia Scorpio est Martis domus, & plus Lunæ, quàm Soli contrariatur. Sed quum Luna 12 gradum ♏ transit, extractio sanguinis mediocri habetur. In aliis autem terreis signis, sicuti in ♉, ♍, & ♑ extractio minimè valet.

De Planetarum Aspectibus extractionem sanguinis impedientibus.

☌ ☾ cū
- ☉ impedit tres dies ante, & post, tunc Luna combusta dicitur ad minus per diem integrum.
- ♄ impedit per vnum diem ante, & post
- ♂ impedit per vnum diem ante, & post
- ☿ impedit si fuerit sub radiis, aut combustus
- ♀ impedit si fuerit combusta

☍ ☽ cū
- ☉ impedit per vnum diem ante, & post
- ♄ & ♂ impedit per vnum diem ante, & post

□ ☽ a d
- ♄
- ☉
- ♂

impedit minutionem, nisi fuerit distantia per sex gradus, hoc est per dimidium diem, cautius est eadem die minutionem relinquere.

Electio temporis idonei in arboribus plantandis.

Omnes qui de Agricultura tractarunt scriptores, Lunæ motum in Zodiaci signis, eiusque cum Sole & Planetis aliis configurationes, pro tempore ad plantandum & seminandum, idoneo, maximè spectare & docent (si quidem ipsa omnibus vegetationis præest;) tum verò terræ collendæ, seminum, vinearum, surculorumque inserendorum naturæ & qualitatis habenda ratio. Si namque in terram humidam, aut semen humidum seminare, aut plantare volueris, sub interlunio decrescente Luna commodius præstabis. Iuxta Plinium. Si verò in terram aridam aut semen aridum serere aut plantare intenderis, id propè plenilunium Luna adhuc crescente exequeris. *Virg. 1. Georg. & Plin. lib. 18. cap. 25.*

Inspicienda est quoque Saturni stella, quæ licet malefica; naturalem tamen super agriculturam dominatum sibi vendicat: Vt enim herbis radicibusque non modo salutaribus, sed iis quandoque medici vtuntur, quæ per se sunt pernicioſa, letalemque vim sortientes, & morborum naturam scrutantur, quâ comperta, remedia quæ conducant, adhibent. Ita quoque Astrologi naturam de qua agitur, antè perspiciunt, ea deinde perspectâ, stellas, signa, domus, configurationes ipsam ad rem conducentes eligunt, non quia, vt ait Card. frigiditas eius ad plantarum generationem faciat; sed quia frigiditate sua verminum generationem prohibet, & seminis putredinem à quibus semina ipsa corrumpuntur, ac infrugifera euadunt.

Pontan. in commen 10. centil. Ptol.

Quapropter ♄ in bono cæli loco fauſtaque ad Lunam & beneficas configuratione aptari debet: contra verò aspectus ♂ ad Lunam est fugiendus: Vt enim ille agriculturæ fauet: Ita hic eidem magnopere nocet, & proinde nullo prorsus aspectu ascendens, vel Lunam aspicere, nec horoscopum aut alium præstantem locum in cæli figura, sed potius debilem & cadentem locum præsertim infra terram occupare debet. Sunt autem signa ad plantandum commoda ♉ & ♒, ad seminandum ♉, ♋, ♍, ♎ & ♑ quibus quidam addunt ♈ ♌. Nec Luna à maleficis impedita, sed in bono aspectu ♀. Saturnus sit fortis, directus, in prima domo, 11, 5, vel 2. At notandum est malum esse seminare tempore Eclypsium, quia semen mortificatur, & ideo nullus vel saltem exiguus recolectus prouenit.

☽ in ♎ vel ♒ hortos cole, & consita ac arbusta.

Vites si purgaueris ☽ plena & lucente in ♉, ♌, ♍, vel ♐ nec lorices, nec volucres vuas infestabunt.

Caue ne inseras arbores Luna decrescente.

Oues crescente Luna commodius tondentur.

Nihil incipias, dum Planeta Retrogradus ☽ copulabitur, ne opus citò destruatur.

FINIS.

DOCTRINÆ PRIMI MOBILIS

PARS PRIMA.

De Rectarum circulo adscriptarum definitione.

Methodus Synthetica postulat vt à circulo tanquam vniuersali huius doctrinæ subiecto ad partes, hoc est ad rectas quæ in circuli partibus expenduntur tanquam principia & causæ, tùm demùm ad circulorum affectiones fiat processus.

1. OMNIS *circulus in* 360 *partes æquales diuidi concipitur, quæ vocantur gradus, quibus anguli à centro illius exeuntes mensurantur; gradus autem singuli in* 60 *scrupula prima, seu minuta: vnum verò minutum in totidem secunda, &c. quæ notantur hoc modo* 35 *gr.* 7′.18″.25‴, *&c.*

2. *Rectæ lineæ circulo adscriptæ, seu applicatæ, sunt quæ circa circuli peripheriam considerantur, vt subtensæ, sinus, tangentes & secantes.*


Sunt enim singulæ peripheriarum, vel angulorum relatiuæ, quæ quidem respectu semidiametri seu radij circuli particularum 100000, aut 10000000, taxantur.

Adscriptæ autem hic non strictè sumuntur, pro rectis circulo inscriptis

(vti veteres Mathematici, quibus nondum tangentium ac secantium vsus erat) sed latè quidem pro rectis omnibus quæ tùm intra, tùm extra circuli peripheriam existunt.

3. *Complementum arcus alicuius est differentia eius à circuli quadrante.*

Vt in diagrammate adiuncto complementum arcus B C est C D: complementum verò arcus H D C est arcus C B.



4. *Supplementum, seu complementum arcus ad semicirculum, est excessus semicriculi super datum arcum, ideóque datus arcus semicirculo minor semper intelligitur.*

Vt supplementum arcus B C est arcus C D H complementum ad semicirculum.

5. *Subtensa, siue chorda, est recta linea circulum dirimens in duo segmenta inæqualia, & vtrumque pariter subtendens.*

Vt C I recta circulum in duo segmata inæqualia dispescens est subtensa vtriusque arcus C B I & C H I.

6. *Sinus est recta linea in semicirculo, ab arcus termino in diametrum perpendicularis.*

7. *Sinus est rectus aut versus.*

8. *Sinus rectus est recta, ab arcus termino in diametrum perpendicularis, semicirculum in duos arcus inæquales diuidens, ad quos pariter vterque refertur.*

Vt recta C F est sinus vtriusque arcus B C & C D H.

9. *Sinus versus, siue sagitta est pars diametri inter sinum rectum, & circuli peripheriam intercepta.*

Vt F B pars diametri H A F B, inter sinum rectum C F, & circuli peripheriam B C intercepta est sinus versus arcus B C; at H F est sinus versus arcus C D H.

10. *Itaque sinus versus, alius est major, alius minor.*

11. *Sinus verſus maior, eſt ſinus verſus quadrante maioris.*

Vt H F eſt ſinus verſus arcus quadrante majoris C D H.

12. *Sinus verſus minor, eſt ſinus verſus arcus quadrante minoris.*

Vt F B eſt ſinus verſus arcus quadrante minoris.

13. *Tangens eſt recta à radio per alterum arcus terminum producta in extremitatem diametri ad alterum arcus terminum perpendicularis.*

Vel ſic.

Tangens alicuius arcus eſt recta contingens extremitatem illius arcus, quæ radio circuli producto per alterum eiuſdem arcus vltra circulum occurrit, ipſi arcui & ſupplemento competens.

Vt recta B E eſt tangens arcus B C ſeu anguli B A C; refertur quoque ipſa B E ad ſupplementum nempe ad reliquam ſemicirculi peripheriam C D H. Producto enim radio A C in L, erit angulus H A C angulo L A B æqualis per 15 p. 1. Eucl. & proinde peripheria C D H peripheriæ L I C æqualis. Atqui recta B E tangit punctum B communis terminus & peripheriæ B C & B I L:

Igitur vtrique nempe arcui B C & B I L (ſeu ei æqualis C D H ſupplemento B C competit. Vt enim ſinus majori & minori peripheriæ communis eſt: Ita quoque tangens. Eadem ratione recta D K eſt tangens arcus D C ſeu anguli D A C complementi ipſius B C, quæ etiam peripheriæ C B L communis eſt.


14. *Secans eſt recta è centro circuli per alterum arcus terminum (cuius eſt relatiua) in tangentem eiuſdem arcus educta; peripheriæ ſectæ ac ſupplemento competens.*

Vt recta A E per terminum arcus B C ducta in tangentem B E; competit & arcui B C, & eius ſupplemento C D H. Sic recta A K eſt ſecans arcus D C, complementi eiuſdem arcus B C, quæ pariter ad peripheriam C B L refertur.

15. *Radius eſt medius proportionalis inter tangentem arcus & complementi.*

Sit radius A D, vel A B, tangens verò arcus B C, sit recta B E, complementi autem D C, tangens D K. Dico radium A D esse medium proportionale inter D K tangentem arcus D C, & tangentem eius complementi B E. Triangula enim A D K & A B E sunt similia propter D K, A B, D A, E B, latera parallela. Quare per 4. p. 6. Eucl. Vt latus D K ad A D: Ita A B, id est A D, ad B E.

16. *Duorum inæqualium arcuum tangentes, suorum complementorum tangentibus reciprocè sunt proportionales.*



Sint in exposito schemate bis bini arcus C B, B E, C D, & D E, quarum tangentes sint C F, E G, C H, E K. Dico vt tangens C F, ad tangentem C H: Ita tangens E K, ad tangentem E G.

Nam per 20. p. 8. Eucl. Si inter duos numeros vnus medius proportionalis numerus incidat, similes plani erunt illi numeri.

Atqui inter C F & E G: vel C H & E K vnus tantùm medius proportionalis numerus incidit, nempe radius.

Igitur similes plani sunt, & proinde horum similium planorum latera sunt proportionalia per 21 def. 7. Eucl. Quare vt C F ad C H: Ita E K ad E G, quod erat demonstrandum.

17. *Radius est medio loco proportionalis inter sinum arcus dati, & secantem eius complementi.*


In priori diagrammate sinus C F dati arcus B C, se habet ad radium A C: Vt radius A D ad A K secantem complementi arcus A C. Triangula enim A F C, A D K, ex definitionibus & constructione sunt similia. Quare per 4 prop. 6 Eucl. In Triangulo Rectangulo Sphærico: Vt radius A C est ad sinum arcus C F seu anguli C A B: Ita A E secans reliqui anguli A C F, seu Q A C ad secantem lateris A F, hoc est cruris angulo reliquo ad C oppositi. Quod erat demonstrandum.

18. *Secantes arcuum, eorundem complementorum sinibus reciprocè proportionales sunt.*

Sint itaque in adiecto schemate A F & A H secantes arcuum B C, & D C: sinus verò complementorum A I & A L: Dico A F esse ad A H; vt A I ad A L. Nam per 20 p. 8 Eucl. Si inter duos numeros vnus medius proportionalis inciderit, similes erunt illi numeri.

Atqui inter ſecantes AF & AH, ipſorum arcuum & ſinus complementorum AI & AL, radius AE eſt medius porportionalis.

Igitur AF & AI, vel AH & AL ſimiles plani ſunt, ſed ſimiles plani latera habent proportionalia per 21 def. 7. Eucl. Quamobrem vt IB ad LD: Ita reciprocè ſecans AF ad ſecantem AH.



DE CIRCVLORVM AFFECTIONIBVS.

Expoſitis nunc rectis circulo adſcriptis, quæ ſanè ſunt veluti principia quibus Triangulorum, tum Sphæricorum, tum Rectilineorum doctrinâ innititur; proximum eſt, vt circulorum affectiones ſaltem principales enucleentur; iis namque probè perceptis, totius huiuſce doctrinæ vſus leuiori negotio innoteſcet.

PROPOSITIO I.


Circuli ſphæræ maximi ſunt, quibus ſphæræ centrum commune eſt, totamque ſphæram in hæmiſphæria duo æqualia ſecant: minores verò, quorum centrum à ſphæræ centro diſtat, ipſamque inæqualiter diuidunt.

Nam per 6 p. 1. Theod. Circulorum ſphæræ, maximi quidem ſunt qui per ſphæræ centrum tranſeunt. Vt enim linea, quæ per circuli centrum tranſit, veluti diameter, eſt omnium maxima, per 25 p. 3. Ita etiam circuli per ſphæræ centrum incedentes, ſunt omnium maximi. Circuli autem, quorum centrum à ſphæræ centro diſtat, minores dicuntur; quo verò à ſphæræ centro remotiores, eò minores exiſtunt.

PROPOSITIO II.

In ſphæra, circuli maximi ſeſe bifariam ſecant.

In ſphæra B C D E, cuius centrum A, ſint duo maximi circuli B F D G, & F C G E, ſe ſecantes in F & G. Dico illos ſe bifariam ſecare.



Ducta enim linea F G. Quoniam per antecedentem prop. circuli maximi ſunt, quibus ſphæræ centrum commune eſt. Centrum A ſphæræ, & duorum circulorum erit in linea F G, quæ eſt eorum communis ſectio, per 3.p. 11. & proinde linea F A G, erit axis ſeu diameter & ſphæræ, & duorum circulorum: Quare vtrumque circulum in duos ſemicirculos æquales ſecabit. Igitur in ſphæra, circuli maximi ſeſe bifariam ſecant, quod erat demonſtrandum.

PROPOSITIO III.

Maximus ſphæræ circulus maximi quadrantis interuallo deſcribitur.

In ſphæra A B C D ſit circulus maximus A F C, à polo B, interuallo B A deſcriptus: Dico hoc interuallum eſſe circuli quadrantem.



Ductis enim diametris A C, & B D, cum linea B C, manifeſtum eſt diametros A C & B D ſeſe ad angulos rectos mutuò ſecare.


Atqui linea B C ſubtendens rectum eſt lateri quadrati circulo inſcripti æqualis per 6.p. 4.

Igitur circulus maximus A F C, interuallo B A vel B C quadrantis circuli maximi deſcriptus eſt, quod erat demonſtrandum.

PROPOSITIO IV.

Anguli trianguli ſphærici menſura eſt arcus maximi circuli ex anguli apice, tanquam polo deſcripti, inter crura quadrante tenus continuata, interceptus.

Vt in Triangulo ſphærico A B C, baſis B C, quæ eſt arcus maximi circuli non angulũ BAC; ſed arcus E F, menſurat, inter crura A B, A C interceptus, vſque ad quadrantem, nempe ad puncta E & F, prolongata.



Ratio eſt in promptu, quia nimirum arcus B C non ex angulari puncto A, deſcriptus eſt; ſed arcus E F, per proximè antecedentem prop. Si quidem à polo per quadrantem diſtat.


Corollarium.

Hinc datus angulus dicitur, cùm arcus circuli, qui ipſum angulum menſurat, cognitus fuerit.

PROPOSITIO VI.

Si maximus ſphæræ circulus per alicuius maximi polos tranſeat, ipſi normalis eſt, & contrà.

Sit maximus ſphæræ circulus A E C à polis B & D, deſcriptus, per quos polos incedat alter circulus maximus B E D: Dico hunc B E D, illum A E C ad angulos rectos, in punctis E, & F, ſecare.



Polo enim E, vel F, deſcribatur circulus maximus A B C D, perſpicuum eſt arcus A B, C D, angulorum ad E & F eſſe menſuras, per proximè anteced. prop.

Atqui arcus A B, B C, C D, & D A ſunt quadrantes, per 3 prop. huius. Eſt enim B, vel D polus circuli A F C E.

Igitur anguli ad F, & E recti sunt. Itaque circulus maximus B F D E, per polos B & D maximi A F C E incedens, est ipsi normalis. Quod erat probandum.

Conuersa eadem ratione demonstratur: recta enim A G C rectam B G D secat normaliter in G centro, per 4 prop. 11.

Atqui puncta B & D sunt poli circuli A F C E ex Thesi, per quos transit circulus B E D.

Quare maximus sphæræ circulus A F C E maximo B E D normalis, transit per eius polos.

Consectarivm I.

Poli cuiusque circuli sunt in concursu maximorum circulorum eidem perpendicularium.

Si enim singuli circuli normales per polos transeant, in eorum concursu polos esse necessum est. Et proinde arcus à polo circuli alicuius in circumferentiam demissus, dictæ circumferentiæ normalis est. Nam cum arcus B A, transeat per B polum circuli A F C E, vel saltem in eo desinat, consequitur eidem normalem esse.

Consectarivm II.


Si tres circuli in sphæra maximi se mutuò secant ad angulos rectos, duo poli cuiuslibet illorum in communibus circumferentiarum aliorum duorum sectionibus erunt.

Consectarivm III.

Si duo maximi circuli eidem maximo insistentes angulum obtusum cum recto; vel duos obtusos cum ipso comprehendant, distantia concursus eorum à subiecto circulo est quadrante maior: si vero rectum cum acuto, aut duos acutos, minor.

Sunt in primo diagrammate duo circuli maximi Æquator C A E, & Ecliptica F G D, Horizonti recto H C B D insistentes, comprehendantque angulum C F G obtusum, & F C G rectum


rectum: punctum eorum concursus sit G. Dico distantiam concursus eorum nempe GC, aut GF esse quadrante maiorem.



Ducto enim Meridiano HAB, ipse Æquatori recte insistet, per propos. prox. antec. atque concursus vtriusque erit in A polo horizontis, per 2 cons. eiusdem propositionis, cuius distantia AC est circuli quadrans, per 3 prop. huius.

Atqui punctum G concursus est vltra polum A. Ergo distantia concursus eorum nempe GC, aut GF est quadrante maior.

Sint deinde in altero diagrammate, duo circuli maximi EAB, DAC horizonti obliquo insistentes, comprehendantque angulos DEA, & EDA obtusos, punctum autem concursus eorum sit A: eadem ratione ostendetur, distantiam concursus eorum nempe AD, & AE à subiecto circulo esse quadrante maiorem. Ducto enim maximo circulo FGH, ipse per polum G horizontis obliqui incedet.




Atqui concursus duorum circulorum est quoque vltra polum G. Ergo distantia concursus eorum à subiecto circulo est quadrante maior.

Postremò, sit in priori diagrammate GED rectum, & GDE acutum; In posteriori verò ABC & ACB ambo acuti: distantia concursus eorum in vtroque diagrammate est quadrante minor: Quia eorum concursus est citra polum.

PROPOSITIO VI.

Triangulum sphæricum est figura in globi, seu sphæræ superficie trium maximorum sphæræ arcuum concursu, sigillatim semicirculo minorum descripta.

Vt in diagrammate adiuncto, in quo A B C, seu B C D est Triangulum sphæricum trium sphæræ maximorum arcuum concursu, descriptum, quorum quilibet est semicirculo minor; neque enim dari potest Triangulum, cuius crura, vel vnum tantummodò sit semicirculi æquale: Quia per 2 prop. huius, maximi circuli sese bifariam secant, & proinde nullus tertio est locus.



Quare vt Triangulum efformetur, necesse est, vt tertium latus intra duas sectiones eorundem circulorum incidat, duos semicirculos secans, atque ita duo illorum segmenta cum hoc tertio ipsum Triangulum constituent.

SCHOLIVM.

Principalis Triangulorum sphæricorum diuisio penes angulos sumitur; illa enim quæ fit laterum respectu triangulis rectilineis est communis.


Triangula itaque sphærica penes angulos diuiduntur in rectangula & obliquangula.

Triangulum rectangulum sphær. est, cui saltem angulus rectus inest; omnes enim rectos, vel rectum cum duobus obtusis, vel rectum cum duobus acutis, vel rectum cum obtuso & acuto, vel duos rectos cum obtuso, vel denique duos rectos cum acuto habere potest; & sic sex modis variatur, vt patebit his 3 figuris, quibus tota triangulorum sphær. rectang. varietas enucleabitur.

In prima itaque tres circuli maximi nempe A B C D, Meridianus, A E C Horizon, & B E D Æquator sese ad angulos rectos secant.

Duo enim poli cuiuslibet circuli sunt in communi circumferentiarum reliquorum duorum sectione; & proinde alter per alterius polos transit. per proximè antec. prop. huius. Ex his autem tribus circulis efformantur 4 triangula spherica re-

tranguła, quorum vnumquodlibet tres angulos rectos comprehendit, & latera singula sunt circuli quadrantes, & proinde in eorum solutione nulla indigent arte.



In secunda figurr B C D E Meridianum, seu colurum Æquinoctiorum refert; B F D colurum solstitiorum, seu rectum Horizontem, qui sanè se mutuò ad angulos rectos in punctis B & D secant; per eandem prox. anteced. propos. quibus occurrit Ecliptica C F E, ipsi quidem horizonti B F D normalis: quippe qui per ipsius horizontis polos incedit: sed ad Meridianum B C D E obliqua: ideoque angulos F C D, & F E D acutos efficit, ad partem D dextram, quorum angulorum mensura erit arcus F D (qui in sphæra armillari reperitur sexaginta sex gradum, & triginta minutorum) quadrante minor; versus autem partem B oppositum, anguli F C B, & F E D obtusi sunt, quorum quidem mensura est arcus F B (113 gr. 30 min. compl. prioris ad semicirculum) quadrante maior. Itaque ex hac 3 circulorum constitutione sunt 4 Triangula spherica rectangula, quorum quidem duo priora C F D, & E F D ex duobus angulis rectis cum acuto componuntur; posteriora autem duo F C B, F E B duobus rectis & obtuso constant, quorum solutio nullam quoque spectat artem; cùm semper anguli recti quadrantibus ipsis respondeant; atque ideò eorum vsus, vt & primæ figuræ nullus est.

Pro tertia demùm figura repræsentatur secunda figura quintæ propositionis; In qua circulus C D E F, horizon rectus, & Æquator C G E sese quoque ad angulos rectos secant: At vtrique obliquè occurrit Ecliptica F G D secans vtrumque circu-

lum inæqualiter, ita vt arcus minores quadrantibus sint G E, & D E, & maiores C G & E F. In qua quidem delineatione tres Trangul. rectangulorum sphær. species dimensioni idoneæ reperiuntur.

1. Triangulo enim E G D, ineſt angulus rectus ad E, duoque acuti G & D, cuius singula crura sunt quadrantibus minora per 3 cons. sextæ propositionis.

2. Triangulum G F C rectum C, obtusum F & acutum G, habet, quem includunt crura G F, G C quadrantibus maiora; per idem consect. tertium autem latus F C est quadrante minus. Sic quoque Triangulum F E G rectum E, obtusum G, & acutum F, habet, quem ambiunt crura F G, F E, quadrantibus maiora.

3. Triangulum G D C duos habet angulos obtusos D & G, cum recto ad C, quem crura C D & C G quadrantibus maiora concludunt, & arcus D G recto oppositum est quadrante minus.


OBLIQVANGVLVM Triangulum Sphæricum est, quod singulos angulos habet obliquos, & nullum rectum; cui sanè 10 modis variatio tùm penes latera, tùm angulos accidit; vt ex 4 schematis sequentibus conspicere licebit.

1. Primò enim singulos tres angulos habere potest acutos, cuius quidem tria latera sunt semper quadrantibus minora, vt est Triangulum A B C primæ figuræ, obliquum repræsentat: In qua quidem B E B C horizontem, E A B colurum solstitiorum per Zodiaci polum A, incedentem; D A C vnum è 6 circulis Zodiacum in 12 signa diuidentibus.

2. Vel omnes obtusos, tunc verò duo saltem latera sunt quadrantibus maiora, sed tertium latus esse potest quadrati æquale, vt in Triangulo M N O tertiæ figuræ, in qua M P O Meridianum, seu colurum solstitiorum denotat, M N P Ecliptícum, seu horizontem obliquum: M o P circulum positionis.

3. Vel omnes obtusos, & tunc duo latera sunt quadrantibus maiora: At tertium latus quadrante minus; vt in Triangulo G L I, secundæ figuræ, quæ ei tertij consectarij 5 propos. respondet.

4. Vel




4. Vel omnes obtusos, & omnia latera quadranribus maiora; vt in Triangulo T S V quartæ figuræ. In qua T R Z V est Horizon obliquus; T S Z Æquator; R S V Eclyptica.

5. Vel duos acutos & vnum obtusum, cum singulis lateribus quadrante minoribus, vt Triangulum G F L secundæ figuræ.

6. Vel duos acutos, & vnum obtusum, quem crura quadrante minora concludunt, & subtendit latus quadrante maius, vt Triangulum Z V S quartæ figuræ.

7. Vel duos acutos, vnumque obtusum; sed vni acuto opponitur latus quadrante minus, reliquis duobus latera opponuntur quadrantibus maiora: vt Triangulum F L H, vel H L I secundæ figuræ.



8. Vel duos acutos, quibus latera quadrante minora opponuntur, & obtusum, quem quadrans subtendit, vt Triangulum Q N P tertiæ figuræ.


9. Vel duos acutos cum obtuso, & singula latera sunt affectionis diuersæ, nempe vnum quadrans, aliud quidem minus, tertium verò quadrante maius: vt Triangula M N Q, O N P tertiæ figuræ.

Vel denique duos obtusos, quos latera quadrante maiora subtendunt, & vnum acutum, cui quidem latus quadrante minus opponitur, vt Triangula A B D, A D E, E A C primæ figuræ.

PROPOSITIO VII.

Si arcus maximi circuli in arcum alterius maximi circuli incideritꝫ duos angulos efficiet rectosꝫ aut duobus rectis æqualeꝫ.

Arcus maximi circuli C D incidat in arcum A B D alterius: itidem maximi duos angulos C D A, & C D B efficiens. Dico illos esse rectos, aut duobus rectis æquales.



Si enim C D per polum circuli A D B transeat, anguli C D B recti erunt per 5 prop. huius: Si verò C D non transeat per illius polum, à puncto D excitetur arcus D E per illius polum transiens; tunc sanè anguli A D E & B D E erunt recti per 1 consect. 5 propos. huius.

Atqui angulus E D B duobus E D C, & C D B æqualis est, quibus addito recto A D E, duo anguli recti A D E & B D E tribus angulis A D E, E D C, & C D B æquales erunt.

Igitur duo anguli A D C & C D B sunt duobus rectis æquales. Si ergo arcus maximi circuli, &c. quod erat demonstrandum.

Alia demonstratio priore breuior.

Describatur enim à centro D tanquam polo, semicirculus A E B, atque à polo B, ducatur arcus D E; hic sanè circulo A D B normalis erit, per 1 consect. 5 propos. huius, & proinde anguli A D E & E D B erunt recti.

Atqui duo anguli A D C & C D B simul sumpti idem semicirculi spatium cum duobus rectis A D E & E D B comprehendunt. Igitur duo anguli A D C & C D B sunt duobus rectis æquales.


CONSECTARIVM.

Itaqueꝫ dato eorum vno arcu, alter est dati complementum ad duos rectos, id estꝫ ad semicirculumꝫ seu 180 gradus.

PROPOSITIO VIII.

Si arcus maximorum circulorum se mutuò secuerint, angulos ad verticem oppositos inter se æquales efficient.

Sint duo arcus A B & C D seſe mutuò in E ſecãtes. Dico angulos ad verticem E oppoſitos eſſe inter ſe æquales, nempe angulus A E C angulo D E B, angulus vero A E D angulo C E B. Anguli enim A E D & D E B ſunt duobus rectis æquales per proximè præced. atqui anguli B E B, & B E C. Sunt etiam duobus rectis æquales, per eandem propoſ. à quibus dempto communi angulo D E D reſtabit angulus A E D angulo, C E B æqualis. Atque eadem ratione demonſtrabitur angulum A E C angulo B E D æqualem eſſe.



Igitur angulus A E C angulo D E B, angulus verò A E D angulo C E B eſt æqualis: Quare ſi arcus maximorum circulorum, &c. quod erat demonſtrandum.

CONSECTARIVM.


Hinc dato vno 4 angulorum, qui fiunt ad punctum interſectionis duorum circulorum, dantur tres anguli reliqui, primò in genere: ſunt enim complementa dati ad menſuram totius circuli: Deinde in ſpecie per proximè anteced. prop.

PROPOSITIO IX.

Si crura anguli in concurſum producantur, ſemicirculos efficient, angulus autem concurſus præcedenti oppoſito æqualis erit.

Producantur crura A B, & A C anguli B A C in concurſum D, ſemicirculos A B D & A C D efficient, & angulum B D C prædicto angulo B A C æqualem includent. Polo enim A, vel

D, interuallo quadrantis A B, vel D B describatur arcus circuli maximi B C, perspicuum est ipsum arcuum B C fore vtriusque anguli A & D mensuram per 3 prop. huius, & per consequens angulus A angulo D æqualis.



SCHOLIVM I.

In globo seu sphæra hoc statim conspicitur; circulorum enim maximorum inclinatio ac declinatio manet æqualis ab ab vno sectionis termino in alterum. vt notat T. Finkius.

SCHOLIVM II.

Trianguli sphærici, laterum continuatio dupliciter adhibetur, nempe ad quadrantes & ad semicirculos; illa quidem locum habet in Triangulorum rectangulorum analysi, cùm scilicet nulla reperitur proportio inter διδόμενα & συτομένη, quæ quidem duplex est.


Prima est, cùm duo crura aliquem angulum acutum includentia ex parte cruris præfato angulo oppositi producuntur, vt apex Trianguli sit polus alterius quadrantis per laterum productorum extremitates ducti, cum quo tertium crus concurrit. Vt in Triangulo A B C schematis adiuncti, in qua productis cruribus A B, & A C vt fiant quadrantes A E, & A F.

Tum à polo A descripto (quadrantis A E vel A F interuallo) circulo, vel saltem quadrante D E F, producatur latus C B ad puncti D concursum, crure in D producto. Ex hac laterum productione formatur aliud Triangulum D B E C dato A B C ad verticem oppositum, quod quidem ipsi congruit.

Primò enim arcus E F complementum cruris D E Trianguli ad verticem est anguli A Triangali dati mensura, per 4. prop. huius. Et proinde dato arcu E F, datur quoque ipse angulus A, vel contra dato angulo ad A, datur & arcus E F.

Deinde


Deinde latus B E est complementum ad quadrantem cruris A B. Crus verò D B cruris B C etiam complementum est: Arcus demùm C F, mensura anguli D est quoque complementum cruris A C. Quare dato arcu C F datur angulus D; & contrà: dato angulo D, datur latus A C.



Porrò angulus E est rectus, sicut & angulus C: Tum verò angulus D B E est angulo A B C, ad verticē oppositus; & ideo æqualis per 8 prop. huius.

Postremò angulus B D E ab arcu C F, mensuratur, qui cruris A C complementum est. Dato igitur vno Trianguli D B E termino, statim innotescit alius dati Trianguli A B C terminus; hæc autem Trianguli sphær. continuatio à F Vieta dicitur Enallage pleurogonica, quæ quidem instituitur, cùm δεδομενον seu datum in aliud permutatur, hoc est quando crura trianguli ad verticem D B E pro angulis dati A B C, & contra, sumuntur, vt ex consect. 18 prop. huius patebit.


Secunda continuatio huic primæ adhibetur, productis scilicet lateribus B D, B E trianguli ad verticem dato A B C oppositi, tum à polo B descripto quadrāte G H, occurret cruribus B D, & B E productis in I & H, atque ita constituetur tertium aliud Triangulum rectangulum G I D, verticali oppositum, quod etiam cum Triangulo primo A B C congruentiam respectiuè in singulis terminis habet: Latus enim G D angulo A, respondet; siquidem arcui E F æquale est.



Arcus enim G E & D F sunt quadrantes, à quibus dempto communi arcu D E, restat arcus G D, arcui E F æqualis. Deinde ratione eadem latus I D, lateri B C primi Trianguli æquale est. Postea latus G I complementum est anguli A B C, cùm sit complementum arcus I H mensuræ anguli ad B, per 4 prop. huius. Porrò angulus G, cruri seu basi A B congruit, arcus enim E H est præfati anguli G mensura, per eandem prop. Rursum angulus G D I complemento cruris A C respōdet, nempe

C F arcui, qui quidem anguli D mensura est. Denique anguli ad I, & C recti sunt in vtroque Triangulo, per 1 consect. 6 prop. huius. Itaque Triangulum tertium G D I, triangulo A B C respondet.

Continuatio laterum Trianguli ad semicirculũ facilè in globo perspicitur in intersectione Æquatoris & Eclypticæ cum Meridiano, vt videre est in hoc diagrammate adiuncto in quo D E C B Meridianum refert; E A B F Eclypticam; D A C F Æquatorem; ex his autem intersectionibus apparet, quando duo crura producuntur à quacunque parte, inde Triangulum dato Triangulo cognatum formari, vel ei ex angulo aliquo oppositum, vel illi adiacens. Sitque datum illud Triangulum A B C, aliud verò D E A eidem oppositum, hoc sanè priori respondebit: Crura enim D A & E A huius Trianguli, sunt complementa laterum A B & A C dati trianguli A B C; latus verò D E lateri B C est æquale. Quia circuli maximi sese bifariam secant: atque angulus E D A angulo B A C æqualis per 8 prop. huius. Deinde angulus E D A est complementum anguli A C B; angulus demùm D E A est quoque anguli A B C primi Trianguli dati complementum.



Per 2 prop. huius.

Porrò tertium Triangulum F B C, secundo E A D congruit latu: enim F C lateri A D est æquale; cùm vtrumque sit complementum eiusdem cruris A C primi trianguli ad semicirculum; atque anguli singuli trianguli B C F singulis Trianguli A D E æquales, nempe angulus F angulo A angulus denique F C B, angulo A D E æqualis. Ideoque nulla ex continuatione duorum laterum Trianguli ad semicirculi terminum differentia subolitur, in quamcumque fiat partem.

SCHOLIVM III.

Idem συμπέρασμα seu quæsitum obtineri potest absque huius secundæ continuationis ope, per Enallagen pleurogonicam,

quæ ſanè nihil aliud eſt (vt iam monuimus) quàm dedomeni ſeu ſdati in aliud mutatio; hoc eſt cùm latera trianguli ſecundi pro angulis primi, & contrà, ſumuntur: cuius quidem vſus latè patebit ad conſectaria prop. 17 & 19. ſequent.

PROPOSITIO X.

In omni Triangulo ſphærico, tres anguli ſunt duobus rectis maiores, at ſex rectis minores.

Cum autem hoc Theorema in Triangulis ſphæricis plures vno rectos, vel obtuſos habentibus per ſe ſit euidens; Triangulorum demonſtratio duorum vel trium acutorum hîc tantùm adhibemus.


Sit primò Triangulum ſphæricum A B C rectangulum ad C, acutangulum ad A, & B, dico tres angulos A, B, C, eſſe duobus rectis maiores; at ſex rectis minores.

Etenim menſura anguli acuti B A C eſt arcus E F, per 4 prop. huius, eademque ratione anguli A B C vel D B E menſura eſt arcus I H.


Atqui arcus E F & D E quadrantem perficiunt, arcus verò D E complementum E F minor eſt arcu I H, quippe incluſus includente minor.

Igitur arcus E F & I H coniunctim quadrante maiores, & per conſequens etiam anguli duo ad A & B iiſdem arcubus reſpondentes quadrante ſunt maiores: Tùm verò angulus ad C rectus eſt ex hypotheſi. Quare tres anguli ad A, B, C, trianguli A B C ſunt duobus rectis maiores.

Deinde in altero diagrammate ſit Triangulum G O H purè acutangulum menſura acuti ad O eſt arcus N R, ſeu T Q per 4 propoſ. huius, menſura verò acuti ad H eſt arcus E F menſura demum anguli ad G, eſt arcus D C.



Atqui hi tres arcus N R, E F, C D, coniunctim duobus quadrantibus maiores existunt: Arcus enim T Q mensura anguli ad O, est maior complementis duorum arcuum F E, & C D, nimirum A F & A C simul sumptis. Duorum enim arcuum E F, & C D complementa nempe F A & A C simul sumpta arcu T Q seu N R sunt minora; per constructionem, igitur arcus T Q mensura anguli ad O est maior complemẽtis duorum angulorum simul sumptis, & per consequens etiam angulus ad O maior est eo, pro reliquorum duorum complementis. Ergo etiam in Triangulis sphæricis merè acutangulis tres anguli sunt duobus rectis maiores. Cum tandem omnis angulus sphæricus duobus rectis minor sit; perspicuum est tres angulos cuiuscumque trianguli sphærici coniunctim sex rectis esse minores. Quare in omni Triangulo sphærico tres anguli, &c. quod erat ostendendum.



SCHOLIVM.

Notandum est, licet Geometricè & exactè illud verum sit de quouis Triangulo sphærico, in admodum tamen exili Triangulo sphærico, in quo nullum laterum, vnum excesserit gradum, angulorum trium excessus supra duos rectos vix dignosci poterit, tunc verò huiusmodi trianguli solutio à planorum analysi minimè differt. Vt innuit Longomontanus in Astronom. Danica.


PROPOSITIO XI.

Crura Trianguli sphærici rectanguli sunt eiusdem affectionis cuius sunt anguli ipsis oppositi, hoc est, si crus alterum anguli recti sit quadrans circuli, angulus ei oppositus rectus erit; si quadrante minus, acutus; sin maius, obtusus, & contrà.

Hoc Theorema fiet perspicuum per ea, quæ in 2 fig. Scholij 6 prop.

7 prop. huius demonstrauimus. In qua quidem hùc reuocata. Primò assumemus Triangulum D F C rectangulum ad F, cuius latus alterum C F est quadrans circuli C F E per 3 propos. huius, facile ostendetur angulum C D F ei oppositum esse rectum.

Arcus enim D C per polum C alterius maximi B F D transiens ipsi normalis est, & proinde angulus C D F rectus per 6 prop. huius. Atqui angulus ipse C D F est cruri C F oppositum.



Ergo si crus alterum anguli recti sit quadrans circuli, angulus ei oppositus rectus erit.

Deinde sit latus F D quadrante minus: Dico angulum oppositum F C D esse acutum.

Etenim arcus F C in semicirculum D C B incidens, angulos D C F & F C B duobus rectis æquales efficiet, per 8 propos. huius; atque hi anguli æquales esse non possunt. Quia F D mensura anguli F C D est quadrante minus, per Thesin.

Atqui angulus F C D cruri F D quadrante minori opponitur; igitur angulus F C D est acutus. Quare si crus alterum anguli recti sit quadrante minus, angulus ei oppositus est acutus.

Postremò in Triangulo C F B, rectangulo ad B, per 10 prop. huius sit latus F B quadrante maius: dico angulum B C F ei oppositum esse obtusum.

Angulus enim F C D supra demonstratus est acutus: quare angulus F C B, eius complementum ad semicirculum seu ad 180 gradus, erit obtusus: Atqui angulus ipse F C B cruri B F quadrante maiori opponitur. Ergo si crus alterum anguli recti sit quadrante maius, angulus ei oppositus erit obliquus.


PROPOSITIO XII.

Si Trianguli Rectanguli crus alterum sit circuli quadrans, etiam basis quadrans erit. Si verò vtrumque quadrante maius sit, aut minus, basis quadrante minor erit; si autem crus vnum

quadrante maius, reliquum minus, basis quadrante maior erit, & contrà.

1. Sit in diagrammate proxim. anteced. prop. Triangulum rectangulum C F D, cuius C F sit quadrans basis C D erit quoque quadrans. Nam per 4 propos. huius, circulus D F G B descriptus est à polo C, interuallo quadrantis C D.

2. Sint deinde in adiuncto diagrammate crura C G, C D trianguli C G D ambo maiora; basis G D erit quadrante minor: Quia concursus circulorum est vltra polum A, per 3 consect. 6 propos. huius. Idem erit in Triangulo G E D in quo crura G E, E D ambo sunt quadrante minora; quia basis G D est vtrique Triangulo communis, quæ ostensa est quadrante A D minor.



3. Si demùm crus vnum vt C G trianguli C G F quadrante sit maius, alterum C F minus; basis F G quadrante major erit, per idem 3. consectarium 6. prop. huius.

Conuersa cuiuslibet partis huius Theorematis est iisdem diagrammatibus perspicua: Nam in priori diagrammate si angulus C F D, rectus sit, basis C D, erit circuli quadrans: alioqui si nullum crus recto adiacens esset quadrans, basis esset quadrante minor, per 2 partem huius, aut maior, per 3 partem, quod est contra thesin.

At in Triangulo rectangulo G E D posterioris diagrammatis, si basis G D quadrante minor fuerit, crura rectum includentia erunt eiusdem affectionis, nempe quodlibet quadrante minus: vel vt in Triangulo rectangulo G C D (cuius basis G D est illius & huius Trianguli communis,) crura C D, C G rectum includentia sunt quoque affectionis eiusdem, nimirum ambo quadrante maiora: Si enim diuersæ affectionis essent, veluti crus alterum quadrans, basis esset quoque quadrans, per primam huius partem: atqui basis G D est quadrante minor per

ſecundam huius partem & per theſin. Igitur ſi baſis quadrante minor ſit, crura rectum includentia ſunt affectionis eiuſdem.

Si denique, vt in Triangulo F C G, baſis F G quadrante ſit maior; crura C G, & C F rectũ includentia erunt diuerſæ affectionis. Quoniam enim baſis F G anguli recti quadrante maior exiſtit, punctum G non erit polus circuli H C L D; ſecus enim baſis F G, quadrans eſſet, contra theſin. Quare C F eſt quadrante minus & C G quadrante maius. Ergo ſi baſis Trianguli rectanguli quadrante maior fuerit, crura rectum includentia erunt affectionis diuerſæ. Quæ omnia erant demonſtranda.

PROPOSITIO XIII.

Si Trianguli rectanguli alteruter angulorum ad baſin rectus ſit, baſis erit quadrans: ſi verò vterque affectionis eiuſdem, baſis erit quadrante minor: ſi diuerſæ, maior, & contrà.

Vt in priori diagrammate præcedentis prop. hùc aſſumpto, ſi in Triangulo C D F rectangulo ad F, angulus D, ad baſin C D, ſit etiam rectus, baſis C D, quadrans erit. Nam per 6 prop. huius D C per C polum circuli D F tranſit, & proinde C D eſt circuli quadrans, per 4 prop. huius.

Si autem in Triangulo G D E poſterioris diagrammatis vterque angulus ad baſin G D ſit acutus, crura G E & D E angulum continentia erunt quadrante minora, per 12 prop. huius.

Si verò vterque ſit obtuſus (vt in Triangulo C G D) baſis erit quadrante minor per præcedentem prop.

Si denique anguli ad baſin, vt in Triangulo C G F, vel F G E, affectionis diuerſæ fuerint, velut C F G obtuſus, & C G F acutus. Crus C G erit quadrante maius & C F minus, per 12 prop. huius. Et proinde baſis F G quadrante maior, per antecedentem prop.

Contrà verò, ſi vt in Triangulo C F D prioris diagrammatis, baſis C D, ſit quadrans, crus C F quoque quadrans erit.

Si vt in triangulo G D E poſterioris diagrammatis, baſis G D fuerit quadrante minor, crura G E, E D rectum ambientia eiuſdem affectionis erunt. Et proinde anguli iis oppoſiti erunt acuti.

Conuersa eadem ratione demonstratur, sit enim basis C D (in Triangulo C F D, priora diagrammatis) circuli quadrans, alterùter angulorum C, aut D rectus: Nam per 13 huius latus alterutrum est circuli quadrans. Quare per 12 prop. huius angulus alter rectus est.

Si verò, vt in Triangulo G D E posterioris diagrammatis, basis G D fuerit quadrante minor, vterque angulus G & D erit affectionis eiusdem, nempe acutus. Nam per 12 prop. huius vtrumque latus est affectionis eiusdem quadrante minus. Et proinde anguli iis cruribus oppositi erunt acuti, per 11 prop. huius.


Si demùm, vt in Triangulo C F G, basis F G, quadrante maior sit, crura C G, C F erunt affectionis diuersæ, per 12 prop. huius.

Quare per 11 prop. huius, angulus alter vt C F G obtusus, reliquus ad G acutus erit. Quæ fuêre demonstranda.

PROPOSITIO XIV.

In Triangulo obliquangulo si anguli ad basin affectionis eiusdem fuerint, arcus perpendicularis à vertice tertij anguli demissus, intra triangulum cadet: extrà verò, si diuersæ.

Sit primò Triangulum A B C acutangulum, cuius quidem tria crura sunt semper quadrantibus minora, vt constat ex prima triangulorum obliq. variatione ad 7 prop. huius: Dico perpendicularem A F, intra triangulum A B C cadere. Descripto enim semicirculo F A M H transiens per A concursum laterum B A & C A, transibit quoque per M, polum circuli B C E D per 6 prop. huius, atque ideo A F normalis erit basi B C per 2 consect. eiusdem. Si enim extra caderet, vt in G, arcus G A productus non transiret per circuli B C E D polum, & proinde arcus A G non esset circulo B C E D normalis, contra thesin.



Deinde in Triangulo A D E, obtusangulo ad D & E, cùm polus M, circuli B C E D, intra crura A D & A E situs sit: si describatur peripheria M N O, interuallo E M, hæc quadranti

æqualis

æqualis erit per 3 prop. huius. Atqui angulus N E O est acutus per 7 prop. & N O eius mensura per 4 prop. Itaque arcus N O est quadrante minor per primam partem conuersam 11 prop. atque ideo M O, maior N O. Quare perpendicularis ab A per M polum educta cadet intra crura A D, & A E, & per consequens intra Triangulum. Idem ad partem alteram de angulo A D B intelligatur. Nam arcus P Q est quoque minor quadrante M Q, eadem ratione.

Si demùm alter angulorum sit obtusus, & reliquus acutus, vt in Triangulis B A D & C A E, perspicuum est semicirculum F A M H perpendicularem circulo B C E D, extra basin vtriusque Trianguli cadere. Quod erat demonstrandum.

PROPOSITIO XV.

Datis Trianguli sphærici lateribus, angulus dato cruri oppositus cuiusnam sit affectionis definire. Snell. 35. p. 3.


Quemadmodum affectionem anguli plani dato lateri oppositi, etiam si eius amplitudo non definiatur; sed tantùm trianguli latera, determinare docet Euclides lib. 1. & 2. Nam si basis plus potest cruribus, angulus ei subtensus erit obtusus, per 12 p. 2. Si verò æquè, rectus, per 47 p. 1. Si denique minus, acutus, per 13 p. 2. Ita quoque è 4 propositionibus vltimis, cum Scholij 6 prop. huius auxilio definire possumus cuiusnam sit affectionis quæsitus aliquis in dato triangulo angulus, ex datis tribus lateribus. At verò cùm ea determinatio pro laterum affectionibus sit varia, idcirco Snellius egregius Mathematicus quatuor casus adfert, quorum primus hic est.

Cum crura erunt affectionis diuersæ, & basis quadrante minor, angulus ab ijs comprehensus erit acutus. 1 Casus.


At cum crura erunt affectionis eiusdem, & basis quadrante maior, angulus ab ijs conclusus erit obtusus. 2 Casus.

Ratio primi casus ex 3 parte 12 propos. huius fit perspicua in Triangulis rectangulis: Si enim in Triangulo G C F rectangulo ad C, crura C G, C F angulum rectum includentia affectio-

nis diuersæ fuerint, basis F G est quadrante maior. Imminuta igitur basi, vt ea sit vel quadrans (vt in Triang. T S V 2 fig. in qua circulus V Z R S colurũ Soltitiorum refert, qui horizonti recto coincidit: tunc verò basis S V quadrans :) vel quadrante minor, vt G D in prima fig. etiam angulus minuetur, & pro recto fiet acutus, vt G D E. At verò in obliq. exempl. 6. p. 20 consule.



Ratio 2 casus ex 2 parte eiusdem prop. consequitur. Nam in Triangulo rectãgulo C G D, si crura C G, C D sint ambo quadrante maiora, basis G D erit quadrante minor: vel in Triangulo G E D, in quo crura anguli recti G E, E D sunt ambo quadrãte minora, basis G D est etiam quadrante minor. Quia (vt iam diximus) basis G D est vtrique triangulo communis. Quare si basis augeatur, vt ea quadrantem æquet, vel etiam excedat, efficitur vtique angulum oppositum adaugeri, & ex recto fieri obtusum. De obliquãgulis vide quartum exemplum 20 prop.



3 Casus. *Cum crura erunt affectionis eiusdem, & basis quadrante minor, si tum sinus complementi basis est maior facto sub sinibus à crurum complementis per radium diuiso, angulus est acutus: si minor, obtusus; si æqualis rectus.*


4 Casus. *Cum demum crura erunt affectionis diuersæ, & basis quadrante maior: si tum sinus complementi basis est maior facto sub sinibus, qui ad crurum complementa pertinent, per radium diuiso, angulus est obtusus; cum minor, acutus: si æquales, rectus.*

PROPOSITIO XVI.

Si ex angulis dati trianguli tanquam polis, maximi describantur circuli; triangulum ex eorum concursu efformabunt,


cuius anguli in latera trianguli dati, & contrà, permutari possunt; si complementum ad semicirculum maximi anguli vnius Trianguli pro tertio alterius latere assumatur.

Sit datum Triangulum A B C, cuius crura A B, C A producantur vsque in concursum D, & E: facto autem polo in punctis A, B, C describantur tres maximi circuli, nempe ex polo A, circulus F H I L; ex B; circul⁹ N O P Q; & ex C: circulus R H S T.



Aio ex eorum concursu, Triangulum G H O, esse delineatum, cuius anguli in latera trianguli A B C permutari possunt, nempe angulus G O H, lateri B A, angulus verò H G O cruri C B angulus demum G H O, cruri G A, sumendo angulum O H I (qui est complementum anguli G H O, ad semicirculum) pro C A tertio trianguli A B C latere.

Quoniam enim arcus B Q & C T, sunt quadrãtes per 3. huius, si ab illis demat̃ur B T, complementum commune, remanebunt arcus æquales B C, & T Q.



Atqui arcus T Q seu N R est mensura anguli ad O per 4 prop. huius.

Igitur latus B C angulo O, æquatur, & proinde angulus G O H, in latus B C permutari potest.

Porrò à quadrantibus æqualibus B M, A I, subducto communi complemento A M, restat arcus B A, æqualis M I, arcui; Sed arcus M I mensura est anguli ad G: Ergo latus B A angulo G, est æquale, & per consequens angulus O G H in latus B A conuerti potest.

Postremò arcus C S & A K sunt quoque quadrantes æquales, à quibus dempto communi complemento A S, relinquitur arcus C A, arcui S K æqualis.


Atqui arcus S K est mensura anguli S H K, qui quidem est complementum tertij anguli G H O.

Igitur cruribus A B C Trianguli æquantur anguli G H O, assumpto pro angulo maximo A B C, eius complemẽto P H K, & proinde crura trianguli A B C in angulos Trianguli G H O permutari possunt.

Conuersa huius eadem ratione demonstratur; nimirum angulos Trianguli A B C, lateribus Trianguli G H O æquari: mensura enim anguli C, est arcus T S, cruri O H Trianguli G H O, æqualis: siquidem S O est vtriusque complementum. Anguli verò ad A mensura est arcus K I, lateri G H trianguli G H O, æqualis: cum vtriusque sit commune complementum arcus H I. Denique complementi anguli C B A, nempe anguli T C S mensura est arcus Q P, cui æquatur latus G O, propter O M, commune complementum. Trianguli igitur anguli sphærici in latera, & latera in angulos permutari possunt, &c. quod erat demonstrandum.

PROPOSITIO XVII.

In Triangulis Sphericis vniuersis, sinus laterum sinibus angulorum oppositorum sunt proportionales.



Sit itaque Triangulum A B C rectangulum ad C, cuius angulus A acutus sit & latera omnia quadrãte minora (triangulum enim sphæricum rectangulum, cui in sunt duo, vel tres anguli recti, nulla in eorum solutione reperitur difficultas, vt ad prop. 6. diximus: Quia Trianguli crura sunt circuli quadrantes,) dico sinum anguli recti C, esse ad sinum anguli A; vt sinus cruris A B recto oppositi, ad sinum cruris B C acuto oppositi.

Productis enim A C & A B ad quadrantem vsque, ita vt A F sit quadrans alicuius circuli maximi, vt verbi gratia, Æquinoctialis; A E verò quadrans Eclypticæ; ducatur recta A I, semidiametrum seu axis sphæræ dimidium referens, cuius centrum

trum sit I. Deinde à polo A, interuallo A F quadrantis describatur peripheria F E D, quæ quidem coluri Solstitiorum partem repræsentabit, arcui C B producto in puncto D, occurrens, quod sanè erit circuli F C A polus per 3 prop. huius. Et proinde vterque arcus D F & D C quadrans erit, ac anguli A F E & A E F recti erunt per primam partem 11 propos. huius: Atque F E erit anguli F A E mensura per 4 prop. Porrò à punctis E & B, demittantur rectæ E I & B G semidiametro sphæræ A I perpendiculares, & E I erit sinus arcus A E, & proinde sinus totus seu radius. Cùm A E sit circuli quadrans, at verò B G, sinus arcus A B.

Rursus ab iisdem punctis E & B deprimantur rectæ E N & B O plano circuli A C F perpendiculares, per 11 p. 11. quæ quidem in circulorum C B D, & F E D communes sectiones cum circulo A C F incident, hoc est in diametros circulorum C B D & F E D cadent; siquidem eorum plana sint plano A C F recta, per 38 p. 11.

Eritque E N sinus arcus E F anguli B A C mensuræ: sed B O erit sinus arcus B C eidem angulo oppositi. Postremò ducantur lineæ N I, & O G, in plano circuli A C F, vt inde fiant duo Triangula rectilinea E N I, & B O G, quæ sanè erunt æquiangula, ac proinde latera circa angulos æquales proportionalia. Recta enim E I est rectæ B G parallela per 28. propos. 1. Cùm vtraque earum semidiametro A I, sit perpendicularis, atque E N & B O inuicem parallelæ per 6 p. 11. Siquidem ambæ eidem plano circuli A C F sunt perpendiculares, anguli N E I & O B G erunt inter se æquales per 10 p. 11. At anguli ad N & O recti sunt, & proinde æquales: ideoque reliqui anguli E I N & B G O erunt quoque æquales, per corroll. 32. p. 1. Igitur duo Triangulo A F E, A C B erunt æquiangula, ac latera circa angulos æquales proportionalia, per 4 p. 6. Hoc est, vt E I ad E N: ita G B ad B O: atqui E I sinus totus est sinus quadrantis sinui anguli recti ad C æqualis: E N sinus arcus E F seu anguli ad A, B G sinus basis A B: B O sinus cruris B C: Quare in Triangulo A B C.

1 IE EN GB BO: Et permutando iuxta 16 p. 5.
2 Vt GB: ad BO: ita IE ad EN. & contrà
3 NE EI OB BG

Vel terminorum intermediorum transpositione, per 16 p. 6.

4 IE GB EN BO, & vicissim
5 Vt GB: ad IE: ita BO an EN. & contrà.
6 NE OB EI BG

Atque eadem ratione demonstrabitur (productis cruribus AB, CB) sinum arcus BA esse ad sinum anguli C; vt sinus arcus AC ad sinum anguli C; vt sinus arcus AC ad sinum anguli ABC: Ergo constat propositum.

Consectarivm.

Ex hac propositione octo δεδόμενα, siue data in Triangulis rectangulis deducuntur.

Dedomenon I.

Data basi AB, & angulo A obliquo adiacente, crus BC eidem oppositum inuenire.

Id quidem sex modis concludi potest sed cùm in duobus tantùm, radius primo loco; in reliquis autem secundo sit positus; ideoque tribus solummodò qui multiplicationis auxilio absoluuntur, erimus contenti, quorum prior est primæ analogiæ huius propositionis.

IE EN BG

1 *Vt radius ad sinum anguli dati: ita sinus basis, ad sinum cruris oppositi, BO.*

Quoniam enim (vt iam monuimus) in Triangulo AFE sinus totus seu radius est ad sinum anguli A; vt sinus basis AE ad sinum arcus EF, eidem angulo oppositi; atq; etiam in Triangulo CBA radius se habet ad sinum eiusdem anguli recti C, vt sinus basis AB ad sinum cruris BC præfato angulo oppositi. Quare per 11 p. 5. Eucl. erit sinus basis AE ad sinum arcus EF;

vt ſinus baſis A B, ad ſinum cruris B C eidem angulo A, oppoſiti.

Detur itaque baſis A B 42 graduum, & angulus BAC 23°.30′ & quæratur crus B C, dico igitur.

1 2 3 4
Vt 100000, — 39874⅔91; — 66913.06: — 266841.52
radius ad baſin A B. Ita ſinus A. anguli ad ſinum B C. 15.28′+

Crus itaque B C eſt 15.28′. quadrante minus per 11 prop. huius; eò quod angulus oppoſitus B A C ſit acutus.

2 *Vt radius ad ſecantem complementi baſis; ita ſecans complementi anguli dati, ad ſecantem complementi cruris oppoſiti.*

Cùm enim ſecantes arcuum, eorundem complementorum ſinibus reciprocè proportionales ſunt per 18 p. primi huius. Ideoque ſinus arcuum in præcedenti ſchemate A B, A E, B C, E F ſunt proportionales: Quare, datis iiſdem quæ prius, dico

Vt radius ad ſecantem compl. baſis A B; ita ſec. compl. ang. 23.30′.
100000,00 14944765⅓1 25078428.

Ad ſec. compl. B C 37468917. nempe 15.28′+ vt ſuprà.

DEDOMENON II.

Data baſe & crure alterutro, datur angulus eidem oppoſitus.

Sinus enim arcuum A B, A E, B C, E F ſunt proportionales, per 18 prop. huius. Quare per 17 propoſ. primi huius; vt ſinus A B, ad ſinum A E radium: ita radius quoque ad ſecantem complementi baſis A B. Sit baſis 60 gr. crus B C 23 gr. dico,

BG BO EI EN
Vt ſinus baſis, ad ſinum cruris dati; ita radius ad ſinum anguli quæſiti.
86603 34533 100000 39875. part. 23.30′

Angulus itaque B A C, eſt 23 gr. 30′.

Vel, *Vt radius ad ſecantem complementum cruris dati; ita ſinus baſis, ad*
10000000. 23094008. 8660254.
ſecantem complementi anguli quæſiti.
20000000.

Sinus enim A E, A B, E F, B C ſunt proportionales; ideoque

vt E F ad B C; ita vicissim secans complem. B C ad secantem complementum E F.

Aliter

Vt radius ad sinum cruris dati, ita secans compl. basis, ad sinum anguli quæsiti.

10000000. 4330127. 11547004. 5000000.

Ratio huius analogiæ est, quia sinus arcuum A B, A E, B C, & E F sunt proportionales per 18 prop. huius.

Dedomenon III.

Dato latere & angulo huic opposito, datur basis: Si constiterit vtrum basis quadrante maior, aut minor sit.

NE EI BO

1 *Fiat vt sinus anguli dati, ad radium: ita sinus lateris, ad* B G
sinum basis quæsitæ, per 3 Analogiam.

Vel

2 *Vt radius, ad secantem compl. anguli dati: Ita sinus cruris dati, ad sinum basis quæsitæ.*

Sinus enim arcuum E F, E A, B C, A B sunt proportionales: Quare per 17 prop. lib. primi, sinus E F est ad sinum E A seu radium: vt radius ad secantem complementi eiusdem E F.

Vel denique

3 *Vt radius, ad sinum anguli dati: Ita secans complementi cruris dati, ad secantem complementi basis quæsitæ.*

Nam sinus arcuum A E, E F, A B & B C sunt proportionales per hãc prop. Atqui per 18 prop. libri primi, vt sinus A B, ad B C: Ita secans complementi B C, ad secantem complementi A B, ex æquo igitur radius seu sinus A E est ad sinum E F, seu anguli; vt secans complementi cruris oppositi B C, ad secantem complementi basis A B.

Dedomenon IV.

Dato crure alterutro, & baſe, innoteſcit crus reliquum.

1. *Vt ſinus complementi cruris dati, ad radium: Ita ſinus complementi baſis, ad ſinum complementi cruris quæſiti.*

Nam in ſequenti ſchemate Triangulum rectang. D E B, triangulo A C B congruit ob laterum continuationem, vt ad 2 ſcholium 6 propoſ. huius oſtenſum eſt. Et proinde dato vno trianguli D B E termino, datur alius correſpondentis trianguli A B C terminus.

Detur itaque latus B C 25. 39′. 32″. & A C 60 gr. prodit reliquum latus 56. 18′. 35″: Nam


Vt ſinus arcus D B complementi cruris E C ad radium;
9013880 10000000
Ita ſinus arcus B E complementi baſis A B, ad ſinum arcus C F,
5000000 5547002
complementi cruris A C quæſiti.

Itaque latus B C eſt graduum 56. 18′. 35″ quadrante minus per 12 prop. huius; eo quod baſis & crus datum ſigillatim quadrante minor exiſtat.

Vel

2. *Vt radius, ad ſecantem cruris dati: ita ſinus complementi baſis, ad ſinum complementi cruris quæſiti.*

Triangulum enim D B E rectangulum Triangulo A B C congruit, vt jam oſtenſum eſt, ideoque arcus D B, & B E ſunt B C & A B complementa: Itaque data baſe D B & crure B C datur E F menſura anguli ad A, per 2 Dedomenon; illic enim demonſtratum eſt, vt radius ad ſecantem complementi D B: Ita ſinus cruris B E ad ſinum C F, menſuram anguli ad D.



Iam verò ſi crura trianguli D B E ad propoſitum Triangulum A B C, referas, inſtituendo; vt radius ad ſecantem cruris

B C: Ita sinus complementi basis A B, ad sinum complementi A C, omnia sanè congruere videbis.

Vel denique,

3. *Vt radius, ad sinum complementi cruris dati: Ita secans basis, ad secantem cruris quæsiti.*

DEDOMENON V.

Dato vtroque crure anguli recti, datur & basis.

1. *Vt radius ad sinum complementi cruris vnius: Ita sinus complementi cruris alterius, ad sinum complementi basis.*

Vt in eodem schemate dentur crura A C 56°.18′.35″, & C B 25°.39′.32″. quæratur autem basis A B, id quoque per Triangulum D B E Triangulo A B G congruens soluetur: complementum enim cruris A C est C F mensura anguli ad D, complementum C B est B D: Quare per 17 propos. huius.

Vt rad.	ad sinum D B, compl. cr. B C;	Ita C F, sinus compl. A C,	
10000000,	9013880;	5547002.	

Ad 5000000, sinum B E, 30 gr. compl. basis A B, 60 gr. quadrante minoris; eò quòd vtrumque latus datum quadrante minus sit, per 12 prop. huius.

Vel per 17 prop. primi huius.

2. *Vt radius ad secantem cruris, ita secans cruris reliqui, ad secantem basis.*


Vt sinus totus	ad sec. cr. B C,	Ita sec. A C,	ad sec basis A C.
10000000,	11094005,	18027760,	20000000.

DEDOMENON VI.

Dato crure recti & angulo adiacente, innotescit alter obliquus eidem oppositus.

1. *Vt enim radius, ad sinum anguli dati; ita sinus complementi cruris dati, ad sinum complementi anguli oppositi.*

Hoc dedomenon ſecunda Trianguli continuatione, ſoluitur, vel per Enallagen pleurogonicam de qua ſchol.3 conſule, ad 9 propoſ. huius. Detur itaque in ſchemate eiuſdem prop. hùc reuocato, latus A C 40 graduum cum angulo ei adiacente C A B, 30 grad. & quæratur reliquus obliquus C B A.



Quoniam demonſtratum eſt ad præfatam 9 prop. angulum ad I, in Triangulo rectangulo G I D, rectum eſſe; baſim verò D G, complementum eſſe arcus D E, & inde arcui E F æqualem.

Item angulum ad D, angulo C D E æquari ſeu arcui C F complemento arcui A C: Manifeſtum eſt in eodem Triangulo G I D, data baſi G D (quæ angulo A æqualis eſt) cum angulo A (qui complemento cruris A C æquatur) dabitur quoque G I complementum arcus I H menſuræ anguli ad B quæſiti. Nam per primum dedomenon.

Vt radius 100000, ad 50000, ſin ang. A; Ita 64278 ſin. arcus A C ad 38302, ſinũ cõpl. ang. A B C gr. 22. 31′+ Ergo ang. A B C eſt 67. 29′— acutus per 11 prop. huius; quia latus ei oppoſitus eſt quadrante minus

Ratio ſolutionis dedomeni per primam Trianguli A B C continuationem.

Cum enim Triangulum A B C Triangulo D B E congruat; latus verò D B ſit cruris B C complementum, angulus autem A B C angulo D B E ad verticem oppoſitus per 8 prop. huius. Idcirco per primum Dedomenon dati baſi B D & angulo D B E prodibit latus oppoſitum D E, cuius complementum eſt E F menſura anguli A, quæſiti.

2. *Vt radius, ad ſecantem complementi anguli dati: Ita ſecans cruris dati, ad ſecantem anguli oppoſiti.*

Hæc Analogia 18 propoſitioni primæ partis innititur.

Vt radius,	ad ſec. compl ang. A;	Ita ſecans cr. A C,	ad ſecant. ang. B
10000000.	200000.	130540.	261080 gr. 67. 29′— vt ſuprà.

DEDOMENON VII.

Dato crure & angulo oppoſito, datur obliquus reliquus, ſi ſpecies eius nota ſit.

1 *Vt ſinus complementi cruris dati, ad radium: Ita ſinus complementi anguli dati, ad ſinum anguli quæſiti.*

Sit in Triangulo A B C, anteced. fig. latus B C 20 gr. 21′, 40″, & angulus ei oppoſitus B A C 30 graduum cum ſpecie reliqui ad B, acuta, innoteſcet ipſe angulus ad B.

Nam in Triangulo D I G rectangulo ad I, datur latus I D, cruri B C æquale: & baſis G D arcui F E æqualis, id eſt angulo B A C. Igitur reliquum latus I G, hoc eſt complementum arcus I H, vel anguli ad B prodit, per 4 dedom. huius prop. Nam,

Vt ſin compl. I D. .i. B C cr. dati	ad radium:	Ita ſinus compl. baſis G D, id eſt anguli dati	ad ſinũ I H, id eſt ang. ad B.
93752.	10000000.	86603.	92374

2. *Vt radius, ad ſecantem cruris: Ita ſinus complementi anguli dati, ad ſinum anguli reliqui.*

Vt radius,	ad ſec. cruris B C;	Ita ſinus compl. ang. B A C dati,	ad ſinum ang B
10000000.	106664.	86603.	92371.

Poteſt & ſolui per Triangulum D B E ad verticem & Enallagen pleurogoniam; arcus enim E F anguli A menſura eſt, per 4 prop. huius, & complementum cruris B C eſt B D baſis anguli recti E; Quare in Triangulo D B E, data baſe D B & crure E D recti, prodibit angulus ad B, eidem oppoſitus, per 2 Dedom. anteced. prop. Statuitur enim illic, vt radius, ad ſecantem complementi baſis D B: Ita ſinus cruris E D, ad ſinum anguli B. At verò baſis D B eſt complementum B C, & complementum cruris E D eſt F E anguli ad A menſura. Ergo,

Vt radius, ad ſec. crur. B C: Ita ſinus compl. anguli A, ad ſinum anguli B.


CONSE-

DEDOMENON VIII.

Dato vtroque angulo obliquo, datur crus recti vtrumlibet.

1. *Vt sinus anguli vnius, ad radium; ita sinus complementi reliqui ad sinum complementi cruris oppositi.*

In triangulo A B C detur vterque angulus obliquus ad A 30 gr. & B 67 gr. 29′— innotescet etiam vtrumlibet latus.



Nam in Triangulo I D G rectangulo ad I, datur latus I G, complementum arcus H I, anguli B mensuræ: basis verò G D, complementum arcus D E, seu arcus E F, subtendens angulum ad A; & proinde angulus D oppositus, hoc est arcus F C complementum cruris A C prodibit. Ergo,

Vt sinus basis DG.	Ad rad:	Ita sinus cruris IG, compl. ang. ad B.	ad sinum anguli IDG oppositi, hoc est compl cr. AC.
50000,	10000000,	38302,	76604.

Ergo ipsum latus AC est 40 graduum quadrante minus, per 11. prop. huius: Quia angulus oppositus acutus est.

2. *Vt radius, ad secantem complementi vnius anguli: Ita sinus complementi reliqui, ad sinum complementi cruris huic oppositi.*


Hoc conquitur ex 18. prop. primi cap.

Vt radius,	Ad sec. compl. ad A:	Ita sin. cõpl. ang. reliqui,	ad sinũ cõpl. [cruris oppositi.
100000,	200000,	38302,	76604.

PROPOSITIO XVIII.

In Triangulo sphærico rectangulo radius se habet ad sinum cruris recti; vt tangens anguli obliqui adiacentis, ad tangentem cruris eidem oppositi.

Sit Triangulum sphæricũ ABC cuius quidem angulus C rectus sit: reliqui verò obliqui: productis cruribus AC, AB vsque ad suos quadrantes DF, vnde formabitur aliud Triangulum sphæricũ AFE rectangulum ad F. vt in 17 prop. huius; iam arcus FE erit mensura anguli A; arcus verò CF mensura anguli D, per 4 p. huius. Sit deinde radius sinus IF quadrantis AF, & GC sinus cruris AC. Denique ex F & C erigantur perpendiculares FL, & CM, quæ à secantibus IEL & GBM terminentur. illa quidem erit tangens arcus FE: hæc verò tangens arcus BC, Dico itaque radium IF esse ad GC sinus cruris AC; vt FL tangens arcus EF seu anguli A, ad CM, tangentem cruris BC eidem angulo A oppositi. Triangula enim IFL & GCM, rectilinea sunt similia, vt ex eadem 17 prop. constat. Quare per 4 p. 6. Eucl. Vt radius IF, ad GC sinuum cruris recti; ita FL tangens anguli A, ad CM tangentem cruris BC eidem oppositi. Quod erat demonstrandum.



CONSECTARIVM I.

Dato crure recti, & angulo adiacente, prodit crus reliquum.

1. *Fiat enim vt radius, ad sinum cruris dati; ita tangens anguli adiacentis, ad tangentem cruris reliqui.*

Detur in Triangulo ABC, crus AC 40 graduum, & angulus A, adiacens, 23. grad. 30′, inuenietur crus reliquum BC.

Nam per 4 prop. 6. Eucl.

Vt IF radius,	ad GC sinum cr. AC:	Ita F L tang. FE arcus. i. ang. A.
1000000,	64278.76,	4348124.

Ad C M tangentem cruris B C, 2794920, cui cedunt in tabulis 15 gr. 36′, 55″ quadrante minoris per 11 prop. huius: quòd angulus A oppositus acutus sit.

Vel,

2. *Vt radius, ad secantem complementi cruris dati: Ita tangens complementi anguli, ad tangentem complementi cruris oppositi.*

Cum enim per 16 prop. 1 cap. radius sit medio loco proportionalis inter sinum arcus, seu cruris dati, & secantem eius complementi, hoc est vt A C ad radium: Ita radius ad secantem complementi cruris A C. Et per 15 eiusdem. Vt tangens C B ad tangentem F E: ita tangens complementi F E, ad tangentem complementi. Ex quo igitur,

Vt radius,	ad sec. compl. cr. A C:	ita tang. compl. ang. A,
10000000,	15557238,	22998425.

Ad 35779188 tangentem compl. cruris C B 74 gr. 23′. 5″.
Ergo latus B C est 15. gr. 36′. 55″.

Consectarivm II.

Dato cruro recti & angulo opposito, datur reliquum latus si constiterit vtrum quadranti præstet, aut cedat.

1. *Vt tangens anguli dati, ad radium; ita tangens cruris oppositi, ad sinum cruris reliqui.*

Cum enim per 18 prop. huius, tangens arcus F E, ad radium sit, vt tangens arcus C B ad sinum A C. Atq; per 15 prop. primi cap. tangens F E, ad radium; vt radius ad tangentem eius complementi. Erit quoque, Vt radius, ad tangentem complementi anguli dati; ita tangens cruris oppositi, ad sinum cruris adia-

centis. Sit itaque AC 40 graduum & anglus B, graduum, 30′, latus reliquum exibit.

Vt radius,	ad tang. compl. ang. A;	Ita tang. cr. oppositi BC,
10000000,	22998452:	2794920,

Ad sinum cruris reliqui AC, 6427876. gr. 40.

2 *Vt radius, ad tangentem complementi anguli dati : ita tangens cruris oppositi, ad sinum cruris quæsiti.*

Vt radius,	ad tang. ang. A;	Ita tang. compl. cruris oppositi BC,
10000000,	4348124:	357791188.

Ad secantem compl. cruris AC, 15557238 gr. 50.

Vel per 15 prop. primi cap.

3. *Vt radius, ad tangentem anguli dati : Ita tangens complementi cruris oppositi, ad secantem complementi cruris reliqui.*

Sit in eodem schemate Triangulum A B C. cuius latus BC detur 15 gr. 36′. 55″. & angulus A oppositus 23 gr. 30′, innotescet latus reliquum AC per 18 prop. huius.

Vt F L tang. arcus F E,	id est anguli A, ad radiũ;	Ita CM tang cr. BC,
4348124,	10000000,	2794920.

Ad GC sinum cruris reliqui AC 64278.65. graduum 40, graduum si quadrante minus sit; At verò grad. 140. si quadrante majus.

Consectarium III.

Dato recti vtroque crure, datur angulorum obliquorum vteruis.

1. *Fiat enim, vt radius, ad sinum cruris vnius : ita tangens compl. cruris reliqui, ad tangentem complementi anguli quæsiti huic oppositi.*

Retento

Retento ſuperiori ſchemate, ſit latus A C 40 gr. B C 15 gr. 36′.55′ prodibit angulus A, 23 gr. 30′, per 16 prop. primi cap.

Vt radius, ad ſinũ cruris A C ita tang compl. B C, ad tang. compl. tãg. A
10000000. 6427876; 35779188, 22998420.

2. *Vt radius, ad ſecantem compl. cruris vnius: ita tangens cruris reliqui, ad tangentem anguli quæſiti ſibi oppoſiti.*

Nam per hanc prop. 18. cum ſinus A C ad radium ſit, vt tangens C B, ad tangentem F E, ſeu anguli A; erit quoque per 17 primi cap. Vt radius ad ſecantem compl. A C: ita tangens B C, ad tangentem F E. ſic,


Vt rad, ad ſec. compl. cr. A C: ita tangens B C, ad tang. F E, ſeu
10000000, 15557238; 2794920 . 4348124.
anguli A, 23 gr. 30′.

CONSECTARIVM IV.

Dato crure & angulo adiacente, datur baſis.

1. *Fiat enim, vt radius ad ſinum complementi anguli: ita tangens compl. cruris dati, ad tangentem compl. baſis,*

Sit itaque datum latus A C 40 gr. & angulus A adiacens 23 gr. 30′. quæratur autem baſis A B.



Ad huius conſectarij ſolutionem, Enallage pleurogonica eſt vtendum, aſſumpto nimirum verticali Triangulo D F B; latus enim C F complementum cruris A C primi trianguli, pro angulo D, trianguli verticalis B E D, angulus verò ad A primi trianguli pro latere E F complemento cruris E D eiuſdem trianguli verticalis B E D aſſumitur. Et inde innoteſcet B E complementum baſis A B quæſitæ, per 2 conſ. huius prop. Vt hîc videre eſt.

Vt rad. ſin. compl. anguli A, ita tang. compl. cruris A C.
10000000, 9170601; 11917536.

Ad 10929097, tangentem 47 gr. 32′. 30″. + cuius compl. est 42 gr. 27′, 30″ — pro basi A B.

2. *Ad radius ad secantem anguli dati: ita tangens cruris, ad tangentem basis.*

Vt rad.	ad sec.	ita tang. cruris A C,
10000000,	10904411;	8390996

Ad 9149887 tangentem 42 gr. 27′, 30″ — pro basi A B.

CONSECTARIVM V.

Data basi, & angulo, prodit crus eidem adiacens.

1. *Vt enim radius, ad sinum complementi anguli dati: ita tangens basis, ad tangentem cruris angulo dato adiacentis.*

Detur in Triangulo A C B basis A B, 42 gr. 27′, 30″ — & angulus A 23 gr. 30′, cruri quæsito A C adiacens quæratur autem crus A C. Ratio huius eodem fundamento innititur, quo 3 cons. 8 prop. huius: Quare statuo

Vt tad.	ad sin. compl. ang. A:	ita tang. basis A B,	ad tangentem
1000000,	9170601:	9149887,	839099.

cruris A C 40 gr.

2. *Vt radius, ad secantem anguli dati: ita tangens compl. basis, ad tangentem compl. cruris adiacentis.*

Vt rad.	ad sec. ang. A:	ita tang. compl. basis A B,	ad tang.
10000000,	10904411:	10929097,	11917536.

compl. cruris adiacentis A C.

Ratio è 2 Analogia 3 consect. 18 prop. colligitur, per Triangulum verticale E B D.

CONSECTARIVM VI.

Data basi, & crure, datur angulus ab iis conclusus.

1. *Vt enim radius, ad tangentem cruris dati: ita tangens complementi basis, ad sinum complementi anguli ab iis comprehensi.*

Huius consectarij solutionis ratio ex 9 prop. primi, & 6 Dedom. 17 prop. huius deriuatur: Quare huc reuocanda est illius figura. Sit igitur in ea Triangulum rectang. A B C, cuius basis A B sit 42 gr. 27′,30″—latus B C 15 gr. 36′,55″, quæratur autem angulus B. Vides hîc mensuram anguli ad B esse peripheriam I H, quæ ideò venit inquirenda, & sanè commutatione pleurogonica innotescet: dantur enim in Triangulo G D I per secundam continuationem latera I D & G D. Namque ex ibidem demonstratis, latus I D, lateri B C; latus verò G D lateri E F æquatur: Ergo,

Vt rad.	ad tang. cruris dati I D;	ita tang. compl. basis G D,
10000000,	2794920;	18929097.

Ad 3054595, I H sinum complementi cruris G I, seu anguli B, quæsiti, 72 gr. 13′—

2. *Vt radius ad tangentem compl. cruris dati: ita tangens basis, ad secantem anguli ab illis concluſi.*

Consectarium VII.

Data base & angulo obliquo alterutro, datur angulus reliquus.

1. *Vt enim radius ad sinum complementi basis: ita tangens anguli dati ad tangentem complementi reliqui anguli quæsiti.*

Sit in Triangulo A B C data basis A B 40 gr. 27′, 30″, & angulus ad A, 23 gr. 30, & quæratur angulus B: Hîc etiam instituenda est Enallage pleurogonica: Nam ex datis in Triangulo Vicario seu verticali D B E crura D E & B E prodibit angulus

D B E ad verticem oppoſito A B C æqualis, per Analogiam 3. conſect. huius prop.

Vt rad. ad ſinum compl. baſis A B: ita tang. ang. A, ad tang. 17 gr.
10000000, 7377690; 4348124, 3207911
47′+ cuius compl. eſt 72 gr. 13′—pro angulo quæſito B.

2. *Vt radius, ad ſecantem baſis: ita tangens compl. anguli dati, ad tangentem anguli reliqui.*


Vt rad. ad ſec. baſis A B: ita tang. compl. ang. A, ad tang. 72 gr.
10000000, 13553885: 22998425, 31171801,
13′—pro angulo B, qui quidem eſt quadrante minor; quia latus oppoſitum A C eſt quadrante minus, per 11 prop. huius.

CONSECTARIVM VIII.

Dato vtroque angulo obliquo, datur baſis.

1. *Vt enim radius, ad tangentem complementi anguli alterutrius: ita tangens compl. anguli alterius, ad ſinum compl. baſis.*

Sint in Triangulo A B C figuræ 6 conſect. huius prop. anguli dati A 23 gr. 30′, & B, 72 gr. 13′—quæratur autem baſis A B, hîc etiam inſtituitur Enallage pleurogonica, per ſecundam continuationem. Cum enim arcus E H baſi A B ſit æqualis, menſura verò anguli ad G, in Triangulo tertio G I D. Item F E menſura anguli A, in Triangulo dato A B C, baſi G D in Triangulo tertio G I D, ſit æqualis; arcus demùm I H menſura anguli B quæſiti: Itaque ex datis in Triangulo tertio G I D complemento arcus I H, ſeu anguli ad B, cum baſe G D quæ arcui E F æquatur, id eſt angulo A, datur etiam angulus ad G, vel arcus H E, ſeu baſis A B, per 6 conſect. huius.



Vt rad.

Vt rad. ad tang.compl.ang.A: ita tang compl.ang.B, ad ſinum compl. baſis A B,
10000000, 22968425: 3207911, 7377690

2. *Vt radius, ad tangentem anguli vnius: ita tangens anguli alterius, ad ſecantem baſis.*

Vt rad. ad tang.anguli A: ita tang.ang.B, ad ſecantem baſis A B.
10000000, 43481243; 32171801, 13988698

Hæc Analogia è 15 prop.primi cap. deriuatur.


PROPOSITIO XIX.

Idem aliter proſthaphæreticè præſtare. Minor duorum arcuum addatur complemento maioris, atque hoc ab illo ſubducatur, horum ſinuum ſumma erit quarti proportionalis dupla: ſi minor arcus complemento maioris præſtet; aut eorundem differentia, ſi eidem cedat.

Huius Regulæ duæ ſunt partes, quarum quidem prior additionem; poſterior verò ſubtractionem ſpectat.

PRIORIS PARTIS ELVCIDATIO.

Sit in diagrammate adiecto maior arcus D E 65 gr. angulum E A D ſeu B A C menſurans, cuius complementum ſit D S. Minor verò arcus ſit G F 52 gr. qui maior eſt complemento ipſius D E, nempe E X, ſeu D S, 25 gr.



Sinus autem arcus D E, ſit recta E P: at ſinus arcus G F, recta F L ſeu A B, per 34 p.1. Hypothenuſa triang. A B C, cuius quidem latus B C ſit quartum proportionalis inſtituendo, vt A E, ad E P: ita A B ad B C.

Addatur itaque arcus minor F G cum complemento maioris D S, seu G K ei æqualis 25 gr. & summa erit F G K 77 grad. eius sinus rectus F M 97437.01. Deinde sumatur eorundem arcuum differentia, sitque K H 27 gr. eiusque sinus rectus H Z, vel M N 45399.05. Porrò addantur inuicem hi duo sinus nempe F M, & M N, & summa erit F M N 132836.06, quam dico esse duplum quarti proportionalis B C, 66418.03.

Producatur recta F L vsque ad concursum circuli H, vt sit F L H subtensa peripheriæ F G K H, ducanturque rectæ L R, H N, diametro K A D parallelæ, ac eidem F M N perpendicularis.

Quoniam subtensa H F diametro E A Y parallela est, quæ ab alia diametro G A S, bifariam secatur in centro A, bissecta quoque erit ipsa H F in L, per 3 prop. 3. Eucl. & proinde arcus F G, & G H æqualis per 30 prop. 3. Eucl. Cùm verò recta L R sit H N vni laterum trianguli F N H parallela, ideoque secabit proportionaliter reliqua eiusdem trianguli latera per 2 propos. 6. Eucl. Iam verò quandoquidem F L & L N æquales sunt, æquales quoque erunt F R, R N. Porrò latus B C, quartum proportionale est æquale F R, vel R N, ob similitudinem triangulorum L R F, & A B C. Atqui vt summa arcuum F G, G H, & H K, ex aggregato & differentia ad summam ex aggregati & differentiæ sinibus: ita F L (cui est æqualis A B) dimidium summæ F H, ad dimidium F R seu B C quartum proportionale. Ergo constat huius Regulæ pars prior, cuius praxis hæc est.

Praxis exempli prioris partis, in quo quidem additione opus est.

G F arcus secundus, seu minor 52 gr.
G K compl. arcus primi, seu maioris 25

F G K summa, seu aggregatum. 72 eius sinus F M. 97437.01.
K H differentia 27 eius sinus M N. 45399.05.

Aggregatum sinuum F N. 132836.06.
Semissis F R, vel R N. 66418.03.
Quarto proportionali B C, æqualis:


Idem enim numerus exibit, si ita instituas,

Vi A E radius, ad E P, sinum ang. A; ita A B, ad B C sinum
10000000, 90630.78: 78801.07, 66418.03,
anguli B A C, 41 gr. 37′+

OBSERVATIO.

Quòd si primus arcus D E sit complemento secundi G F æqualis, assumatur sinus dupli alterutrius arcus, & dimidium ipsius sinus erit quartum proportionale.

Sit arcus primus D E 65 graduum. Secundus verò G F 25 nempe compl. primi, cuius duplum est 50 gr. pro arcu F G K, & eius sinus est F M. Iam verò, cùm nulla sit inter arcum secundum & cõplementum primi differentia: nihil idcirco additur sinui F M summæ vel aggregati: Quare eius dimidium R M, est quartum proportionale, vt ex subsequenti operatione patet.



G F arcus minor 25
G K compl. arcus maioris 25

F G K summa 50 eius sinus F M. 76604.44.
K H differentia 00 eius sinus M N. 00000.00.

Aggregatum sinum F N. 76604.44.
quartum proport. est, semissis F R, vel R N. 38302.22. Nam,

Si fiat, Vt A E radius, ad E P: ita A B, ad B C, quartum prop.
10000000, 90630.78: 42261.83. 38302.22.
idem numerus restituetur, atq; huius ratio similitudinem triang. F R L, A C B innititur.


Posterioris partis enucleatio.

Sit in 3 schemate arcus primus D E 23 grad. 30′. angulum B A C mensurans. Secundus verò G F 48 gr. 50′. cuius sinus

rectus sit F O, seu A B, seu A B; eiusque complementum arcus F E 41 gr. 10′, maior scilicet arcu primo D E. Igitur in Triangulo A B C rectangulo ad C, quæritur duplum lateris B C, quod sanè quartum proportionale est : Nam per 2 & 4 propos. 6. Eucl.

Vt A E radius, ad A B : ita E P, ad B C,

Addatur itaque complementum arcus secundi F G, nempe F E 40 gr. 10′. cum arcu primo D E 23 gr. 30′, & prodibit aggregatũ F E D 64 gr. 40′, cuius sinus rectus est F M 90383.38: tum verò subducatur primus arcus C E 23 gr. 30′, à complemento secundi F E 41 gr. 10′. (assumpto arcu E H ipsi F E æquali) & restabit arcus D H 17 gr. 40′. cuius sinus rectus est Z H, vel M N 30347.88. Cum autem R M sit lateri B C æqualis. Erit quidem, vt F H ad dimidium F B; vt F N ad eius dimidium F R. Subducta ergo M N, seu F L ei æquali, à summa F M 9038338, remanet 6003550 L M dupla nimirum R M seu B C 3001775, quarti proportionalis. Quod erat demonstrandum.



Praxis posterioris partis exempli, in quo datur locus substractionis.

F E compl. arcus secũdi.	41.	gr. 10′	
D E arcus primus	23.	30	
Summa F E D	64.	40.	eius sinus 90383.38. F M
D H, differentia arcuum	17.	40.	eius sinus 30347.88. H Z, vel M N

differentia 60035.50. L M
semissis 30017.75. R M: seu B C quartus proportionalis, qui sanè idem nascetur si ita instituatur.


Vt A E, radius	ad A B:	ita E P,	ad B C quartum proport.
10000000,	75279.80:	3987491,	3001575,

OBSER-

OBSERVATIO.

Et ratione oppoſita. Si minor arcus D E ad æquet, maioris G F complementum, ita vt duo arcus dati ſimul 90 gr. *ſeu quadrantem compleant, ſinus dupli arcus minoris, quartum erit proportionale.*

Vt in hoc ſchemate ſit arcus minor D E 23 gr. 30′, arcus maior G F 66 gr. 30′. complementum minoris. Duplicato arcu D E vt ſit D E F 47 graduum, dimidium eius ſinus F N nempe R N erit ſinus quarti proportionalis, eſt enim B C æqualis per 34. p. 1. Eu. Quare proceſſus hoc eſt.



D E	23.	30.		
E F	23.	30.		
F E D	47.	0.	cuius ſinus eſt	73135 37. F N
			ſemiſſis huius	36567.68. R N ſeu B C 4 prop. Nam

Vt A E radius,	ad E P:	ita A B,	ad B C.		
10000000,	39874.91:	91706.01.	36567.68.	vt ſuprà. Et	

hactenus de Rectangulis, ſequitur iam Analyſis Triangulorum Sphæricorum obliquangulorum.

Analyſis Triangulorum obliquangulorum abſoluitur, vel reductione obliquanguli ad rectangula, vel proſthaphæretice ſine reductione.

Triangula obliquangula reducuntur ad rectangula, demiſſo arcu perpendiculari à vertice trianguli ad eius baſin oppoſitam, provt opus fuerit productam, atque ipſe arcus perpendicularis aut cadit intra, aut extra Triangulum, ad partem baſis continuatam, dirimens triangulum obliquangulum in duo rectangula, aut eidem obliquangulo aliud rectangulum adiacens ad-

dit, ita vt Triangulum obliq. cum rectangulo adiacente, vnum tantùm efficiant rectangulum. Et proinde nota & probè percepta rectangulorum analysi, non latebit obliquangulorum solutio, cuius varietates præcipuæ enucleabuntur Deo aspirante, parte 2. Probl. Astron.

PROPOSITIO XX.

Datis cruribus Trianguli Obliquanguli Sphærici angulos Prosthaphæreticè & Logarithmeticè inuenire.

MODVS PROSTHAPHÆRETICVS.

Regula 1. Minor arcuum complemento maioris eorum, qui angulum quæsitum includunt, addatur; ac eorundem differentia sumatur.

2. Tum verò vtriusque sinus vnà componantur; si minor arcus fuerit maior complemento maioris arcus dati; si maior, auferatur minor à maiori, & summæ seu differentiæ dimidium erit *inuentum primum.*

3. Deinde hoc inuento primo à sinu summæ seu aggregari subducto, relinquet *inuentum* 2.


4. *Inuentum tertium* ex differentia sinus complementi lateris angulo quæsito oppositi, & inuenti secundi nascitur.

5. Postremò hoc tertium inuentum in radium ducatur, productumque per inuentum primum diuidatur, & conflabit sinus complementi anguli quæsiti; si sinus complementi cruris oppositi inuento secundo maior fuerit; si minor, prodit sinus excessus supra quadrantem, quo tandem quadranti seu 90 gradibus addito, exit angulus quæsitus obtusus.

Sit itaque Triangulum Sphæricum A B C obliquangulum, cuius latera tria dentur, nempe A B, 48 gr. A C 54 gr. & B C 30, & quæratur angulus B A C cruri B C oppositus.

Concipiatur planum alicuius maximi circuli A B M I, cuius centrum sit D. Sintque A G, F K, item B I, L M diametri normales, & periphæria A E, lateri A C æqualis; vt E H sit communis tum eiusdem plani sectio, tum circuli minoris, qui cruris A C interuallo ex A polo descriptus est, quæ ideò erit diametro F K parallela, & quidem C E in minori circulo: at T F in

maiori; erit anguli ad A mensura. Intelligantur quoque perpendiculares C S, E Q, F &, A Z, & N X : Item N O parallela diametro L M. Iam verò *primũ inuentum* erit E O; *Secundũ* O Q, vel P S, vel N X: *Tertiũ* C P. *Quartum* seu quæsitum C N, vel D F, quæ omnia hîc quæruntur. Producatur perpendicularis E Q, donec H V eidem diametro L M parallelæ occurrat. Cum itaque latera trianguli A B, A C, & B C concessa sint, eorum complementa nempe A L (seu B F) C T, seu E F: & C Y etiam erunt concessa, & proinde eorum sinus, nempe recta A Z, sinus complementi A B, cui arcus F M æqualis: recta verò N D sinus arcus C T complementi cruris A C, vel A E; recta autem C S, sinus arcus C Y complementi cruris B C angulo quæsito oppositi. Iam verò F &, sinus est arcus F M seu cruris A B, & E Q sinus arcus E M (seu A H eidem æqualis) qui quidem ex arcu F M seu A B & F E complemento maioris A C componitur, differentia verò ipsorum, id est inter complementum minoris angulum A quæsitum includentium, & arcum E M, seu A H est H L cuius sinus rectus est H R, seu Q V, quo addito sinui E Q exit E V, cuius dimidium E O est *inuentum primum*.



Triangula namque N E O & D F & sunt similia ob laterum parallelismum. Quare per 4 propos. 6. Eucl. Vt radius D F ad F &, sinum arcus F M seu cruris A B, nam F B est commune complementum: Ita N E sinus cruris A E, vel A C, ad E O quartum proportionale. Deinde eadem ratione Triangula D A Z & D N X arcus quoque similia, & proinde vt radius D A, ad A Z sinum complementi cruris A B : Ita D N sinus complementi cruris A C, vel A E ad N X. *Inuentum secundum*.

Quia subducto primo inuento E O ab E Q aggregato sinuum, restat O Q, ipsi N X æqualis per 34 p. 1. Eucl.

Porrò cùm C S, sinus complementi cruris B C, componatur ex C P, & P S, seu N X sinus inuenti secundi, qui modo summa, modò differentia est ipsius C P: ideoque in hoc exemplo, si auferatur N X, id est P S, à C S, remanet C P. *Tertium inuentum.*

Postremò cum Triangula O E N, & P C N sint similia; atque E H circuli minoris diameter existat, cui æquatur in numero peripheriæ mensura, per primam prop. primi huius. Eadem quoque ratione, erit, vt O E primum inuentum ad C P tertium inuentum, id est ad summam vel differentiam lateris tertij, & inuenti primi. Ita E N semidiameter paralleli circuli minoris, ad C N sinum complementi anguli A quæsiti in eodem parallelo, seu (quod idem est in maximo circulo K D F.) Ita D F radius ad sinum complementi D T anguli quæsiti, quod erat demonstrandum.

Obseruationes circa huius propositionis varietates.

I.

Si crura angulum quæsitum includentia sint affectionis eiusdem & basis quadrante minor, si tum sinus complementi basis secundo inuento præstet (vt in primo Exemplo) angulus quæsitus qui basi opponitur acutus est; tunc verò aggregati sinus & differentiæ adduntur; sin cedat (vt in secundo Exemplo) angulus est obtusus, & sinui differentiæ, tum complementi basis ab aggregati sinu subducitur.

II.

Si crura sint affectionis diuersæ & basis quadrante minor, (vt in 3 & 6 Exemplis) angulus qui quæritur acutus est, tunc vero excessu maioris supra quadrantem sumpto pro arcus maioris complemento, perficiatur vt in primo Exemplo.

III.

Si crura sint affectionis eiusdem, & basis quadrante maior, vt in quarto Exemplo, sumatur etiam summa, & angulus quæsitus obtusus est.

IV.

Si crura sint affectionis diuersæ, & basis quadrante maior, vt in quinti & primo exemplo, si tum sinus excessus basis supra quadrantem secundo inuento præstet

ſumetur ſumma, & angulus qui quæritur, obtuſus eſt. Si cedat, acutus; atque hic differentia eſt ſumenda. Quod ſi inuentum primum & ſecundum ſint æqualia, id iudicium eſt angulum quæſitum eſſe rectum.

Exemplum primum.

Arcus minor AB 48
compl. maioris EF 36

Aggregatum EM 84. eius ſinus 99452.19. EQ
differ. arcuum LH 12. eius ſinus 20791.17. HR, vel QV

ſumma ſinuum 12024336. EV
6012168. EO *inuentum* 1.
EO, ſubtractus ab EQ. relinquit 3933051. OQ *inuentum* 2.
Baſis BC 30 gr. eius ſinus compl. eſt 8660254. CS
à quo ſubducto OQ, reſtat 4727203. CP *inuentum* 3.

Vt OE,	ad CP,	ita radius DF,	ad DT, ſinum
6012168,	4227203,	10000000,	7862726,
1	3		

complementi anguli A quæſiti, 38 gr. 9 min. + hic autem angulus eſt acutus per 1. abſeruat. vel per 3 art. prop. Quia ſinus compl. baſis eſt maior facto ſub ſinibus complementorum laterum angulum A includentium, per radium diuiſo.

Exemplum 2 in quo quadrante minora exiſtunt.

compl. maioris arcus EF. 50° 28′. 45″
arcus minor AB. 37 49 30 OE

aggregatum EM 88 18 15 eius ſin. 9995620. EQ *inuentũ* 1.
differentia LH 12 38 15 eius ſin. 2187549. HR, vel QV.

differentia ſinuum 7808071.
3904035. OQ *inuentũ* 2.
baſis BC 69. 46. 38. eius ſinus compl. eſt 3456713. CS qui ſubtr.
ab inuento primo EQ, remanet 6538907. CP *inuentũ* 3.

Vt OQ,	ad CP,	ita radius DF,	ad DT ſin. 132 gr. 27′.
3904035,	6538907;	10000000,	16749300,

Nam abſque vnitate ad læuam, quæ 10000000 ſinum 90 gr. ſupponit numero qui relinquitur nempe 6749300, cedunt in tabulis 42 gr. 27′, qui ad 90 gr. additi efficiunt 132 gr. 27′, pro angulo quæſito.

Exemplum 3 in quo crura angulum quæsitum continentia sunt quadrante maiora.

Arcus minor	60			
excessus maioris	16			
Aggregatum	76	eius sinibus	97029	
differentia	44	eius sinibus	69465	
		summa	166494	
			83247	*inuentum* 1.
			13782	*inuentum* 2.
sinus complementi basis est			64460	à quo dempto secundo
inuento, Remanet			50678	*inuentum* 3.

1 3

Vt 83247, ad 50678: ita radius 100000, ad 60876 sinum complementi anguli quæsiti 52 gr. 30′.

Exemplum 4 quæsitum complectentia simul quadrante sunt maiora, & basis quadrante maior.

arcus minor	23. gr.	30′			
compl. maioris	2	5			
Aggregatum	25	25	eius sinus	43182	
differentia	21	25	eius sinus	36515	
			summa sinuum	79697	
basis	100 gr.	42′		39848	*inuentum* 1.
	90			34334	*inuentum* 2
Excessus	10	42	cuius sinus est	18567	quo addito cum
			inuento 2 prodit	21901	*inuentum* 3

Vt inuentum 1, 39848, ad inuentum 3; 21901; ita radius, 100000, ad quartum nempe 54951,

sinum 33 gr. 20′, cui addito quadrante seu 90 gr. conflant 123 gr. 20′, pro angulo quæsito.

Exemplum 5, vbi secundum inuentum complemento basis maius est, ideoque subducitur sinus ipse complementi à secundo inuento, vt tertium inuentum exeat.

Arcus minor	46 gr.	10		
compl. maioris	30	0		
Aggregatum	76	10	eius sinus	97099.
differentia	16	10	eius sinus	27843.

	124992.	
	62471.	*inuentum* 1.
	34628.	*inuentum* 2
sinus complementum basis, est	27235.	qui subtractus
à secundo inuento relinquitur	3793.	*inuentum* 3.

Vt inuentum 1,	ad tertium:	ita radius,	ad quartum,
62471,	7393;	10000,	11834,

nempe sinum 6 gr. 47′. 48″, quibus additis 90 gr. prodit angulus quæsitus 96 gr. 47′, 48″.

Exemplum 6, in quo crura affectionis diuersæ sunt, & basis quadrante minor.

Basis	74 gr.	11′,	45″,	
arcus minor	46	10	0	
arcus maior	120	0	0	
minor arcus	46	10		
compl. maioris	30	0	excessus supra quadrantem	
Aggregatum	76	10	eius sinus	97099
differentia	16	10		27843

	124942	
	62471	*inuentum* 1.
	34628	*inuentum* 2.
sinus complementum basis est	27235	additus eum
secundo inuento conflat	61863	*inuentum* 3.

1 3
Vt 62471, ad 61863: ita 100000, ad 99027, sinum complementi anguli quæsiti 8 grad.

SCHOLIVM.

Diuiſio euitari poteſt adhibitis ſecantibus, vt docet Snellius lib.4.prop.2. At quoniam idem breuius per Logarithmos perficitur, modum hic ſubiiciemus.

MODVS LOGARITHMICVS.

Regula Neperi.

HVius problematis operatio Logarithmica huic ſubſequenti Regulæ à Nobili Nepero Baroni Merchiſtonij traditæ lib.2.cap.6,inuititur.

Summa ex Logarithmis crurum ſubducta à ſumma ex Logarithmis aggregati & differentiæ ſemibaſis, & ſemidifferentiæ crurum, relinquit duplum Logarithmi dimidij anguli verticalis.

Vt enim rectangulum ſub ſinibus rectis crurum ſe habet ad quadratum ſinus totius : ita rectangulum factum ex ſinibus rectis aggregati & differentiæ ſemibaſis , & ſemidifferentiæ crurum, ſe habet ad quadratum dimidij anguli verticalis. Adfert & ipſe duas regulas; è quibus ſingulis vnum colligit modum. At nos breuitati,ac præſertim facilitati conſulentes, modo qui è prima regula deducitur tanquam facillimo erimus contenti,cuius varietates exemplis ſupra allatis elucebunt.

Praxis primi Exempli per Logarithmos, in quo

Διδόμενα sũt { AB 48 gr. / AC 54 / BC 30 } hinc quæritur ang. ad A, baſi BC oppoſitus

AC	54 gr.	ſinus eius eſt	99079576
AB	48	eius ſinus	98710734
			197790310 ſumma, vel rectãgulum differentia-

differentia 6 gr.
semissis differ. 3
semibasis 15

summa 18 cuius sinus 94899823
differentia 12 eius sinus 93178789

188078612. summa, vel rectang.
200000000 quadratum radij

388078612 summa
197790310. primum rectang. subtrah.


190288302. residuum
95144151. dimidium, qui est sin. dim ang.

verticalis B A C 19 gr. 5′ — & proinde eius duplum 38 gr. 10′ — est ipse angulus B A C quæsitus.

PROPOSITIO XXI.

Datis Trianguli Obliquanguli omnibus angulus, latus quoduis inuenire.

Hæc propositio est quasi præcedentis conuersio, & proinde ex illa deriuatur iuxta angulorum & laterum enallagen, quæ à nobis prop. 16 huius demonstratis est: Illic enim ostensum est, si ex angulis dati Trianguli (verbi gratia A B C eiusdem diagrammatis hùc reuocati) maximi describantur circuli, triangulum aliud G H O efformabunt ex eorum concursu, cuius latera in angulos trianguli dati, & contrà permutari possunt, hac lege, vt pro angulis & lateribus illorum supplementa reciprocè sumantur.



Itaque ex datis angulis Trianguli A B C, nempe A, 74 grad. 11′ 45″: B, 46 gr. 10′, 0″: C 60 grad. innotescent latera secundi G H O: Namque angulus A mutatur in latus G H, angulus B, in G O; angulus C in latus O H. Cum enim angulorum supplementa fiant secundi Trianguli latera; & secundi angulorum supplementa, primi latera; & ho-

rum ſinus, & ſinus ſupplementorum iidem exiſtant; nihil in ipſa operatione erit mutandum. At tantummodò eſt obſeruandum, in præcedenti propoſitione angulo exiſtente obtuſo, hîc latus eſſe quadrante minus, illius nempe ſupplementum. Sed exemplis vſum atquè huius probl. varietates illuſtrare opportunum eſt.

Quæratur in dato Triangulo latus BC, angulo A, oppoſitum. Quoniam proceſſus parum differt ab eo quem prop. antecedenti exhibuimus, ideoque ſolam praxim hic ſubiiciemus.

Exemplum primum, in quo anguli omnes acuti ſunt.

Δεδομένα ſunt { A 74.11′45″ anguli quæſitum
B 46 10 0 minor angulus B 46° 10′
C 60 0 0 compl. maioris C 30 0

ſumma	76 10	ſinus 97099
differ.	16 10	ſinus 27843
		124942 |
		62471 | 1
		34628 | 2
ſinus compl. anguli A eſt		27235 |
qui additus 2 *inuentũ* prodit		61063 | 3

1 3
Vt 62471, ad 61863: ita 100000, ad 99027 ſinum compl. cruris quæſiti B C 8 gr.

Exemplum 2, in quo angulus cruri quæſito oppoſitus eſt acutus, reliqui verò affectionis diuerſæ.

Δεδομένα ſunt { A 42° 55′ 9″
B 125 10 0. cuius exceſſ. ſup. 90 eſt 35.10
C 25 00. 25. 0

	60.10	ſin. 86747 |
	10.10	17651 |
		69096 |
		34548 | 1
ſinus complem. anguli A,		52199 | 2
à quo ſubducto 2 *inuento*		73231 |
reſtat 3 *inuentum*		21032 | 3

1 3
Vt 34548, ad 21032: ita 100000 ad 60876, sinum compl. lateris B C 52 gr. 30′.

Exemplum 3, in quo inuentum secundum est sinu compl. anguli A, maius.

Διὸ δυσὶν
A 77° 30′ 8″
B 133 50 0 minor angulus C 60° 0′
C 60 0 0 excessus maj. 43 50 suprà 90

103 50	sin. suppl.	97099 |
16 10	sinus	27843 |
		124992 |
		62471 | 1
		34628 | 2
	compl. anguli A	21640 |
	subtr. à 2 *inu.* restat	12688 | 3

1 3
Vt 64628, ad 12988; ita 100000, ad 20791 sinum excessus supra quadrantem 12 gr. Ergo latus B C est 102 grad.

Exemplum 4, vbi angulus A est obtusus, reliqui autem eiusdem affectionis.

Διὸ δυσὶν
A 113° 0′
B 46 10 minor angul. 46° 10
C 60 0 compl. maj. 30 0

76 10	sinus	97099 |
16 10		27843 |
		124942 |
		62471 | 1
		34628 | 2
	sinus excess. anguli A	39073 |
	à quo subtr. 2 inuento	4445 | 3
	restat *inuentum*	3

1 3
Vt 62471, ad 4445; ita 100000, ad 7115 sinum excessus, supra quadrantem 4 gr. 4′, 38″, & proinde latus B C est 94 grad. 4′. 38.

Exemplum 5, in quo quidem anguli sunt eiusdem affectionis, cuius anguli 4 Exempli, sed sinus excessus ang. A, supra quadrantem est minor secundo inuento.

Δεδομένα { A 91° 56′ 40″ ; B 46 10 o minor ang. 46 10 ; C 60 0 0 compl.maj. 30 0

	76 10	97099 |
	16 10	27843 |
		124942 |
		62471 | 1
		34628 | 2
sinus excessus anguli supra 90,		3392 |
subtr. à 2 *inuento*		31236 | 3

1 3

Vt 62471, ad 31236: ita 100000, ad 50000, sinum complem. cruris BC 60 gr.

Exemplum 6, vbi angulus A est obtusus, reliqui verò affectionis diuersæ.

Δεδομένα { A 105° 48′ 11″ ; B 133 50 o minor angulus 60 0 ; C 60 0 0 excess.maj.sup.qu. 43.50

	103.50 ci° supl.si.	97099 |
	16.10	27843 |
		124942 |
		62471 | 1
		34628 | 2
sinus excessus anguli A suprà quadr.		27236 |
additus cum 2 *inuentum* exit		61864 | 3

1 3

Vt 62471, ad 61864: ita 100000, ad 99028 sinum excessus supra quadrantem 82 gr. & proinde latus BC est 172 gr.

Modus

Modus idem præstandi per Logarithmos.

Reperiuntur apud Authores 3 modi, sed omnium facillimus est hic.

1. Aggregentur sinus crurum quæ angulum quæsitum includunt, vt fiat *inuentum primum*.

2. Sumpta differentia inter ipsa crura, basi adiiciatur, & sinus semissis seorsim scribatur.

3. Differentia crurum à basi subducatur, & sinus semissis cum sinu iam seruato addatur, vt habeatur *inuentum secundum*.

4. *Tertium* autem inuentum erit radij duplum, quo tandem ad secundum addito, atque à summa subducto primo inuento relinquetur duplum sinus dimidij anguli quæsiti. Vt ex operatione sequenti adhibito Exemplo prop. 20 primo liquet.

latera { AC 54 sinus 99079576
AB 48 98710734

Aggreg. 197790310 *inuentum* 1

differ. crur. 6
basis BC 30

summa 36
semissis 18 sinus 94899823
30

differ. 24
12 ei⁹ sin⁹ est 93178789

188078612 *inuentum* 2
200000000 *inuentum* 3

388078612
197790310

190288302
95144151 sin⁹ 29° 4′ 50″ + Ergo ang. A
est gr. 38 9 40 ferè, vt suprà.

PROPOSITIO XXII.

Datis duobus lateribus, & angulo ab iis comprehenso latus reliquum inquirere.

Regula 1. Minor arcus & complementum maioris eorum, qui angulum datum includunt inuicem aggregentur, & subducantur. Vtriusque sinus addatur, si minor arcus complemento maioris præstet; secus subtrahatur & aggregati, seu differentiæ dimidium erit *inuentum primum.*


2. Hoc secundo inuento à sinu aggregati subducto, relinquetur *inuentum secundum.*

3. Sinus complementi anguli dati *tertium inuentum* exhibet.

4. Quo ducto in primum inuentum, & producto in radium diuiso, nascetur *inuentum quartum*, cui si addatur inuentum secundum, prodibit sinus complementi lateris quæsiti.

Exemplum cum breui demonstratione.

Sit in diagrammate anteced. 21 prop. hîc reuocato Triangulum obliq. A B C cuius latus A B sit 48 gr. A C 54 gr. eum angulo B A C ab iisdẽ concluso 38 gr. 9′, 19″, ferè quæratur autem latus B C huic oppositum. Ad hanc propos. potest ferè applicari tota demõstratio præfatæ 20 prop. huius. Quandoquidem datum Triangulũ A B C super iisdem δεδόμενοις sit extructũ, prętерquàm hîc latus B C dato angulo A oppositum; illic verò contrà angulus



quæritur : ideoque vltima tantùm analogia permutatur, vt mox patebit. Cum igitur E N radius sit paralleli, latere A C vel A E descripti, & C N sinus complementi anguli B A C, iam verò Triangula D F &, N E O sunt similia ob laterum paralleliſmum: Quare per 4 prop. 6. Vt radius D F, ad F &, sinum arcus F M, seu A B ei æqualis: Ita E N sinus lateris A C, ad D O *primum inuentum*.

Deinde eadem ratione triangula D A Z & D N X sunt quoque similia, ideoque vt radius D A ad A Z sinum complementi cruris A B: Ita D N sinus complementi cruris A C vel A E, ad N X (vel P S, O Q æqualem) *secundum inuentum*.

Postremò vt E N radius ad E O inuentum primum: Ita N C sinus complementi anguli dati A, ad C P, seu O Q, quo tandem addito ad P S, seu O Q secundum inuentum, exit C F sinus complementi lateris quæsiti B C. Quod erat probandum.

PRAXIS.

Arcus minor A B 48 gr.
compl. maj. E F 36

Aggregatum E M 84. sinus 9945219. E Q
differentia L H 12 sinus 2079117. H R vel Q V

12024336. E V
6012168. E O, vel O V, *inuentum* 1
3933051. O Q, vel P S, *inuentum* 2
7862726. D T, cõpl. T F, *inuentum* 3

E N, E O, E P,
Vt 1000000, ad 6012168; ita 7862726, ad 4727203. *inuentum* 4
3933050. *inuentum* 2 add.
8660253 si cõpl. lat. quęs.

SCHOLIVM.

Si punctum C, cadat in N, tum inuentum 2 & 3 æquantur, & angulus quæsitus rectus est: Si verò vltra N, nimirum inter N & 4, differentia secundi & tertij inuenti est assumenda: Si denique vltra 4, summa vtriusque est assumenda. At verò cùm non semper æquè feliciter demonstratio, & obseruationum varietas in quarti & secundi inuenti additione vel subductio-

ne, & angulorum ſpecies oculis obuerſetur, eas diſtinctè complectemur.

Obſeruatio I.

Si latera angulum datum includentia eiuſdem affectionis fuerint, & angulus ipſe acutus, inuentum 2 cum quarto adiicitur, & hoc caſu latus quæſitum eſt quadrante minus, vt in exemplo huius propoſitionis.

Obſeruatio II.

Si latera fuerint affectionis eiuſdem, & angulus ab iis comprehenſus obtuſus, (vt in 1 Exemplo 2 probl. Aſtr.) inuentum ſecundum ab inuento quarto ſubtrahitur, Si inuentum ſecundum tertio cedat, & hoc caſu latus quæſitum erit quadrante maius; ſi præſtet, minus.

Obſeruatio III.

Si latera ſint affectionis eiuſdem & complementum maioris minori præſtet, ſubducatur inuentum quartum ab inuento primo, nempe à ſinu aggregati, & reſiduum erit latus quæſitum quadrante minus. Vt in 4 Exemplo 2 probl.

Obſeruatio IV.

Si latera fuerint affectionis diuerſæ, & angulus ab iis comprehenſus obtuſus, addatur 2 inuentum cum quarto, & hoc caſu latus quæſitum erit quadrante maius. Vt in 2 exemplo ſubſequenti.

Obſeruatio V.

Si denique latera ſint affectionis diuerſæ, & angulus ab iis concluſus, acutus, ſumatur differentia ſecundi & quarti inuenti, at ſi inuentum ſecundum tertio cedat, latus quæſitum quadrante minus eſt; & tunc 2 inuentum quarto inuento addatur, Vt patet 6 Exemplo: Si præſtet, maius, vt in 3 Exemplo 2 probl. Aſtron. vel 4 Exemplo ſeq. Quod ſi nulla ſit differentia inter primum, quartum & ſecundum, id argumento erit angulum quæſitum eſſe rectum.

Exemplum ſecundum.

Sit itaque in Triangulo A B C, latus A B 65 gr. A C 95 gr. Et angulus ab iis comprehenſus B A C 104 gr. 14′.

minus

minus latus A B 65
excef. maj ſup. 90—5

70—ſin° 9396926
60—ſin° 86602 54

18059180
9028590 *inuentum* 1
368336 *inuentum* 1
ſinus exceſſus anguli A ſuprà 2458713 *inuentum* 2
90 gr.

1 3 4
Si 10000000, —— 9028590; —— 2458713, —— 2219871
2 *inuentum* 368336

ſinus 15 graduum 2588207
& additis 90
prodit 105 pro latere quæſito

Exemplum aliud ad obſeruationem primi pertinens.

Sint latera A B 95, & A C 105, & angulus A 65 grad. ſuppl. A B 95 eſt 85: A C ſuppl. 75 pro maiori latere.
compl. maj. 15

aggregatum 100, eius ſuppl. 80 gr. cuius ſinus 9848077
different. 70, eius ſinus eſt 9396926

19245003
9622501 3
225576 2
ſinus compl. ang. A 4157517 1

1 3 4
Vt 10000000, ad 9622501; ita 4257517, ad 4000571 quartum inuentum, cui addendum eſt inuentum ſecundum, quia hoc exemplum eſt primi caſus, erit 4226146 ſinus compl. cruris quæſiti.

Exemplum 4 ad 5 obſeruationem pertinens.

Sit latus A B 75 gr. 46′, A C 114 gr. 34′, & angulus A 85 gr. & quæratur latus B C.

suppl. maj. lateris A C est 65 gr. 26′
compl. minoris A B 14 14

aggregatum	79	40.	eius sinus	9837808 |
differentia	51	12.		7793380 |
				17631188 |
				8815594 | 1
				1022214 | 2
sinus compl. anguli A	5	gr.		871557 | 3

1 3 4
Vt 10000000, ad 8815594; ita 871557, ad 768323.

Inuentum quartum, quo subducto ab inuento secundo, restat 253891 sinus complementi cruris quæsiti B C, cui debentur 1 gr. 27′, 17″½. Et quia secundum inuentum huic præstat latus quæsitum quadrante maius est: nempe 91 gr. 27′, 17″½. Addito quadrante.

Exemplum 5 ad 5 obseruationem pertinens.

Sit latus A B 35 gr. 15′, A C 132 gr. 25′, & angulus A 45 gr. 15′ ex quibus inquiratur latus B C.

excessus maioris supra 90 est 42 gr. 25 qui est compl. supplementi,
quia minori crure maior est 35 15

Aggregatum	77	40.	eius sinus	97692 |
differ.	7	10		12475 |
				110167 |
1	3	4		54083 | 1
Vt 100000, ad 55083; ita 70401, ad 38779,				42609 | 2
inuentum 4, cui addito 2				42609, ad. 70401 | 3

exit sinum compl. cruris quæsiti B C 35 gr. 31′ +
81488


PROPOSITIO XXIII.

Datis Trianguli Sphærici obliquanguli duobus angulis cum latere vtrique eorum adiacente, angulum reliquum explorare.

Hæc propositio est proximæ antecedentis conuersio: ideo-

que eius solutio ab eadem quoque deriuatur, quemadmodum 21 propositionis à vigesima, per Enallagen pleurogonicam iuxta 16 prop. huius: permutatis enim iisdem angulis datis angulum datum includentibus in latera iisdem angulis opposita, ac latere interiacente in angulum quæsitum, calculus eodem modo, qui in præfata prop. absoluetur.

Sit enim in diagrammate eiusdem 16 prop. hùc repetito, angulus B 46 gr. 10 min. angulus C 60 gr. & latus B C illis adiacens 8 gr. quæratur autem angulus A dato cruri BC oppositus. Hîc vt in præcedēti propositione calculus perficietur; idcircò rem exemplis tātùm illustrabimus. At verò cum varietates seu casuum determinationes sint hoc loco inuersæ, ideo illas sigillatim enocandas esse censuimus.



Obseruatio I.

Si anguli dati fuerint affectionis eiusdem, & latus iis adiacens quadrante minus (vt in primo Exemplo) subducatur 2 inuento à quarto: Et si inuentum primum secundo cedat, angulus quæsitus erit obtusus; si præstet acutus.

Obseruatio II.

Si anguli sint affectionis diuersæ, & latus adiacens quadrante minus (vt in 2 Exemplo) addatur 2 inuentum cum quarto; & angulus quæsitus erit acutus.

Obseruatio III.

Si anguli affectionis eiusdem fuerint, & latus adiacens quadrante maius (vt in 3 Exemplo) auferatur 2 inuentum à quarto; & angulus quæsitus erit obtusus.

Obseruatio IV.

Si denique anguli diuersæ affectionis sint, & latus eis adiacens quadrante maius (vt in 4 Exemplo) dematur inuentum quartum à secundo inuento: & si inuentum primum secundo cedat, angulus quæsitus erit acutus; si præstet, obtusus.

Praxis Exempli primi.


per 16 p. angulus { B / C } mutatur in latus { GO 46 gr. 10′ / HO 60 0 }
Et latus BC in angul. { GOH 8 0 }

minus latus	GO	46 gr.	10′	
compl. maioris		30	0	
Aggregatum		76	10	sinus 97099
differentia		16	10	27843
				124942 |
				62471 | 1
				34628 | 2
sinus complementi anguli GOH est				99026 | 3

1 3

Vt 100000, ad 62471; ita 99026, ad inuent. quartum 61862, à quo ablato 2 inuento 34628
restat sinus compl. ang. 27234 quæs. A, 74 gr. 11′, 45″.

Exemplum secundum.




Detur angulus R, 102 grad. 53′, 31″, angulus ad S 30 gr. cum latere. R S 50 gr. & quæratur angulus T.

minor angulus	S	30°	0′	0″	
exceſſ. maj. ſupra	90	12	53	31	
Aggregatum		42	53	31	sinus 6806179
differentia		17	6	29	2941747
					9747926 |
					4873963 |
					1932216 |
finus compl. lat. RS					6427876 |

1 4

Vt 10000000, ad 4873963; ita 6427876, ad 3132923, cui addito 1732216, inuento 2.
conflat 5065139 ſin. compl. anguli B 30 gr. 25′, 55″.

Exemplum



Exemplum tertium.

Sit in Triangulo L H I, angulus L 65 gr. 26′, angulus I, 88 gr. 32′, 43″, & quæritur hinc angulus H dato lateri oppositus. Sic procedatur.

A 65° 26′ 0″. angulus minor I L 105 gr.
1 27 17. compl. maius

aggreg. 66 53 17.	sinus	91971	
differ. 63 58 43.		89861	
		181832	
		90916	1
		1055	2
sinus excessus A B supra 90 gr.		25881	3

I 3

Vt 100000, ad 90916; ita 25881, ad 23531 quartum inuentum,
1055
cui si addatur 2 inuentum consurget sinus 124586. grad. 14′, cui addito quadrante 90 grad. prodibit 104 gr. 14′, pro angulo quæsito L H I. Iuxta 3 obseruationem.

Exemplum quartum.

Detur iterum in eodem Triangulo angulus L 65 gr. 26′, angulus H 104 gr. 14′. Et latus adiacens L H 95, & quæratur angulus I, ei oppositus.

minor angulus L,	65°, 26′			
excess. majoris sup. quadr.	14 14			
Aggregatum	79 40	sinus	9837808	
differentia	51 12		7793380	
			17631188	
			8815594	1
			1022214	2
sinus excessus A C supra quadr.			871557	3

I 3 4

Vt 1000000, ad 8815594; ita 871557, ad 768329 inuentum.

quartum, quod ſubducendum eſt à ſecundo inuento; quandoquidem hoc exemplum ad caſum quartum pertinet, vt habeatur ſinus complementi anguli quæſiti I, nimirum 253885, cui cedunt 1 gr. 27′, 17″. Quare angulus I erit 88 gr. 32′, 43″.

PROPOSITIO XXIV.


Datis Trianguli Sphærici duobus lateribus, cum angulo vni eorum oppoſito, angulum reliquo oppoſito, cuius nota ſit ſpecies, Indagare.

Hæc propoſitio ex 17 prop. huius perſpicua eſt: illic enim demonſtratum eſt, ſinus laterum oppoſitorum angulorum ſinibus eſſe proportionales: Quamobrem fiat',

Vt ſinus cruris, ad ſinum anguli ſibi oppoſiti: Ita ſinus cruris alterius, ad ſinum anguli quæſiti.

Exemplum primum.

Sit in Triangulo obliquangulo K G M latus K G 48 grad. G K 30 gr. cum angulo K cruri G M oppoſito 38 gr. 9 $\frac{1}{3}$, & hinc quæritur angulus M ex theſi acutus. Dico igitur.



ſin GM 30. g.	ſin. ang. K	ſin. K G	
Vt 50000,	ad 61776:	ita 74314,	ad 91816,
ſinum anguli M, 66 gr. 40′			

Aliter per Triangula Rectangula.

Demittatur arcus perpendicularis G O, in latus incognitum K M decidens, vt fiant duo Triangula Rectangula K G O, M G O, quibus latus G O eſt commune, quod quidem per 1 conſect. 17 prop. inuenietur 27 gr. 0′, 25″, circiter, quo adquiſito angulus ad M per 2 conſect. eiuſdem prop. ſtatim innoteſcet, Vt videre eſt operatione ſubſequenti.

Pro inquisitione perpend. GO.

sinum KG sinum ang. K

Vt 100000, ad 74314; ita 61746: ad 45908 sinum perpend. GO gr. 27+

Pro inuestigatione anguli M.

sinum GO: secans compl. basis

Vt 100000, ad 45908: ita 200000, ad 191816 sinum anguli quæsiti, vt prius.

II. GMO idem aliter Prosthaphæretice, per 20 prop.

Compl. maioris	42°	0′,	0″
minor arcus seu ang. A,	38	9,20	
Aggregatum	80	9,20	sinus 98526
differentia		3,50,40	6705
			91821
			45910 arc. per. Quãobrẽ ang.

ad M inquiretur anal. prox. antec.

III. Idem rursus per Logarithmos, iuxta analogiam primam è 17 prop. deductam.

Vt sinus GM 30 gr.	ad sinum anguli K:	ita sinus KG 48 gr.
96989700,	97908469,	98720734,
	98710734	
	196619203 summa	
	96989700 subtr.	

Restat 99629503, sinus 66 gr. 39′+ pro ang. M

Exemplum secundum.

Quoniam casus sæpè ἀμφίσολοι existunt, ideoque necesse est anguli affectionem præsciri, iuxta ea quæ dicta sunt ad 15 propositionum huius. Sit itaque in schemate adiuncto Triangulum KGM obliquangulum, cuius latus KM sit 80 gr. 3′, GM, 68 gr. 16′, 30″, & angulus K 57 gr. 23′, ex quibus anguli GM, speciem, & inde eius amplitudinem definire cupio: processus hic est.

Pro anguli specie per Logar.

1 terminus	2	3
956838.	992546.	999341
	999341.	

1991987. summa à qua subducto 1 termino, nempe sinu
956838. compl. cruris G M dato angulo K oppositi
Restat 1035149. At cùm hic numerus sit radio maior, indicium est angulum G esse obtusum.

Pro anguli K G M amplitudinis inquisitione.

sinus cruris G M, 68 gr. 16′, 30″. sin. anguli K. sin. cr. K M 88 gr. 3′.
996802 992546 999341
999341

1991887 summa
996802 subtr.
995085 sinus 63 gr.
gradum & 15′ — cuius compl. est 26 gr. 45′ — cui
90
addito quadrante exit 116 45′ — pro ang. G quæs.

DOCTRINÆ PRIMI MOBILIS,

PARS SECVNDA.

Hactenus prima pars doctrinæ Primi Mobilis in qua de rectis circulo adscriptis, ac circulorum affectionibus abundè tractauimus, exposita est; reliquum est, vt eiusdem ἀναλυσιν ac vsum aggrediamur; quem quidem in septem Capita dirimemus,

In quorum primo de rebus ad Sphæram rectam pertinentibus, nimirum de Stellarum Declinationibus, Ascensionibus rectis, aliisque id genus, agetur.

In 2. De variis modis lineam inquirendi Meridianam, ac Poli elevationem.

In 3. de iis quæ Sphæram obliquam concernunt, vtpote de Amplitudine ortiua, & occidua cuiusuis puncti Eccipticæ, ad certam Poli elevationem dati, de differentia Ascensionali & Descensionali, &c.

In 4. De Duplici ortu nempe Astronomico & Poëtico.

In 5. De Astrorum obseruationibus, ac Parallaxibus.

In 6. Quæ exercitationis Astrologicæ sunt, nimirum de domicilorum Cœlestium Constructione, & Planetarum Directionibus, perpenduntur.


In 7. De rebus Geographici, in quibus præsertim locorum distantia explorat ur.

PROBLEMA I.

Dato Solis loco, & obliquitate Eclipticæ ab Æquatore maxima, eius Declinationem, & Ascensionem rectam, necnon Eclipticæ eiusdem Meridiani angulum inquirere.

SIT circulus Meridianus cum Solstitiorum coluro coincidens F D H I, Medietas Æquatoris H A F, à Polo D, mundi arctico descripta: semicirculus Eclipticæ I A E: sectio communis Eclipticæ, & Æquatoris A prim-

cipium ♈, nempe punctum Æquinoctij verni: at verò E & I puncta Solstitialia, & proinde arcus E F aut H I, maxima Ecliptícæ ab Æquatore declinatione; hæc sanè varia est ob Zodiaci polorum ab Æquinoctialis polis mutationem, quæ quidem Copernico, *motus Librationis*: Sed aliis recentioribus *motus Obliquitatis* Zodiaci dicitur, quem 10 Sphæræ tribuunt, de quo motu luculenter in nostris planetarum Theoricis idiomate Gallico conscriptis, egimus: ipsa autem hoc anno iuxta Hypotheses Lansbergianas inuenitur 23 gr. 30′, 27 ″ circiter. At verò cùm adhuc parùm excedat eam, nimirum 23 gr. 30′, super qua conditæ sunt Tabulæ Directionum Regiomontani, idcircò ipsam tùm in Problem. seq. διορισμὸς, tùm in Directionum Tabulis vbique retinebimus. Detur itaque Solis locus in puncto B, principio ♎ per quod à polo mũdi D, transeat quispiam Meridianus seu semicirculus declinationis D B C, cuius portio B C, erit ipsius dati puncti B, *Declinatio*, arcus A C *Ascensio* recta, & A B C angulus Ecliptícæ & Meridiani, quæ quidem inquirenda sunt ex dato arcu A B, qui proinde erit 60 grad. cum maxima declinatione E F seu angulo B A C 23 gr. 30′.



Cum igitur circuli maximi D B C, & D E F, per polum Æquatoris D, incedant, & Eccliptica I A E per polum coluri Solstitiorum D E F I transeat: Idcirco anguli ad intersectionum puncta, E, F, C recti sunt, per 5 p. cap. 2 part. 2. Quare in Triangulo Rectangulo A C B, ex data basi A B 60 gr. cum angulo ad A 23 gr. 30′, innotescet latus B C, declinatio Solis per 1 Dedom. 17 prop. eiusdem: latus A C Ascensio recta Solis per 5 conf. 18 p. & denique angulus A B C per 7 conf.. eiusd. prop.

Inquisitio Declinationis Solis B C.

Vt radius A E, ad E F sinum dati anguli A; ita A B sinus basis,
100000, 39894.915 86662.54,
Ad B C 34532.68. sinum declinationis quæsitæ 20 gr. 12′+

Prosthaphæreticè.

Compl. arcus maioris	30°	0′		
arcus minor	23	30		
summa	53	30	eius sinus	80385.69.
differentia	6	30	eius sinus	11320.32.
				6906537.
			sinus declinationis B C,	3453268. idem quod prius.

Nota: Si arcus minor complemento maioris fuerit, loco subtractionis adde vtrumque sinum & dimidium aggregati erit sinus arcus quæsiti.

Per Logarithmos.

Vt radius B E, ad E F; ita A B, ad B C,
100000000, 96006997; E F sinus 23 gr. 30.
99375306.
1|95382303. B C, sinus declinationis ⊙ quæsitæ 20 gr. 12′+

Inuestigatio Ascensionis rectæ Solis A C.

Vt radius, ad sinum complementi anguli A, seu arcus G E:

Ita tangens basis A B, ad tangentem arcus A C.

A E		tang. A B

Vt 100000, ad G E 91706; ita 173205, ad tang. A C 158830. cui cedunt 57 gr. 48′.

Prosthaphæreticè.

Vt inueniatur Ascensio recta Solis per Prosthaphæresin: Videndum est, quinam arcus in sinibus respondet tangenti 60 graduum: illa enim pro sinu erit habenda: Quia verò tangens ipsa 60 gr. 173205, radium seu sinuum totum excedit, vltima figura nempe (5) erit dissimulanda seu supprimenda tanquam si darentur tantum 17320, qui quidem numerus est sinus 9 gr. 58′+, quo adquisito proficitur calculus, vt in declinatione Solis inuenienda, vt operatione sequenti liquidò constat.

23°30′
9 58

33 28 eius sinus 55145
13 32 eius sinus 23401

31744
15872 | 5. addenda, Vt sit 158725 tangens 57 gr. 48′. pro *Ascensione* recta.

Inuentio anguli Ecliptica & Meridiani A B C, vel cuiusuis circuli declinationis cum Ecliptica.

Vt radius, ad sinum complementi basis; ita tang. anguli dati,
100000, 50000, 43481,

Ad 21740 tangentem complementi anguli B, quæsiti, nempe 77 gr. 44′.

SCHOLIVM.

Cùm verò huic analogiæ datur in tertio termino tangens: ideoque Prosthaphæresis eidem inseruiens existit spuria seu artificialis; & proinde illius loco Logarithmos substituere censeo: Siquidem ex hisce sola additione, aut subductione cum primæ figuræ reiectione idem συνημμένον oritur.

969897 sinus compl. basis 30 gr.
963830 tangens ang. dati 23 30′
1|933727 tangens complementi anguli quæsiti 77 gr. 44′.

Idem quoque obtineri potest ex data base A B & cruro B C declinatione solis per 2 Dedom. Item ex angulo A & crure B C. Vel ex vtroque crure recti.


Contrà, locus Solis explorari potest ex data ipsius declinatione B C & angulo A per 3 Dedom. 17 prop. 2 cap. 1 partis, aut etiam A C & angulo adiacente, vel denique dato crure vtroque B C & A C.

PROBLEMA II.

PROBLEMA II.

Datâ ſtellæ longitudine & latitudine, eius declinationem aſcenſionem rectam, necnon cœli mediationem explorare.

Sit Colurus ſolſtitiorum GFIH, dimidium Æquatoris HAF, à polo mũdi G deſcripti: Medietas Eclipticæ IAE à polo K, delineatæ. punctum A ſit principium ♈, aut ♎. Initium ♋. E, & I, ♑. Stellæ locus M, per quem tranſeant duo circuli maximi nempe K M N, circulus latitudinis ſtellæ, & G M C circulus declinationis, quorum quidem ille per K polum Zodiaci tranſit, longitudinemque ſtellæ A N, in pũcto N, determinat: Hic verò per G polum Æquatoris incedit, ac ſtellæ declinationem MC, exhibet punctum Eclipticæ, cum quo ipſa cœlum mediat, determinans; & proinde A C eſt eius Aſcenſio Recta, arcus verò Eclipticæ A B, Mediatio cœli, quæ tria proponuntur inquirenda.



Exemplum I.

Sit itaque M ſtella lucida ſupra caput ♈, tertiæ magnitudinis, cuius longitudo iuxta nobilis Tychonis obſeruationes ad annum completum 1636 eſt 2 gr. 37′ ♉, latitudo 9. gr. 57′. Borea. poſito igitur puncto A æquinoctio vernali, erit arcus A N, longitudo ſtellæ 32 gr. 37′. & eius latitudo M N 9 gr. 57′. Hinc in Triangulo obliquãgulo K G M, dãtur crura KG, KM, cum angulo M K G abillis incluſo: Namque K G eſt polorum Æquinoctialis & Eclipticæ diſtantia 23 gr. 30′, obliquitati Eclipticæ ſemper æqualis: KM eſt complementum latitudinis ſtellæ 80. gr. 3′. & angulus M K G. ab arcu N E, 57 gr. 23′ complemento longitudinis A N, definitur, & proinde declinatio ſtellæ M N prodibit 21 gr. 43′ $\frac{1}{2}$ per 22 p. cap. 2 part. 1. & eius

Ascensio Recta A C 26° 44′, + per 20 prop. eiusdem, vt exemplis constat.

Pro declinatione M C.


K G arcus minor	23°	30′			
M N compl. majoris	9	57			
summa	33	27	eius sinus	55121	
differentia	13	33	eius sinus	23429	
			summa sinuum	78550	
			dimidium	39275	inuentum 1.
				15846	inuentum 2.
			sinus compl. anguli M K G	53901	inuentum 3.

Vt 100000, ad 1 inuentum 39275; ita 3 inuentum 53901,

Ad inuentum quartum 21169, cui addito 15846 inuento secundo consurgit 37015 sinus 21 gr. 43′ $\frac{1}{2}$ declinationis Stellæ quæsitæ.

Exemplum secundum, vbi Stella etiam in primo quadrante Zodiaci reperitur, at cum latitudine Australi.

Sit Stella quædam M, in principio ♊ cum 9 gr. lat. Australi in secunda figura, & proinde arcus longitudinis ipsius erit A N, 60 gr. & latitudo M N 9 gr. ex quibus quæratur declinatio M C. Assumatur Triangulum obliquãgulum G M K, in quo dantur, latus G K, polorũ distantia 23 gr. 30′, crus M K 81 gr. compl. latitudinis stellæ M N, cum angulo ab illis comprehenso G K M, qui ex quadrante I A & arcus longitudinis stellæ componitur, nempe I A N 150 grad. Hinc arcus M C excessus supr. quadrante innotescet, hoc modo.



KG arcus minor	23°	30′			
MN compl. maioris	9	0			
summa	32	30	eius sinus	53730.	
differentia	14	30	eius sinus	25038.	
			summa	78768	
			semissis	39384	1
				14346	2
excessus anguli GKM, supra 90 gr.				86003	3


1. 3. 4.

Si —— 100000 —— 39384 —— 86603 ? & 34107, à quo
14346

subducto secundo inuento 14346. restat sinus declinat. 19761. quæsitæ MC, nempe 11 gr. 24. ferè. Quia verò à crure GM quadrantem detraximus: Idcirco, additis 90 gr. ad MC prodit totum latus GM 101 gr. 24′ ferè.

Exemplum tertium, in quo Stella est in 4 quadrante.

Sit in 3 schemate quædam stellæ M, in principio ♈, cuius latitudo MN detur 10 graduum; ex his quæritur primùm declinatio MC. Deinde Ascensio recta AC.



In Triangulo obliquangulo MGK, dantur crura GK 23. gr. 30′. & KM 100 gr. (est enim KM, ex quadrante KN, & declinatione MN, conflatum) cum angulo MKG, 60 gr. ab ipsis cruribus concluso, cuius mensura est EN distantia Tropici ♋ E, à puncto N, locus stellæ in Ecliptica, & proinde latus GM, complementum declin. stellæ MC erit vt ex operatione subseq. patet.

KG arcus minor	23.	30′			
MN excess. sup.	90	0			
summa	33	30	sinus eius	55193	
	13	30	eius sinus	23344	
			summa	78537	
			dimidium	39268	inuentum 1.
				15925	inuentum 2.
sinus compl. EN est NA. 30 gr.				50000	inuentum 3.

1. 3.
Vt 10000, ad 39268; ita 50000, ad 19634 quartum inuentum,
à quo si auferatur inuentum secundum 15125 remanebit.

sinus declinationis stellæ MC nempe, 3709 gr. 2. min. 7 ferè.

Exemplum 4. vbi stella est in 3. quadrante, cum latitudine borea.

Proponatur inuenienda declinatio Arcturi ad annum completum 1636, cuius longitudo stellarum inerrantium catalogo reperitur 19 gr. 8′ 36″ ♎ cum latitudine 31 gr. 3′. borea. Processus calculi, hic est.

MN compl. majoris	31°	3′.			
KG, arcus minor	23	30.			
summa	54	33	eius sinus	81462.	inuentum 1.
differentia	7	33	eius sinus	13139.	
				68323	
				34161.	inuentum 2.
				132790.	inuentum 3.


In hoc schemate angulus GKM arcu IAN. 109. gr. 8′ 36″ qui quidem cum ex quadrante IA seu 90 gr. & AN 19 gr. 8′. 36. componatur; idcirco eius sinus ex radio 100000 & 32790 sinus 19 gr. 8′ 36 conflabitur, & proinde inuentum tertium erit 132790. addita ad læuam vnitate, fiat postremò.

2. 3.
Vt 100000, ad 34161; ita 132790, ad 45362, quartum inuentum, quo tandem subducto à primo inuento, restat 36100, sinus declinationis quæsitæ 21 gr. 10′ ferè.

Exemplum 5. in quo stella in 3 quadrante existit, cum latitudine Austr.

Sit locus stellæ cuiusdem in 20 gr. ♎ cum latitudine Australi 2 graduum, eius declinatio MC, hoc pacto inquiritur.

Subducta



Subducta 1° longitudine ſtellæ AN 20 gr. à quadrante AE reſtant NE 70 grad. pro angulo MKG. eſt enim NE eius menſura, per 4 prop. cap. 2. part. 1.

Deinde in Triãgulo obliq. KGM, latera KG, 23°. 30′, & KM complementum latitudinis ſtellæ nempe 88 gr. dantur, cum angulo ab illis incluſo: Quare latus GM complementum declinationis MC, exibit.

KG	arcus minor	23°	30′		
MN	compl. majoris	2	0		
	ſumma	25	30	eius ſinus	43051
	differentia	21	30	eius ſinus	36650
					79701
					39850. inuentum 1.
					3201. inuentum 2.
	ſinus longitudinis ſtellæ 20 gr.				34202. inuentum 3.

Exemplum 6. in quo ſtella eſt in 2. quadrante cum latitudine Auſtrali.

Sit ſtella quædam in 10 gr. ♋, cum latitudine 40 gr. Auſtrali, cuius declinatio quæratur.

Cum itaque principium longitudinis ſtellarum omnium ab ♈ ſumatur; ab ipſo primo gradu ad 10 gr. ♋ inumerabuntur 100 gradus pro huius ſtellæ longitudine continua, à quibus ſubductis 90 grad. ſeu primo quadrante, remanent 10 grad. ſecundi quadrantis, qui ſanè arcu EN in hoc diagrammate denotantur, & proinde eius ſupplementum NAI, 170 grad. erit menſura anguli obtuſi MKG praxis calculi hæc eſt.

MN compl. majoris	40	0′			
KG arcus minor	23	30			
summa	63	30	eius sinus	89493.	inuentum 1.
differentia	16	30	eius sinus	28401.	
			residuum	61092	
sinus arcus NA 80 gr. est 89480. cui				30546.	inuentum 2.
addita 1. ad læuam pro radio fit				198480.	inuentum. 3.

2. 3.

Vt 100000, ad 30546: Ita 198480, ad inuentum quartum 60607. subſtrahendum ab inuento primo, vt habeatur 28886. ſinus declinationis quæſitæ 16 gr. 47′ +−. Atque hac ratione tabula declinationis ſtellarum latitudinem habentium conſtructa eſt.

PRO ASCENSIONIS RECTÆ INQVISITIONE.

Praxis primi exempli, in quo.

KG arcus minor	23°	30′	0″			
MC compl. majoris	21	43	30			
summa	45	13	30	eius sinus	70897	
differentia	1	46	30	eius sinus	3067	
				summa	74084	
				dimidium	37042	inuent. 1.
					33945	inuent. 2.
sinus compl. baſis nempe MN eſt					17278	qui ſubtractus.
à ſecundo inuento reſtat					26667	inuent. 3.

1. 3.

Vt 37042 ad 16667; ita radius 100000, ad quartum inuentum, nempe 44992 ſinum 26 gr. 44′. $\frac{1}{3}$ pro Aſcenſione recta AC quæſita. Quia verò totus arcus HA opponitur angulo ad G; idcirco adijciendi ſunt 90. gr. pro quadrante HA, & fient 116 gr. 44′ +−, ac proinde angulus ipſe eſt obtuſus.

Hic angulus vnica analogiâ inueniri poteſt, habita declinatione ſtellæ, vt infrà ad praxin Logarithmicam patebit.

Praxis ſecundi exempli; cuius

Διδύμων ſunt { KG 23° 30′ diſt. polorum
GM 101 24
KM 81 0 compl.latit.angulo quæſito oppoſitum

KG arcus minor 23° 30′
MC exceſſus ſupra 90 gr. 11 24

ſumma 34 54 eius ſinus 57215
differentia 12 6 eius ſinus 20962

	78177	
	39088	inuentum 1.
	18127	inuentum 2.
ſinus MN latit. ſtellæ, compl. baſis KM	15643	additus
cum inuento ſecundo, producit	33770	inuentum 3.

1 3
Vt 39088, ad 33770; ita 100000, ad 86392 ſinum 59 gr. 45+ pro Aſcenſione recta AC.

Praxis tertij exempli, in quo

Διδυμών habentur { KG 23° 30′ diſt. polorum
GM 87 52 ½ compl.declin. inuentæ
KM 100 0 compl. latit.

KG arcus minor 23° 30′ 0″
MC compl. maioris 2 7 30

ſumma 25 37 30 eius ſinus eſt 43248
differentia 21 22 30 cuius ſinus 36447

ſumma	79695	
	39847	inuentum 1.
	3401	inuentum 2.
baſis KM eſt 100 gr. exceſſus ſupra 90 10 gr.	17364	
cuius ſinus eſt addendus cum 2 inu. vt exeat	20765	inuentum 3.

1 3
Vt 39847 ad 20765: ita 100000, ad 52112 ſinum 30 gr. 24 ½, pro Aſcenſione recta AC quæſita.

Praxis quarti exempli.

Διδόμενα sunt { KG 63° 30′, dist. polorum
GM 68 50, compl. decl. inuentæ
KM 58 57, compl. lat. stellæ

KG arcus minor	23° 30′			
MC compl. maj.	21 10			
summa	44 40	sinus eius	70298	
differentia	2 20	sinus eius	4071	
		summa	74369	
		dimidium	37184	inuentum 1.
			33114	inuentum 2.
sinus compl. basis KM nempe MN est			51579	à quo si demat
secundum inuentum restat			18465	inuentum 3.

1 3

Vt 37184, ad 18465; ita 100000, ad 49658 sinum 29 grad. 46′, 26″, pro arcu AC. Quia verò locus stellæ in 3 quadrante existit, idcirco addendi sunt duo primi quadrante 180 gr. & exibit Ascensio recta stellæ ad tempus supra datum 209 gr. 46′, 26″.

Praxis quinti exempli.

Διδόμενα sunt { KG 23 gr. 30′, dist. polorum
GM 80 11 compl. decl. inuentæ
KM 88 0 compl. lat. stellæ

KG arcus minor	23° 30′			
MC compl. maioris	9 41			
summa	33 11	eius sinus	54732	
differentia	13 49	eius sinus	23881	
		summa	78613	
			39306	inuentum 1.
			15426	inuentum 2.
sinus cõpl. basis KM, nempe MN 2° est			3490	quo subducto à
secundo inuento remanet			11936	inuentum 3.

1 3

Vt 39306, ad 11936: ita 100000, ad 30367 sinuum 17 gr. 41′ ferè

ferè pro arcu A C, excessu supra quadrantem H A: Siquidem anguli K G M mensura est H C. Cum verò locus stellæ datæ in 3 quadrante reperiatur, addendi sunt 180 gr. vt sit Ascensio recta 197 gr. 41′.

Praxis sexti exempli.

Δεδόμενα sunt { K G 23° 30′, dist. polorum; G M 73 13, compl. declinat. inuentæ; K M 50 0, compl. latitudinis }

K G arcus minor	23	30′
M C compl. maioris	16	47
summa	40	17 eius sinus 64656
differentia	6	43 eius sinus 11696

summa	76352
semissis	38176 inuentum 1.
	26480 inuentum 2.
sinus compl. basis K M, nempe 40 gr. est	64278 à quo si dematur.
secundum inuentum relinquitur	37793 inuentum 3.

1 3

Vt 38176, ad 37793: ita 100000, ad 99009 sinum complementi arcus E N, 8 gr. 4′ + cui additis 90 gradibus (eo quòd stella sit in 2 quadrante) prodit Ascensio recta stellæ 98 gr. 4′.

Contra verò, si detur declinatio stellæ, cum eius Asc. recta longitdinem seu stellæ locum inuenies: Namque in eodem Triangulo K G M, latus K G semper manet datum, & proinde ex tribus datis cruribus prodibit angulus ad K, cuius mensura N E est complementum longitudinis stellæ.

SCHOLIVM.


In omnibus analogiis, in quibus primo loco non offertur radius, diuisionem sanè tædiosam (vt iam supra monuimus) euitare possumus, si locò sinuum primi & tertij muenti, sinus logarithmorum illis respondentium admittamus: Verbi gratia, in analogia vltimi exempli, primus terminus 38176, respondet sinui logarith. 958162+: Secundus verò 37793 sinui logar.

957731+. : cui quidem addita vnitate ad læuam fit 1917731. à quo si demat 958162, restabit 999569 sinus log. congruens omninò sinui 4 termini 99009, si exactior in adhibenda parte proportionali esse velis.

PRO MEDIATIONE CÆLI exploranda quæ quidem A B determinatur.

Praxis primi exempli.

Assumatur Triangulum rectangulum A B C, in quo dantur præter rectum, latus A C, Ascens. Recta 26 gr. 44′, 20″, cum angulo maximæ declin. B A C 23 grad. 30′. Hinc dabitur basis A B, per 4 consect. 18 prop. antecedentis libri.




Vt radius, ad sin. compl. ang. A: ita tang. compl. AC, ad tang.
100000, 91706; 198492, 182029,
61 gr. 13′, cuius complementum 28 gr. 47′ est basis A B Mediatio cæli quæsita.

PRAXIS EIVSDEM SECVNDI PROBLEMATIS PRO LOGARITHMOS: & primò,

Pro declinationis Stellæ inquisitione.

COncipiatur arcus perpendicularis G O, ab angulo G, in basin oppositam K M, demissus, qui quidem cadet intra Triangulum per 14 propositione part. præced. quia anguli ad basin eiusdem sunt affectionis. Vnde in Triang. G O K, dato angulo K 17 grad. 23′, & base G K 23 grad. 30′, dabitur

perpendicularis G O per primum Dedomen. 17 p. eiusd. & inde latus K O per quintum consect. 18 propos. eiusdem. Quo detracto à latere K M, restabit O M, ex quo & crure G O, nascetur G M complemẽtum declinationis quæsitæ M C, per 5 Dedom. 17 propos. eiusdem.



Praxis primi Exempli, in quo

Διὰ δύο μέσων
K G 23 gr. 30′, cuius sinus est 960070
G K M 57 23 eius sinus 992546
K M 80 3 prodit 952616 sinus G O 19°37′+

973160 tang. compl. ang. K
963830 tang. basis K G
AM 80 3
exit 936990 tãg. K O 13, 12+ subt.
restat 66, 51 O M.

sinus compl. cruris O M 959455
sinus compl. cruris G O 997403
consurgit 956858 sinus

Complementi basis G M. Ergo M C declinatio quæsita est 21 grad. 44′ ferè, à superiori aliquot secundis differens; siquidem secunda negleximus in prima & secunda Analogia.

Praxis secundi Exempli, cuius

Διὰ δύο μέσων
K G 23° 30′, cuius sinus 960070
G K M 150 0 seu 30 supl. 969897
K M 80 0 conflat 929967 sinus G O 11 gr. 30′+
sinus compl. 0 gr. 993753
tangens basis K G 963830 81° 0′
producit 957583 tãg. K O, 20. 38 + adde
fit 101. 38. O M
cuius suppl. est 78 gr. 22′.

sinus complementi G O 999119
sinus compl. 78. gr. 22′ est 930459
oritur 929578 sinus compl. basis G M,

Et proinde M C declinatio est 11 gr. 24′— vt suprà. At notandum est perpendicularem G O, hîc cadere extra triangulum: quandoquidem anguli ad basin sunt affectionis diuersæ, per 14 prop. 2 cap. 1 part.

Praxis tertij exempli, cuius

ἀναλημμα { K G 23 gr. 30′ eius sin. est 960070
G K M 60 0 eius sinus 993753
K M 100 0 prodit 953823 sinus G O 20 gr. 12′+

sinus compl. anguli K 969897
tangens basis K G 963830 100′ 0′
exit 933727 tāg. K O 12, 16—subtr.
restat 87 44—O M,

sinus compl. G O 997243
sinus compl. O M 859715
prouenit 856958 sinus compl. basis G M.

Ideoque M C declinatio stellæ est 2 gr. 7′+ vt suprà. Atque ex his tribus exemplis omnem casuum varietatem satis enucleauisse censeo. Quare ad praxin Ascensionum rectarum per eosdem Logarithmos iam accedemus.

PRO ASCENSIONE RECTA STELLÆ colligendæ per Logarithmos.

Quoniam latera omnia Trianguli obliquang. K G M dantur cum angulo ad K, angulus K G M, ex quo emergit Ascensio recta, inuestigabitur hâc analagiâ, 17 propos. libri antecedentis innixa.

Praxis primi exempli.

Vt sinus cruris G M, ad sinum anguli K; ita sinus cr. K M,
996803. 992546. 899342.
999342
1991888 summa
996803 subtr.
Ad sinum 63 gr. 15′+ 995083 residuum.

Atque

Atque hîc angulus est obtusus, quod quidem tum ex articulo 3 propos. 15, tum ex ipso diagrammate liquido constat: Quare eius supplementum 116 gr. 44′+ est ipse angulus, cuius mensura est arcus H A C, à quo si dematur quadrans H A, seu 90 gr. restat A C 26 gr. 44′+ pro Ascensione recta stellæ.


Praxis secundi Exempli, hac analogiâ innititur.

Vt sinus G M compl. declin. inuentæ, ad sinum ang. K: ita sinus compl. lat. stellæ K M.

PROBLEMA III.

Datis declinatione ac stellæ Ascensione Recta, eius latitudinem, longitudinemque colligere.

Sit in diagrammate primi Exempli huc repetito declinatio stellæ M C 21 gr. 43′, 30″. Ascensio recta A C 26 gr. 44′+ ex quibus latitudo M N, ac ipsius longitudo A N est inquirenda. Assumatur Triangulum obliq. K G M: in quo dantur latera K G 23 gr. 30′, dist. polorum; & G M complementum declinationis stellæ, cum ang. K G M, ab iis lateribus comprehenso, cuius mensura est arcus H A C 116 grad. 44′+. Quare per 22 prop. cap. 2 part. 1. latus K M complementum latitudinis stellæ M N, & inde angulus K, cuius mensura N E est complementum longitudinis, inuenietur, vt ex operatione sequenti videre est.



Praxis pro latitudine inquirenda.

K G 23 gr. 30′ dist. polorum.
21 43+ compl. maioris cruris.

summa	45	13+	sinus	70988	
differentia	1	47—		3096	
				74084	
				37042	1.
				33946	2.
sinus excess. ang. sup. 90 gr.				44992	3.

1 3 4

Vt 100000, ad 37042: ita 44992, ad 16666, quo ſubducto à ſecundo inuento: Reſtat 17280 ſinus compl. cruris K N, 9 gr. 57′ pro latitudine quæſita M N.

Praxis pro longitudine Stellæ exploranda.

Vt ſinus cruris K M, 80 gr. 3′, ad ſinũ ang. G, ſuppl. 60 gr. 16′; — ita ſinus
999342, 995091; 976798,

996798

1991889 ſumma
999342 ſubtr.,

compl. decl. G M, ad ſinum ang. G K M, 992547 ſeu arcus N E 57 gr. 23′
cuius compl. eſt A N, 32 gr. 37′, pro longitudine ſtellæ quæſitæ.

PROBLEMA IIII.

Data longitudine & declinatione, angulum, quem in centro ſtellæ formant duo circuli latitudinis, & declinationis, inquirere.

Hic angulus in ſchemate præcedentis probl. eſt G M K, cui ſanè vſus peculiaris eſt in ortus occaſuſque ſiderum inueſtigatione, vt ſuo loco. Cum igitur latus G M compl. declin. ſtellæ angulo K, opponatur, latus G K diſtantia polorum 23 gr. 30′ angulo quæſito G M K, erit per 17 prop. 2 cap. 1. part.

Vt ſinus G M, ad ſin. ang. G K M; ita ſinus G K diſt. polorum.

992547
960070

1952617. ſumma.
996798. ſubtr.

Ad ſinum anguli G M K 955819, quæſ. cui cedũt in tab. 21 gr. 12′ —

PROBLEMA V.

Data ſtellæ longitudine, ac maxima Zodiaci obliquitate, angulum à circulo latitudinis ipſius ſtellæ cum Æquatore efformatum, explorare.

Sit rursus in eodem schemate 3 & 4 probl. Triangulum rectangulum ANP, (concepto arcu producto in Æquatorem) cuius AN longitudo stellæ detur 32 gr. 37′. & maxima Zodiaci obliquitas EF, mensura anguli ad A 23 gr. 30′. hinc angulus NPA, quem efficiunt circulus latitudinis, cum Æquatore, emerget 69 gr. 55′. + per 7 cons. 18 prop. libri anteced.

992546 sinus 57°. 23′. compl. cruris AN.
963830 tang. ang. A. 23. 30′.


956376 tang. compl. anguli quæs. NPA 69 gr. 53′ +.

Angulus, quem circulus declinationis stellæ & Ecliptica intercipiunt, inuenitur per primum Problema, ad quod sane huius anguli inquisitio refertur: Circuli enim declinationum & Meridiani iidem sunt, vt ex sphæricis constat.

PROBLEMA VI.

Data stellæ declinatione, cum Poli eleuatione, angulum quem efficit circulus declinationis ipsius stellæ, cum horizonte obliquo, reperire.

Sit ABC quispiam Meridianus, ADC horizon obliquus; EDF, Æquator; circuli declinationis portio BG. polus mundi B suprà horizontem arcu BC, eleuatus; ex quo & arcu horizontis GC efficitur angulus BGC quæsitus.



Ponatur, exempli causa, Lucida stella esse in puncto G, cuius declinatio sit GH 21 gr. 43′ 30″. Borealis, ac BC poli eleuatio 48 gr. 50. ex quibus inquirendus est angulus BGC.

In Triangulo BCG rectangulo dantur præter rectum ad C, basis BG & crus BC, est enim BG complementum declin. stellæ 68 gr. 16′ 39″. Quare angulus BGC exibit per 2. Dedom. 17 prop. 2. cap. 1. part.

sinus cruris BC. 48° 50′ est BC 1987667
BG 996800

sin. anguli BGC 990867. 54 gr. 8′—.

CONSECTARIVM.

Hinc angulus in centro stellæ à circulo latitudinis eiusdem cum horizonte formatus, emerget.

Hic angulus in superiori schemate est I G C. Si enim auferatur angulus B G I quem circulus declinationis ac stellæ latitudinis efficiunt, ab angulo B G C (quorum ille per 4 probl. huius cap. hic verò per presens obtinetur) remanebit angulus I G C. Verùm ille angulus B G I est eidem B G C prosthaphæreticus: Additur enim ipsi, quando verus stellæ locus existit in semicireulo Zodiaci ascendente, qui numeratur à principio ♑ vsque ad initium ♋. Sed aufertur ab eodem in altero Zodiaci semicirculo descendente à ♋ ad ♑: & vtroque modo prædictus angulus circuli latitudinis cum horizonte Orientali nascitur.

Quòd si eundem angulum adpartem Occidentis determinare volueris, contrarium prorsus seruandum est. Angulus enim B G I in semicirculo ascendente sub ducatur: Contra verò in descendente angulo B G C adijciatur, & sic emerget angulus circuli latitudinis cum horizonte ex parte Occidentis.

Exemplum.

Proponantur hic angulus explorandus, dum Lucida stella ♈ est in Occidentali horizonte ad eleuationem 48 gr. 50′.


Primò ex præsenti prop. colligitur angulus B G C 54° 8′ + tum verò angulus B G I per 4 prop. huius 21° 11′ + qui quidem à priore subductus. Quoniam stellæ locus est in Medietate Zodiaci descendente remanet angulus quæsitus I G C, 32° 57′.

PROBLE-

PROBEEMA VII.

Data longitudine & latitudine duarum Stellarum, earum distantiam perscrutari.

Sit in adiuncto diagrammate portio seu arcus Eclipticæ AB, ab illius polo C descriptæ: sintque D & E, duæ stellæ per quas ducatur: Primò arcus circuli maximi D E, qui quidem arcus distantiæ dicitur. Deinde à polo C Eclipticæ, descendant duo arcus latitudinum C D A G, & C B E G, inter quos arcus Eclipticæ A B intercipiatur, longitudinum ipsarum stellarum differentiam exhibens; vnde subducta minori longitudine à maiori, nota erit ipsa longitudinum differentia A B, & per consequens in Triangulo obliq. D E C, notus erit angulus D C E: differentia enim A B est ipsius anguli D C E mensura, per 4 propos. cap. 2 part. 1. Porrò cum arcus C D A, C E B sint circuli maximi quadrantes per 3 prop. eiusdem: latera C D, & C E angulum notum D C E includentia erunt latitudinum datarũ complementa, & proinde nota quoq; euadent. Hinc arcus D E stellarum distantia prodibit per 22 propos. eiusdem. Attamen notandum quamlibet stellæ distantiam nunquam semicirculum superare; quandoquidem latus cuiusuis Trianguli Sphærici semicirculo minus semper esse debet, per 6 prop. eiusdem.



Exemplum primum, in quo latitudo ambarum Stellarum est eiusdem affectionis.

Quæratur distantia inter Lucidam stellam Arietis, & Capellam cuius longit. Lucidæ sit 32 grad. 25′. nempe in 2 gr. 25′ ♉, latitudo 9 gr. 57 min. Borea: at Capellæ longitudo 76 grad. 35′. hoc est in 16 grad 35′ ♊, & eius latitudo 22 gr. 51′ Borea.

Praxis.

Long. Capellæ 76° 35′. ♈ B
Long. Lucidæ 32 25 ♈ A

differentia 44 10 pro angulo ACB, cuius sinus compl. est 71731.

EC latus minus 67 9
DA compl. maj. 9 57

summa	77	6	eius sinus	97476	
differentia	57	12	sinus	84056	
				181532	
				90766	1
				6710	2
				71731	3, ad 65107 cui add. 2. inu. 6710 71817, cuius compl.

Vt 100000, ad 90766; ita 1

emergit sinus 45 gr. 54′, 44 gr. 7′, est distantia stellarum quæsita.

Exemplum secundum, vbi latitudo Stellarum est diuersæ affectionis.

Sit quærenda distantia inter Lucidam ♈, & Aldebaran, seu oculum ♉. Longitudo illius detur in 2 gr. 6′ ♉ cum latitudine Borea 9 gr. 57′. Longitudo huius sit in 4 gr. 12′ ♊ & latitudo Australis 5 gr. 31′, hoc est 95 gr. 31′.

Praxis.

Long. Aldebaran 64° 12′ ♈ F
Long. Lucidæ ♈ 32 6 ♈ A

differentia 32 6 pro angulo ACF, cuius sinus complementi est 98040

DC latus minus 80° 3′
BE exc. sup. quod 5 31

summa	85	34	sinus eius	99701	
differentia	74	32		96379	
				196080	
				98040	1
				1661	2

1 3 4

Vt 100000, ad 98040; ita 98040, ad 83052 à quo
si auferatur secundum inuentum, 1661

Restabit 81391 sinus 54 gr. 28′, + cuius complementum 35° 32′. — est distantia quæsita.

Pro tertio Exemplo, obseruationem de ♂ ad sinistrum humerum ♑ à Reuerendo Domino Gassendo habitam anno 1623, mense Iunio, die 26 Diniæ, adferemus; in qua quidem ex dato tempore suæ obseruationis, cum distantia inter Stellam & ♂, longit. ac ipsius latit. collegit: at verò nos hîc econtrà, & data longitudine & latitudine earum distantiam inquiremus.

Sit itaque sinister humerus ♑ in puncto H, & stella ♂ in I, longitudo ♂ detur in 13 gr. 21′ 30″ ♉, eiusque latitudo Austr. 6 gr. 37′ 30″. Longitudo sinistr. humeri ♑ 7 gr. 12 ½ ferè, latitudo 3 gr. 31′ ex quibus distantia venit exploranda.

Assumatur triangulum obliquangulum G H I, in quo dantur duo latera cum angulo ab illis incluso: Namque latus H G est complementum latitudinis stellæ A H; latus verò I G, complementum latitudinis ♂; angulus demum H G I est differentia longitudinis, qui quidem ab arcu Zodiaci A B mensuratur: arcus enim A G, & B G sunt quadrantes circulorum latitudinum max. qui in polum Zodiaci G, concurrunt; atque adeò latus H I innotescet, per 22 prop. cap. 2 part. 1.

Praxis.

long. ♂	13°	21′	30″	♉	B.
long. sinistr.	7	12	30	♉	A.
differentia	6	9	0.	pro ang. DCE, cuius sin. compl. est 99423.	
EC lat° min	83	22	30		
cõpl maj. AD	3	31	0		
summa	86	53	30	eius sinus	99853
differentia	79	51	30		98437
					198290 |
					99145 | 1.
					708 | 2.
					99423 | 3.

Vt 100000, ad 99145 : ita 99423 ad 98572, cui 708

addatur secundum inuentum: Vt habeatur sinus 99280 gr. 83. 7′+ cuius complementum 6 gr. 53′— est distantia quæsita, obseruationi omnino consentiens: Vt ex obseruat. Cæleſt. ad finem, Epiſt. Exercit. prædicti D. Gassendi videre est.

CAPVT II.

De varijs modis linea inquirendi Meridianam, ac poli eleuationem.


PROBLEMA I.

In horizontis plano lineam ducere meridianam.

EST autem linea Meridiana sectio communis circuli Meridiani cum plano aliquo horizonti æquidistante. Hæc sanè est præcipuum totius Astronomiæ fundamentum, atque adeò Astronomi ipsam variis modis explorare docuerunt, inter quos omnium facillimus, hic est.

Describantur in plano horizonti parallelo tres aut 4 circuli ex eodem centro A. In quo erigatur stylus A B ad angulos rectos, quod tum fiet, si eius vextex B, à tribus punctis. In quouis circulorum sumptis æquidistet. Deinde tempore antemeridiano accuratè notetur vbi extremitas styli erecti A B aliquem ex hisce circulis secet, qualis est vmbra A C cuius extremitas præcisè in peripheriam tertij circuli cadit: Similiter quoque tempore pomeridiano obseruetur, donec vmbræ styli extremitas, peripheriam eiusdem tertij circuli attingat, cuiusmodi est vmbra A D. Postmodum arcus C D inter duo puncta C, & D interceptus, bifariam in G diuidatur; tum demùm stylo euulso, ducatur linea E A G F; hæc namque erit linea Meridiana. At notandum est, omnium selectissimum & aptissimum tempus huic

huic obseruationi esse, cùm Sol vel in ipsis tropicorum punctis, vel saltem in principio signorum tropicis proximorum versatur: Siquidem in illis locis eius declinatio haud sensibiliter variatur; vt in aliis Zodiaci partibus. Sole enim puncta Æquinoctialia & alia signa occupante, vt signum ♈, ♈, ♍, ♎, eius declinatio qualibet hora mutatur, & proinde horis à pomeridiana æquè distantibus, vmbra pomeridiana breuior est antemeridianâ.



PROBLEMA II.


Data solis altitudine, eius declinatione, ac poli eleuatione lineam meridianam vnicâ obseruatione reperire.

Hoc problema à Clarissimo Longomontano, lib. 2. sphær. Astron. Dan. demonstratur hoc modo.

Diuidatur circulus in tabula descriptus in gr. 360, & quælibet harum in min. 60; vel saltim pars circuli ad hanc normam exquisitè distribuatur, vnde reliqui mensura sumi quæat, prout opus fuerit. Hinc notata in peripheria vmbræ styli qualicunq; intersectione, & eius contrario puncto, tempore quouis sereno, vel ante, vel post Meridiem, idque in mediocri à Meridie remotione; neque tamen ob refractiones Solis, ortui & occasui eius nimium vicina; quòquidem momento obseruatur, exquisitè altitudo Solis, cuius declinationeà loco eius dato, cognita, atque vna cum eleuatione poli loci adhibita; manifestatur per solutionem trianguli sphæriei arcus horizontis inter Meridiem, & vmbræ intersectionis punctum contrarium prius designatum, vt amplius demonstratione sequenti, & exemplo cognoscetur.

Sit in adscripta figura A B C D L Meridianus, A L horizon, B M Æquator, describatur, vt prius circulus H K, & erigatur

ſtylus G O, Sole autem ab horizonte per arcum F E eleuato, denotetur vmbra ſtyli ex E Sole in H, & eius aduerſum punctum I, quæ linea excurrit ad horrizontem cœleſtem in F; datis deinceps quadrantibus C F, & D N ab vtroque polo, ſcilicet verticali & mundi, qui ad locum Solis ſeſe ſecent, Trianguli Sphærici E C D omnia latera ſunt data: Eſt enim C D complementum eleuationis poli loci ad gr. 90, ſeu diſtantia polorum mundi & verticalis, quæ A B arcui eleuationis Æquatoris ab horizõte æqualis eſt:



E C verò, complementum altitudini Solis F E: Deniq; E D complementum declinationis Solis. Ergo non latebit angulus E C D, quem menſurat in horizonte F L, cuius complementum ad ſemicirculum eſt F A, qui arcus diſtantiam inter oppoſitum datum punctum & Meridiem loci patefacit. Recta itaque ab A per centrum G in L, lineam Meridiei oſtendit quæſitam.

Exemplum.

Roſtochij, vbi eleuatio poli eſt 54 gr. circiter, die 30 Auguſti quando Sol fuit in gr. 15 min. 40 ♍, & eius declinatio gr. 5 min. 46. Septemtr. Altitudo autem Solis obſeruata per quadrantem, eodem tempore, quo vmbra ſtyli in tabella notata eſt, & eius contrarium punctum, in certo aliquo gradu ad H, & erat gr. 20: Quare in triangulo E C D

Διδόμενα ſunt { C D 36.° 0′ ; E C 70. 0 ; D E 84. 14 } complementum { Eleuationis Poli, D L. ; Altitudinis Solis. E F. ; Declinat. Solis. E N. }

Praxis Prosthaphæretica.

CD 36 minus latus
EF 20 compl maioris

sũma 56 sin°	8290376		Vt 55234 ad 17622; ita radius 100000,
differ. 16	2756374		
	11046750		Ad 31904, sinum 18 gr. 36′+ cui addito quadrante seu 90 0 exit angulus
	5523375	1.	
	2767001	2.	quæs. ECD 108 gr. 36′+ obtus° per
si. cõpl. DE nẽpe	1004775		subt. 5 prop. 3 art.
EN sin° 5 gr. 46.	1762226	3.	&proinde FA 71 gr. 24′— est distantia puncti F, à Meridie, in horizonte inuẽti.

Praxis Logarithmica.

EC 70. 0′ sinus 997298
CD 36 976922

differ. 34 0 1974220 rectangulum
dimid. 17 0
semibas. 47 7

summa 59 7 sinus 993359
differ. 25 7 962784

1956143
2
3756143
1974220
1981923
990961 sinus 54 gr. 18′+ cuius duplum est 108 gr. 36′+ angulus ECD, vt suprà.

IDem Longomontanus alios docet modos lineam Meridianam inquirendi quos hîc subjungere placet.

1. Hoc idem in dicta Tabula Horizontali absque stylo efficitur, Solo quadrante, in quo Sol aut stella obseruatur perpendiculariter, suprà centrum circuli sectionis applicato: Idem enim punctum oppositum, quod vmbra styli inter obseruandum designat, hic quoque relinquitur.

2. Idem poterit etiam fieri, data longitudine ſtyli & vmbræ in tabula: Nam prius in his altitudo Solis inquiritur, deinde hora, & per conſequens diſtantia à Meridiano.
3. Porrò ex ortu & occaſu Solis aut ſtellæ, in dicto circulo horizontali denotatis, quos linea Meridiei media interlabitur; vel ex altitudine vtrinque à Meridiano æquali vna cum gradibus azimuthalibus in eodem circulo ſectionis, idem cognoſcitur.
4. Item ex obſeruata digreſſione circumpolarium ſtellarum, maximè autem ſtellæ polaris, ad latera vtrinque maxima, in horizontis circulo idem efficitur: quam viam Dn. Tycho Brahe tutiſſimam omnium, ad accuratam lineæ Meridianæ in quadrante azimuthali inueſtigationem habendam, iudicabat.
5. Denique data eleuatione poli loci, per duas ſtellas in eodem verticali obſeruatas.

FEdericus Saminiatus in ſuis Tabulis Aſtron. duos affert modos eandem lineam Meridianam obtinendi vnica etiam obſeruatione, ſiue antè, ſiue poſt Meridiem, per Tabulas altitudinum Solis, & circulorum Azimuthalium, quorum primus hic eſt.

Conſiderabis primò diem quo Sol initium alicuius ſigni ingreditur, & pro eo die ex tabulis altitudinum ſolis exſcribes ad aliquam horam futuram, ſiue antemeridianam, ſiue pomeridianam, Solis altitudinem, qua habita tentabis quadrante aliquo magno inquirere Solis altitudinem, donec eam inueneris æqualem altitudini exſcriptæ, & eodem temporis momento ſignabis in planum aliquod horizonti parallelum, lineam azimuth Solis iſtius horæ, idque tali praxi, habeas in promptu filum à clauo perpendiculariter pendens, cuius vmbræ medium ſignabis certis punctis, in prædictum planum, & linea per medium vmbræ fili ducta vocabitur linea *Azimuthalis*, quæ indicat Azimuth Solis, in ea hora.

Deinde ex tabula azimuth., ad tuam poli eleuationem numerata notabis azimuth Solis in hora huius obſeruationis, quod ſeruabis. Poſtea facto centro in inuenta linea azimuthali duces circulum, quem more ſolito diuides in 360 gradus, initium graduum ſumendo à præfata azimuthali linea, in quo circulo numerabis annotati ex tabula azimuth complementum, ſed hoc ad dextram vel ſiniſtram iuxta ſequentes duas regulas, & tandem habebis quæſitam lineam Meridianam.

Regula

Regula prima.

Si obseruatio fit manè, antequam Sol peruenerit ad circulum verticalem in ortu, vel si eadem facta fuerit à Meridie, dum Sol inter Meridianum & circulum verticalem occasus versatur, in eo casu munerabis semper complementum Azimuth solis, (è tabula depromptum) à linea Azimuthali ad sinistram: Sed si sol oppositas cœli partes possideat, tunc contrà numerabis prædictum complementum ad dextram, per finem numeri ducenda est recta, quæ desideratam lineam dabit Meridianam.

Exemplum.


Sub altitudine poli 51 gr. procuraui erigere planum horizonti libellatum, hoc est ad horosc. æquatũ, & ad diem 22 Iunij, cùm sol iam initium ♋ obtineat, libuit manè hora 7 à media nocte, lineam meridianam in præfatum libellatum planum describere. Quare, primo exscripsi ex tabula Almucantarath altitudinem solis, ad futuram electam septimam horam, similiter ex Azimuth solis tabula, ad præfatam horam, sumpsi horizontalem circulum, siue Azimuth solis: Vt sequitur.

Ad horam primam manè.

Altitudo Solis	27 gr.	20′.	
Azimuth Solis	4	15	Septentr.

Manè ergo paulo ante septimam horam, incepi deprehendere amplo quodam quadrante altitudines solis, quod reiterando aliquoties, eo vsque tentaui, donec eandem inueneram 27 gr. 20′ & eodem momento temporis notaui vmbram fili, perpendicularitur pendentis, cuius vmbræ medium signaui punctis A, B, ducta iam linea recta per prædicta puncta, eam voco lineam Azimuthalem, in qua ad libitum posui pedem circini, vn pote in puncto C, ex quo, vt centro, ducto circulo D G E F, eundem more solito, diuisi in partes 360.

Incipiendo à puncto lineæ Azimuthalis D. Deinde à prædicto puncto D, numeraui ad siniſtram, complemẽtũ Azimuth ſolis, nempe 85 grad. cum dodrãte (quoniam ſol nondum peruenerat ad circulum verticalem) & per finem numeri F, & centrum C, duxi rectam F C G, quæ mihi quæſitam lineam Meridianam præbebat.



SCHOLIVM.

Hæc breuius per circinum proportionis expedientur; erecta namque à puncto C perpendiculari C A, ſemicirculum in duos quadrantes dirimet: Iam verò à puncto D verſus Septentrionem ſumatur (circino proportionis) arcus 85 gr. 40′. compl. ſcilicet Azimuth ſolis, eritque arcus D F. Si tandem à puncto F ducatur linea F C G, emerget vt prius linea Meridiana.

ALTER MODVS OPE TABVLARVM circulorum verticalium.

1. *Quæratur quo die Sol initium alicuius ſigni ingredietur.*
2. *Ex tabula altitudinum Solis in circulo verticali, ipſa Solis altitudo, ad diem datum aſſumatur.*
3. *Magno admodum quadrante altitudo Solis capiatur, idque reiterando, donec eandem inueneris aqualem altitudini in tabula inuentæ.*
4. *Eodem temporis momento notetur vmbra fili, vt ſuprà, in plano horizonti ad amuſſim libellato.*


5. *Vltimò, ducta recta per medium vmbræ fili, eandem secabis ad angulos rectos per aliam rectam lineam, quæ lineam Meridianam quæsitam repræsentabit.*

PROBLEMA III.

Data Solis aut Stellæ fixæ altitudine meridiana, cum declinatione, eleuationem poli supra horizontem explorare.

Hoc problema est veluti basis & fundamentum cui obseruationes tum in Cœlo phenomenon, tum in terra longitudinis scientia, vnde perfecta absolutissimaque nascitur Geographia, innituntur; loci enim longitudo haud inueniri potest, quin prius eiusdem latitudo (cui vt iam demonst. est æqualis, poli eleuatio,) nota sit. Quamobrem varios quoque ipsam poli eleuationem inquirendi modos, à peritissimis Astronomis desumptos proponemus, vt cuique suo frui arbitrio liberum sit.

Sit itaque Meridianus circulus A C B, horison obliquus A F B; Æquator D F E, vextex seu polus horizontis C, polus Æquatoris seu mundi G; arcus eleuationis poli suprà horizontem obliquum, quæsitus B G arcui C D distantiæ verticis ab Æquatore æqualis, qui quidem in Geographia Latitudo loci vocari solet. Iam verò detur solis altitudo in meridie A H, per obseruationem habita, cum eius declinatione Borea D H: subducta declinatione D H, ab altitudine solis A H, remanebit Æquatoris altitudo A D, seu ei æqualis E B complementum arcus B G eleuationis poli quæsitæ. Si verò data stellæ declinatio sit Austrina vt D M, addatur declinatio solis D M cum eius altitudine A M, & emerget eadem Æquatoris altitudo A D. At verò cum sol tum parallaxi, tum refractioni obnoxius existat, ex quibus in phœnomenis obseruandis hallucinatio quædam oritur: Etenim explo-



ratum est stellas omnes iuxta horizontem nobis (ex Telluris superficie, eas aspicientibus) non directè, sed refractè apparere, ob vapores è terra ascendentes, qui aërem nobis proximum paulò crassiorem, minusque diaphanum efficiunt, ita vt ibidem eleuatiores semper conspiciantur, quàm reuera existunt, cernanturque supra horizontem quando infra latent. Idque à Batauis confirmatum est, qui per Septentrionalem plagam transitum ad Indiam Occidentalem explorantes, in deserta regione, noua Zembla dicta Hibernare coacti fuerunt ibique in glacie hærentes, ac per aliquot menses præsentia Solis carentes anno 1596; quatuordecim tamen diebus (teste Metio, ac iuxta Keplerum 17 diebus. Ad vitell. Paral. pag. 138) ante legitimum tempus, solis imaginem integrè conspexerunt. Anno 1597, die 11 Februarij, cum nimirum 5 gradus & vltra, iuxta calculum Astronomicum infra horizontem lateret, quo quidem tempore post paucas horas notauerunt conjunctionem ♆ & ☽ in secundo gradu ♉, vt notat idem Kepl. loco citato, vbi rationem huius refractionis majoris & minoris reddit. Sed notandum venit refractiones solis, omnesque stellas eleuari, ac iuxta horizontem altiores fieri: Contra verò parallaxes solis, inferioresque planetas in circulo verticali iusto decliuiores reddi, eorumque supra horizontem altitudines deprimi, cuius rei causa est quod semidiameter globi terreni ad inferiorum planetarum distantias non prorsus insensibilem magnitudinem habeat. Calculus enim motuum cœlestium, globi terrestris centrum non autem eius superficiem spectat: Quia verò Luna nobis proxima est, major percipitur diuersitas inter eius locum, quem nos ex ambitu terræ cernimus, & inter locum, quem linea ex centro terræ per Lunam educta indicat. Quantitas autem parallaxis Solis aliorumque inferiorum planetarum ad singulos à terra gradus altitudinis extat in Tabulis Astron. Tych. vel Rudolph. vel Lansberg. aut nostris Richel. Parisianis: Verum vt totam huius problematis essentiam perfectè intelligamus enucleandi sunt quidem casus tum ad solem, tum ad fixas pertinentes.

Primus

Primus casus.

Si Sol aut Stella fixa suam altitudinem supra horizontem variet, & Sol aut fixa nullam declinationem obtineat (quod sanè patefiet ex tabula declinationum Solis atque fixarum) & eius maxima altitudo sit præcisè 90 gr. polus vterque erit in horizonte, & Æquator per Zenith transibit, quod quidem in Sphæra recta contingit.

2. Si Sol aut fuerit in alterutro Soltitio, addenda erit maxima Zodiaci obliquitas altitudini Meridianæ Solis, ratione parallaxeos & refractionis correctæ in Solstitio Hyberno: contrà verò in Æstiuo est subducenda, vt remaneat Æquatoris altitudo, cuius complementum, vt diximus, est ipsa poli mundi elauatio, quod quidem accidit in Zona temperata, vbi eleuatio poli maximam Solis declinationem superat.

Exemplum.

Hortensius eximius Mathematicus obseruauit anno 1629, Solis altitudinem in Solstitio æstiuo, per amplum quadrantem 61 gr. 58′, 15″. Middelburgi, cui addita solis parallaxi ex tab. Lansbergianis 1′, 4″, prodit vera seu correcta solis altitudo 61 gr. 59′, 19″, à qua si dematur tantùm maxima Zodiaci obliquitas, quæ eo tempore erat 23 gr. 30′, 19″, remanebit altitudo Æquatoris Middelburgensis 38 gr. 29′, cuius complementum 51 gr. 31′, est ipsa poli eleuatio.

SCHOLIVM.

Cum Solis aut Lunæ altitudo supra horizontem 38 gr. superabit, refractionis correctione non opus erit. At in fixis quando ad 20 gr. altitudinis peruenerint, nullam patientur refractionem sensibilem, atque pro earum refractione, eadem tabula ipsis inseruire poterit.

Aliud exemplum, in quo datur locus parallaxin, & refractionem adhibendi.

Sit obseruata Solis altitudo Meridiana in Solstitio Hyberno ibidem 15 gr. 2′, 30″, ex tabula parallaxium colligitur 2′, 13″, quibus additis ad 15 gr. 2′, 15″, consurgent 15 gr. 4′, 43″, ex quibus demptis 6 min. pro refractione, relinquuntur 14 gr. 58′, 43″,

pro altitudine Solis Meridiana correcta, cui addita Zodiaci maxima obliquitate 23 gr. 30′,19″, emerget altitudo Æquatoris 38 gr. 29′,2″. Vt prius.

Eodem modo ex iisdem δεδόμενοις, nempe ex altitudine cuiuscunque stellæ Meridianæ, cum eius declinatione, ipsa poli eleuatio colligitur.

PROBLEMA IV.

Idem aliter præstare ex Stellis circumpolaribus, etiam sine declinatione data.

Per stellas circumpolares hîc intelligimus eas quæ perpetuæ adparitionis existunt, cuiusmodi sunt stellæ, in quadrilatero vrsæ maioris & minoris constitutæ. Cùm autem eiuscemodi stellæ horarum 24 spatio ad circulum Meridianum, bis perueniant, atque adeò geminam sub ipso Meridiano altitudinem obtineant, alteram quidem maximam inter mundi polum & ipsius loci verticem, alteram verò minimam inter eundem polum & horizontem, semper tamen æquè distantẽ ab ipso mundi polo. Hinc fit vt dimidium ipsarum altitudinum, maximæ scilicet & minimæ est ipsius fixæ accurata declinatio, quâ tandem minimæ eius altitudini additâ, poli eleuationem ostendit.

Dimidium ambarum altitudinũ, poli adæquat eleuationem.


Igitur ex stellis fixis in sphæra obliqua, per totam noctem conspicuis, eligenda est vna, quæ intra noctem, bis sub ipso Meridiano obseruari possit. Verbi gratia, sit cuiusdam altitudo maxima, arcus A H in præcedenti figura, minima verò illius altitudo arcus A M.

Cum igitur arcus D H, arcui A M sit æqualis. Idcirco si minima altitudo A M, à maxima A H subducatur, & ipsius differentiæ M H dimidium assumatur, vtpote D H, vel D M, ipso dimidio minori altitudini adiecto A M, vel à maxima altitudine B H detracto emerget ex vtroq; modo arcus A D æquatoris altitudo, cuius compl. D C semper B G poli eleuationem adæquat. At verò si fixæ minima altitudo in refractionum limitibus existeret, ipsam altitudinem minimam canone refractionum corrigito, antequam ipsum dimidium assumas.

PROBLEMA V.

Datis altitudine Stellæ, ac ipsius declinatione cum temporis obseruatione, poli eleuationem inquirere.

Sit Meridianus A C B, horizon A F B, cuius polus C, Æquator D F E, & polus eius G. Sitque stellæ K cuius altitudo supra horizontem K L : eius declinatio arcus K I, quo quidem in polum G producto prodit quadrans G K I maximi circuli, vt quoque L K in C, fit quadrans C K L: arcus autem æquatoris D I, anguli B G K mensura existit, momentum obseruationis habitæ definiens. Arcus verò B G eleuatio poli quæsita. Detur iam in exemplum obseruatio stellæ Aldebaran habita hora 2. 41′, 4″ $\frac{1}{2}$, quo tempore altitudo stellæ L K inuenta est 47 gr. eius declinatio I K 15 gr. 43′.



In Triangulo obliq. K C G, dantur K B 43 gr. compl. altitudinis stellæ; K G 74 gr. 17. compl. declinationis ipsius stellæ, & denique angulus G, 40 gr. 16′ $\frac{1}{2}$, ex quibus innotescet latus C G compl. eleuationis poli B G hoc modo.

Concepta perpendiculari K N, hanc primùm prosthaph. per 20 prop. 2 cap. 1 part. inquiro, vt patet,

Arcus minor	49°	16′	30″	
compl. maj.	15	43	0	
summa	55	59	30	sinus 82895
differ.	24	33	30	sinus 41562

124457
62228 sinus 38 gr. 20′ pro H M.

Postea latus N C ex datis basi K C, & crure K N trianguli rectang. H M B, per 4 Dedom. 17 p. 2. c. 1. p. colligitur 20 gr. 53′.

Postremò latus N G trianguli rectanguli N K G reperitur per idem consect 69° 45′ 16″, à quo si subducatur latus N C graduum 20 53

Restabit gr. 48 52 16 compl. eleuationis poli, quæ ideò erit 41 gr. 7. min. 44″.

SCHOLIVM.

Potest & eadem poli eleuatio haberi ex datis altitudine stellæ, declinatione, & eius azymutho A L, seu angulo A C L, anguli K C G supplemento. (Vt innuit D. Morinus Profess. Mathem. Regius, parte 2. long. pag. 38.) At primo inquirendus est angulus B G H, vt inde adquisita perpendiculari concepta K N, latera N C, & C G eodem modo quo supra docuimus, innotescant. Plures modi eandem poli eleuationem obtinendi afferuntur ab Astronomis, vt Magino, in primo mobili, Longomontano in Astron. Danica, & aliis: Sed cùm locus ac tempus omnia prosequi, non sinat, commodiores certioresque hic elegimus.

CAPVT III.


De ijs, quæ Sphæram obliquam concernunt.

PROBLEMA I.

Data declinatione, cuiuscunque puncti Ecliptica, aut alterius, cum poli eleuatione latit. seu amplitudinem ortus, vel occasus eiusdem puncti in horizonte, atque differentiam Ascensionalem, aut Descensionalem definire, & inde arcum semidiurnum, & per consequens quantitatem diei noctisque singulis diebus colligere.

Amplitudo Ortiua, vel Occidua, est arcus horizontis inter Æquatoris ortum, vel occasum (quod dicitur punctum veri Orientis, vel Occidentis) & punctum, vbi sol, aut stella exoritur, vel occidit. Sit in diagrammate apposito A D C F Meridianus; D B F dimidius Æquator, cuius polus E; horizontis obliqui

obliqui medietas A B C cuius polus G, ſemicirculus declinationis E K M : & proinde K M, erit declinatio ſolis vel ſtellæ datæ, arcus autem C E poli eleuatio, arcus verò horizontis B K, amplitudo Ortiua vel Occidua dati puncti K, & tandem arcus B M differentia Aſcenſionalis, aut Deſcenſionalis.



Exemplum pro Amplitudine Ortiua vel Occidua BK. vel BY.

Sit declinatio ſolis in 10 gr. ♓ verſantis 22 gr. 0′ ad eleuationem poli Pariſianam 48 gr. 52′.

Aſſumatur Triangulum rectangulum B M K in quo dantur latus K M declinatio ſolis 22 gr. & angulus K B M cuius menſura eſt arcus C F complementum eleuationis poli 41 gr. 8′. ex quibus conſurget baſis B K, 34 gr. 49′+. per 3 Dedom. 17 p. 2 cap. 1. part.

Vt K B M, 41° 8′,	ad K M, 22₀ : ita B M K,	radius,
98169429.	95735754	100000000
	100000000	
	195735754	
	98169429	
Ad ſinum baſis B K.	97566325. gr. 34. 49′+. ampl. Ortiua, vel Occid. quæſita.	

Exemplum aliud, in data declinatione Meridionali.

Sit Sirius ſeu Canis major in puncto Y, cuius declinatio reperitur 16° 12′ Y R, ad eandem poli eleuationem Pariſianam, Aſſumpto Triangulo B Y R erunt,

Δεδόμενα	Y R	16°	12′ declin. Sirij.
	Y B R	41	8. compl. eleuat. poli.
	B Y R	90	0. ang. rectus.

Ex his igitur prodibit arcus B Y 25 gr. 10′. pro amplitudine ortiua seu occidua stellæ Sirij quæsita.

Exemplum pro differentia Ascensionali, vel Descensionali inquirenda B M, vel B R.

Sit inuestiganda Ascensionalis, aut Descensionalis differentia B M ex iisdem supra datis in primo Exemplo, nempe K M declin. solis 22 gr. & angulo K B M 41° 8′ dico per 2 Consect. 18 prop. 2 cap. 1. part. hoc modo.

Vt B M K radius, 1000000, ad tang. K B M 48° 52′ : ita K M. 22°, tang. 1005879 960641

960641

966520 sinum 27° 34. pro differ. Ascensionali B M.

Praxis alterius exempli in quo quæritur B R.

Vt B Y R 1000000, ad tang. R B Y 48° 52′ : ita tang. decl. B Y 16 12′. 1905879 946318

946318

Ad sinum 19° 15′ + 952197. pro differētia Ascens. Canis majoris.

Pro arcu temporis semidiurni colligendo.

Arcus semidiurnus Solis in Æquatore D B à meridiano in horizontem est semper 90 gr. qui est dimidius arcus, quem sol motu primi mobilis describit supra quemuis horizontem; cum igitur sol in 10 gr. ♎, versetur, arcus solis semidiurnus est T K, arcui D M, æqualis per 10 p. 2. l. Theod. & proinde K X erit arcus nocturnus. Itaque cùm arcus D B F, & T K X, eosdem polos habeant, per 1. p. 2. eiusdem. Quando punctum K raptu primi mobilis ad punctum T peruenerit, punctum B, erit in puncto D; atque ita Æquatoris arcus D M est mensura temporis, quo sol ab horizonte ad meridianum perueniet: Arcus verò B M est differentia Ascensionalis, quâ addita arcui D B (si declinatio fuerit Septentrionalis:) Vel ab eodem subducta, si declinatio Meridionalis prodit arcus Semidiurnus. Vt in primo exemplo, si differentia Ascensionalis B M 27° 34 min. arcui D B 90 grad. addatur consurget arcus semidiurnus 117 gr. 34 min. qui quidem in horas & minuta conuersus, 15 gr. cuilibet horæ tribuendo resultant 7 horæ 50 min. +.

Si verò ſtellæ declinatio Meridionalis, vt in ſecundo exemplo RY, dempta differentia Aſcenſionali 19° 25 min. ab arcu Æquatoris 90 relinquitur arcus ſemidiurnus 70 gr. 35 min. ſeu 4 horæ 24 min.

CONSECTARIVM.

Hinc data declinatione maxima, cum eleuatione poli cuiuſcunque regionis, dabitur etiam dies maximus. Et contra, dato die maximo, cum declinatione maxima, datur poli eleuatio. Si modo ſolis refractio excludatur.

PROBLEMA II.

Datis declinatione, Aſcenſione recta, & differentia Aſcenſionali puncti cuiuſuis Eclipticæ Aſcenſionem & Deſcenſionem obliquam ad quamlibet Poli eleuationem inuenire.

Aſcenſio obliqua alicuius puncti Eclipticæ eſt arcus Æquatoris ab interſectione ♈ numeratus, qui cum dato Eclipticæ puncto in horizonte obliquo ſimul aſcendit: Vt Aſcenſio obliqua puncti Eclipticæ, eſt arcus Æquatoris L B; ſi quidem arcus ipſe, ſimul aſcendit ſupra horizontem obliquum A B C, in Sphera obliqua, cuius poli eleuatio eſt C E.

Quandoquidem differentia Aſcenſionalis eſt exceſſus, vel defectus inter Aſcenſionem rectam & obliquam; idcirco habita Aſcenſione recta per 2. Problema & differentia Aſcenſionali per proximè antecedens nullo ferè negotio Aſcenſio & deſcenſio obliqua innoteſcet, hac ſubſequenti tabulâ.

TABVLA.

Si declinatio data fuerit, vel

- Borea, vt in exẽplo primo — Subtrahe / vel / Adde — differentiam Aſcenſional. Aſcenſioni rectæ, & naſcetur quæſita. — Aſcenſio / Deſcenſio — obliqua
- Auſtralis vt in ſecũdo exẽplo. — Adde / vel / ſubtrahe. — differentiam Aſcenſional. Aſcenſioni rectæ; & prodibit quæſita. — Aſcenſio / Deſcenſio — obliqua

Exemplum primum, in declinatione Borea.

Sit Sol in 10 ♈ inquo quidem declinatio K M eſt 22 gr. Borea, Aſcenſio recta L M, 68 gr. 21′, differentia Aſcenſionalis B M 27 gr. 34′, ad poli eleuationem 48 gr. 52′. Subductis igitur 27 gr. 34 min. differ. Aſcenſ. ab Aſcenſione recta 68 gr. 21 min. (Iuxta tabulam) remanent 40 gr. 47 min. pro Aſcenſione obliqua ſolis nempe L B: contrà verò additis 27 gr. 34 min. ad 68. gr. 21 min, prodit Deſcenſio obliqua eiuſdem 95 gr. 55 min.

Exemplum ſecundum, in declinatione Auſtrina.

Sit quærenda Aſcenſio & Deſcenſio obliqua puncti Ecliptica ad initium ♑, ad poli eleuat. 49 gr. Aſc. recta eſt 270° 0′
cui addita diff. Aſc. 30 1
prodit Aſc. obliqua 300 1

270 gr. 0′
30 1 ſubtr.
230 59 deſcenſio obliqua

Exemplum tertium, in Stellis fixis.

Sit denique inueſtiganda Aſcenſio & Deſcenſio obliqua Stellæ Sirij, cuius Aſcenſ. Recta eſt 97° 15′ declinatio 16 gr. 12. min. Auſtralis, differentia Aſcenſionalis 19 25 hac addita Aſcenſ. rectæ
emergit Aſcenſio obliq. 116 40 At eadem ſubducta
remanet Deſcenſ. obliq. 77 50

PROBLEMA III.

Data Aſcenſione & Deſcenſione obliqua, ſub certa poli eleuatione, arcum Ecliptica ei congruum inquirere. Maginus lib. 6. primi Mob.


Sit in diagrammate præcedentis problematis hùc reuocato Meridianus A D E C, dimidius horizon A B C; Medietas Æquatoris D B F, cuius polus arcticus E, ſemiſſis Ecliptica

P K Q.

PKQ. Cum autem arcus Ascensionis, vel descensionis obliquæ situ quadrupliciter varietur; aut enim,

Primò, ab L Arietis Æquinoctio quadrantem circuli non excedit, vt arcus L B in prima figura; aut

Secundò circuli quadrantem excedens, non tamen semicirculum attingit, tunc verò auferri debet à semicirculo, vt relinquatur arcus, à libra numeratus in Antecedentia.



Aut *Tertiò* datur vltra semicirculum, ita tamen vt gradus 270 excedat, & tunc quidem detracto semicirculo sumitur tanquam ab initio libræ numeratus;

Aut denique in vltimo Æquatoris quadrante gradus 270 excedente, vt in 2 figura; tum demum arcus ille à toto circulo subtrahitur, vt remaneat arcus B ♈ numeratus ab ♈ in præcedentia. Idcirco omnes casus suis exemplis breuiter enucleabimus, hoc modò.

Ducatur primò in omnibus figuris à puncto B, veri ortus Æquatoris ad Eclipticam arcus perpendicularis B ♈, vel à puncto sectionis ♈, vel ♎ ad horizontem ♈ N, vel ♎ N. Vt Triangulum obliquangulum L B K in duo rectangula resoluatur.

Primum enim in Triangulo rectangulo L B O, dantur arcus Æquatoris L B Ascensioni obliquæ datæ respondens, & angulus B L O, maximæ declinationis, ex quibus innotescet latus L O, per 1 conf. 18 p. & inde reliquum B O. per 1. Ded. 17 p.

Porrò in eodem Triangulo L B O, data basi L O, cum angulo B L O, maximæ obliquitatis, dabitur L B O angulus pri-

mus, per 7 Conſect. 18 prop. qui quidem angulus L B O, eſt ſubducendus ab angulo L B K ſupplemento anguli L B N, eleuationis Æquatoris ſupra horizontem, atque hoc ſanè in primo & vltimo Æquatoris quadrante, vt in primo & ſecundo Schemate. Sed in ſecundo & tertio quadrante angulus C B F, ab eodem L B C auferi debet, vt habeatur angulus K B O, ſecundus.

Poſtemò in triangulo rectangulo K O B, ex datis angulo ſecundo K B O, & latere B O, prodibit O K per 4 Conſectarium. 8 propoſ. 2 cap. 1 part. quod quidem vltimum inuentum additur lateri L O, in primo & quarto Æquatoris quadrante, ſed in ſecundo & tertio ſubducitur ab eodem latere L O, vt conſurgat arcus Eclipticæ L K. At verò vt hæc euidentiora reddantur, adferemus exempla è Doctiſſ. Magino lib. 6. primi mobilis deſumpta, quibus omnis varietas in additione, & ſubductione liquidò conſtabit.

Exemplum primum, in primo Æquatoris quadrante, primæ figuræ congruens.

Sit propoſita obliqua Aſcenſio 57 gr. cuius arcus Eclipticæ congruus ad poli eleuationem 42 gr. quæritur, dico primum

1 per Logarithmos.

		ſin. max. obliq. compl.	tang. Aſc. obl datæ ♈ B.
Vt 1000000,		ad 996239:	ita 1018748
	primi		996239
Ad tangentem lateris ♈ O		54 gr. 42′ —	1014987

2

		ſin. max. obl.	ſin. Aſc. obliquæ ♈ B,
Vt 1000000,		ad 960070;	ita 992359
	ſecundi		960070
Ad ſinum lateris B O		19 gr. 32′ +	952429

3

sin.max.obl. sin.compl.cruris ♈ ☉,
Vt 1000000, ad 960070; ita 976182

960070

Ad sinum complementi anguli primi ♈ B O 936252 gr. 76. 41 mi. quo quidem ang. ab aggregato eleu. poli 42, & quadr. 90, nempe 132° 0

76 41

subducto, remanet angulus secundus K B O gr. 55 19

4

tang.ang. 2. K B O latus B O,
Vt 1000000, ad 1011962: ita 952429

1015962

Ad tangentem lateris tertij O K 25°47′ quod 968391, add. primo lateri ♈ O, prodit arc° Eccl. 80 29. id est in 20 gr. 29′ ♊

54 43

Quare Ascensio obliqua 20 29′ ♊ ad eleuationem 42 est 57 gr.

Exemplum secundum, in secundo Æquatoris quadrante.

Detur Ascensio obliqua ♈ B 126 gr. ad eandem poli eleuationem 42 gr. quæratur autem cuinam Ecliptic æ arcui competat. Hanc aufero à 180 nempe à semicirculo, & restat Ascensio obliqua à ♎ in præcedentia, vt est arcus ♎ B 54 gr.

1

Max. obliquitas 23 gr. 30′, sin. compl. 996239
Asc. obliqua ♎ B 54 tang. 1013873 L

1010112 ♈ O 51 gr. 36′ + latus ♈

2

sin. max. obliq. 23 gr. 30 min. 960070
sinus Asc. obliq. 54 o ♎ B 990795

950865. B O 18 gr. 49′ + latus 2.

3

	960070	
sinus compl. ♈ O	979319	
	939389 ♎BO	75 30+ ang 1. à quo
		subtr. 48 0 cõpl. eleu. poli
		restat 27. 39+

4

tang. anguli ♎ B O	971945	
sinus B Q	650865	
		51°36′+
	922810 tãg. lat. ter.	9 36—OK
180		
42		42 0

138 L K arcus Eclipticæ quæsitus ab ♈.

Exemplum tertium, in tertio Æquatoris quadrante.

Sit obliqua ascensio 234, ad eandem poli eleuationem, quæratur arcus Eclipticæ conueniens.

Ab ascensione data, ablatis 180, remanent 54 gr. pro L B, arcu ab initio ♎ numerato. Processus autem calculi, huius exempli est secundo Exemplo conformis quoad singula inuenta, differentia est tantùm in arcu Eclipticæ vltimò reperto, nempe 42 gr. qui semicirculo est addendus, vt arcus Eclipticæ quæsitus ab ♈ numeretur, nimirum 222 gr. ad 12 gr. ♏ pertinens.

Exemplum quartum, in vltimo Æquatoris quadrante.

Proponatur ascensio obliqua 327, cui Eclipticæ gradus cedens venit inquirendus. Hanc à toto circulo 360 subduco, & remanent 33 pro arcu Æquatoris K ♈.

1

996239	sin. compl. max. obliq.	
981252	tang. 33	B ♈
977491	tang. 30	47′ — ♈ O latus 1.

42
90
132

2

69 58
62 2. kBO ang. 2. 960070 sinus 23 30

360 973611 sinus Asc. obliq.
53 1 subtr.
186 59 arc. Ecl. Asc. 933681 sinus 12 32′ + BO latus 2.
eens. obl. datæ congruens.

3

960070
993405 sinus compl. ♈ O
953475 sinus compl. 69 gr. 58′ — ♎ BO ang. 2.

4

1027493 tang. KBO 62 gr. 2 min.
933681 sinus BO
961174 tang. 22° 14′ +
30 47 — ♈ O
53 1 arcus Ecliptic.

SCHOLIVM.


Idem Ecliptic. gradus L K obtineri potest assumpto Triangulo obliq. L B K, in quo dantur angulus B L K maximæ obliquitatis, & angulus L B K, qui est supplementum eleuationis Æquatoris supra horizontem, cum latere L B, ascensione obliqua data, per 23 prop. 2 cap. 1 part.


PROBLEMA V.

Data maxima Zodiaci obliquitate, ac Poli eleuatione complementum præfatæ maximæ obliquitatis excedente, Zodiacum semper apparentem, seu semper sub terra latentem inuenire.


Si eleuatio poli complemento maximæ declinationis minor

extiterit, omnia Eclipticæ puncta quotidie oriuntur & occidunt: Quia tunc singuli paralleli ab horizonte secantur, vt vi-





dere est in prima figura, in qua quidem poli eleuatio intelligitur arcus H D, qui minor est arcu H G, complemento maximæ declinationis G C: Tunc verò dies, noctesque artificiales nunquam diei naturalis quantitatem nempe 24 horarum excedunt.



Quòd si poli exaltatio fuerit complemento maximæ obliquitatis æqualis, vt in secunda figura, cùm scilicet vertex loci in circulum arcticum incident, omnes paralleli solis ab horizonte secantur: Soli vero Tropici ambo horizontem tangunt; quò fit, vt sole Tropicos perlustrante detur in æstate maxima dies artificialis horar. 24, & instans pro nocte, & in hyeme maxima nox artificialis totidem 24 horar. & instans pro die artificiali.

Verumtamen si poli altitudo fuerit complemento maximæ obliquitatis major, quod sanè contingit puncto verticali regionis versante inter polum mundi, & circulum arcticum omnes quidem parallelos non secat horizon, sed illos tantùm, qui ad quantitatem complementi eleuationis polaris ab Æquatore recedunt. Vt in tertia figura, in qua poli eleuatio HD major est complemento H G maximæ obliquitatis. Vnde horizon illos tantùm ferat parallelos diurnos, qui sunt inter æquatorem, & parallelum N D horizontem contingentem, qui sanè ab

Æquatore remouetur arcu DC, qui est complementum Altitudinis poli. Arcus itaque Zodiaci, quem parallelus N D, & Tropicus Cancri F G, intercipiunt, semper supra horizontem extat, qui quidem proponitur inquirendus.

Cum igitur altitudo Æquatoris seu complementum eleuationis poli sit declinatio illius paralleli supraterranei horizontem perstingentis, quærendum est per 3 probl. huius capitis, quodnám Eclipticæ punctum, habeat declinationẽ altitudini Æquatoris æqualem. Nam illius arcus complementum est semissis arcus non Occidentis, si declinatio Septentrionalis, aut non Orientis, si Meridionalis fuerit: Atque adeò arcus Eclipticæ inter illa puncta prædictæ declinationi competentia, concluſus erit semper supra terram apparens, oppositus verò ei semper infra terram latens. Veruntamen in his ratio tùm parallaxis tùm refractionis est habenda, addendo scilicet ad declinationem paralleli horizontem contingentis parallaxim Solis, quæ iuxta horizontem est. Vt placet Lansbergio 2 min. 18 sec. & ab eodem subducendo refractionem, quæ ex Tychonis & Lansbergij sententia reperitur 34 min. quæ tamen est longè major in locis Septentrionalibus, vt obseruationes à Naucleris Hollandiæ anno 1596, ad nonam Zemblam institutæ sub latitudine 76 gr. Vide Maginum lib. 6. probl. 16.

Exemplum.

Sit altitudo poli 80 gr. Æquatoris igitur 10, quibus additis 2′ & 18″ pro solis paralaxi, fiunt 10 gr. 2′ 18″; à quibus subductis 34 minutis pro eius refractione, remanent 9 gr. 28′ 18″. pro vera æquatoris altitudine, seu Solis declinatione, cui quidem respondent 24 gr. 22½ ♈ cuius complementum 65 gr. 32′ duplicatum, prodit 131 gr. 16′, & tantus arcus non occidit. Cùm autem 5 gr. & 38 min. ♍ congruit ipsa declinatio 9. 28′ 18″. Quamobrem concludo Eclipticæ arcum, qui in consequentia continetur inter 24 gr. 28′ ♈ & 5. gr. 31′ ♍ continuò extare supra horizontem, cui polus Arcticus exaltatur 80 gr. Contra verò arcum Zodiaci huic oppositum à 24, 28′ ♎, vsque ad 5 gr. 31′ ♓ semper infra horizontem latere, nulla refractionis parallaxisque correctione adhibita.


Verum ſicut arcus ſemper apparens ſupra terram prolixior eſt ob aeris refractionem, ita è conuerſo arcus, qui infra terram latet, minuitur. Sol enim in Meridiani ſitu dimidio gradu; quoad Shæræ rationem occultatus, in horizontis linea eſſe apparet. Quare ſi addantur 31′ dicto poli eleuationis complemento, naſcetur declinatio paralleli horizontem ſubterra contingentis, ex qua ſanè per tetium Probl. huius prodibit arcus ei competens in ſignis Auſtralibus.

Vt in dato exemplo additis 31 min. ad complementum eleuationis poli, 10, conſurgunt 10 gr. 31′. Pro declinatione ☉, cui congruit 27 gr. 15 m. ♎, tum etiam ad 2 gr. 45′ ☽. Atque adeò arcus ſub terra latens, eſt 125 gr. 30 min. minor arcu diurno 5 grad. 46′.

PROBLEMA VI.

Data altitudine Medij cæli cum angulo Eclipticæ & Meridiani diſtantiam verticis à nonageſimo gradu Eclipticæ ab ortu reperire.

Sit horizon E H B F cuius polus, ſeu vertex regionis N Meridiani medietas F N H, Eclipticæ ſemiſſis E G B, cuius punctũ B, Orientem; punctum E, Occidentem ſpectet, & punctum G, in Medio cæli altitudo Meridiana puncti G, in Medio cæli exiſtentis, ſit arcus H G; angulus verò Eclipticæ & Meridiani ſit A G N, diſtantia demum verticis N à præfato puncto A nonageſimi gradus ab Aſcendente B, ſit arcus N A quæſitus.



Sit deinde à polo horizontis N, quadrans circuli N C, per Eclipticæ punctum A, diſtantiæ nonageſimi gradus ab ortu B.

In Triangulo itaque rectangulo N A G, datur baſis, N G complementum altitudinis Meridianæ dati puncti G, in Medio cæli cum angulo Eclipticæ & Meridiani A G E N, ex quibus innoteſcet latus N A diſtantia nempe verticis à nonageſimo gradu

mo gradu ab Ascendente quæsita, per 1 Dedom. 17 prop. 2 cap. 1 part. vel per 19 prop. eiusdem. At verò principium ♋, vel ♑ Medium cæli tenente, nonagesimus grad. ab Ascendente erit ipsum punctum G, in Medio cæli existens: & proinde complementum altitudinis Merid. medij cæli distantia erit quæsita.

Exemplum.

Sit Medium cæli in 22 gradu ♉, cuius altitudo Meridiana ad eleuationem Parisianam 59 gr. 27 min. angulus Eclipticæ & Meridiani reperitur per 1 probl. huius 75 gr. 1 min. quibus concessis inquiritur distantia verticis à 90 gradu ab Ascendente, per prosthaphæresin 28 grad. 58′+ iuxta 19 propos. 2 cap. 1 part. hoc modo.

Ang. Eclipt. & Merid.	75° 1′			
compl. alt. Merid.	30 33			
Aggregatum	105 34	sinus	26836	excess. sup. 90, nempe 15 34′
differentia	44 28		70049	
			96885	
			48442	sinus 28 58′+ dist. quæs.

SCHOLIVM.


In principio ♋ & ♑ EG & EH in vnam coëunt: Quod si gradus Eclipticæ fuerit in G, ab initio ♑ ad initium ♋; tunc punctum H, Orientem spectat; in altera Zodiaci medietate, Occidentem.

Ergo nonagesimus est in Orientali quadrante, cum ascendunt signa Septentrionalia: In Occidentali cum Meridionalia.

At quando punctum medij cæli versatur in medietate Eclipticæ ascendente ab initio ♑ vsque ad ♋, numeratæ, nonagesimus gradus Eclipticæ ab ascendente reperitur in quadrante cæli Orientali; quia tunc portio Eclipticæ inter medium cæli & ascendentem est quadrante maior, per 3 cons. 5 prop. vt in superiori schemate. Sed quando medium cæli fuerit in altera Eclipticæ medietate descendente, quæ est ab initio cancri ad finem sagittarij; tunc gradus nonagesimus ab ascendente cadit in parte cæli Occidentali: quia ex parte Orientis Eclipticæ arcus est quadrante minor, vt in figura sequenti.

Magin. lib. 6. primi mobil. probl. 10.

Porrò angulus H E Q inclinationis E F circuli nonageſimi gradus ab aſcendente, qui per verticem ducitur cum Meridiano B E: innoteſcit data altitud. M C cum diſtantia inter 90 gradum ab aſcend. & medium cæli. Hic autem angulus ab horizontis arcu B F metitur, & ſemper amplitudini Ortiuæ puncti Eclipticæ Orientis eſt æqualis. Quare cognita ipſa amplitudine Ortiua per primum probl. huius, ſtatim notus erit angulus H E Q, hac analogiâ.



Vt radius ad ſecantem altitudinis M C: ita ſinus diſtantiæ inter 90 gradum ab aſcendente & M C, ad ſinum ang. quæſiti.

Poteſt & idem angulus indagari, ex angulo H Q E, Eclipticæ & Merid. & crure E H, diſtantia 90 à vertice: hac analogiâ.

Vt rad. ad ſec. E H; ita ſinus compl. anguli H Q E, ad angulum quæſitum.

Vel denique ex data baſi F G cum crure E H. Hac analogiâ.

Vt rad. ad tang. compl. E Q: ita tang. E H, ad ſinum compl. anguli quæſiti.

PROBLEMA VII.

Dato medij cæli gradu, altitudine eius Meridiana, cum angulo Eclipticæ & Meridiani, punctum Eclipticæ in Aſcendente repertum inuenire.

Sit Triangulum rectangulum E H A, figuræ proximi antecedentis probl. hùc reuocatæ: In quo Διδόμενα ſunt E G, complementum altitudinis gradus medij cæli G, nempe B G, angulus E G H, Eclipticæ & Meridiani, ex quibus explorare oporteat punctum Eclipticæ C, ad partem horizontis Orientalem.

Inuento latere H G diſtantiâ nempe medij cæli à nonageſimo gradu ab aſcendente; per Scholium antec. problematis; hanc diſtantiam ſubtrahe ab arcu Eclipticæ (qui ab ♈ ad grad. medij cæli numeratur) ſi punctum illud medij cæli fuerit in

medietate Eclipticę descendente, nimirum ab initio Cancri vsque ad Capricorni principium, atque ita remanebit arcus Eclipticæ, cui additis 90 gradibus, prodibit arcus Eclipticæ, in ascendente desinens.

Si verò punctum medij cæli in medietate Zodiaci ascendente extiterit, quæ est ab initio Capricorni ad finem Geminorum ipsam distantiam vnà cum quadrante arcui Eclipticæ adde, & consurget arcus Eclipticæ in ascendente constitutus.

Si tandem medium cæli versetur in Cancri principio, nulla opus erit supputatione; tunc enim initium Libræ in quouis horizonte oritur. Eadem quoque ratione quando principium Capricorni medium cæli possidet, principium ♈ horoscopum tenet. Sed vt hæc magis eluceſcant exempla duo afferemus.

Exemplum primum.

Sit medium cæli in 22 gradu ♉, cuius altitudo Meridiana ad poli eleuationem 49 gr. est 59 gr. 27′, pro arcu B G, & proinde eius compl. G E 30 gr. 33′, angul. Eclipticæ & Meridiani H G E 75 gr. 1′, quibus datis quæro primùm arcum G H, distantiam scil. medij cæli G, à nonagesimo gradu H; per Scholium præcedentis, probl. hoc modo.

Vt radius, ad sinum compl H G E : ita tang. compl. alt. Merid. E G,
1000000, 941252; 976870,
976870

Ad tangentem 918122, arcus distantiæ G H 8 gr. 38′ — hanc addo ad artum medij cæli 52 ab ♈ numerato, consurgunt 43 gr. 22′,
8 38

quibus addito quadrante 98 38
prodit arcus Eclipticæ 150 38, ad horizontem Orientalem desinens, qui signa conuersus ostendit o 38′. ♍ pro ascendentis loco, ad eleuationem 49 gr.

Exemplum secundum.

Sit medium cæli in 27 ♌ ad eandem eleuationem, altitudo Meridiana 13 gr. 33′. Angulus Eclipticæ & Meridiani 69 grad. 57′, ex quibus quæratur locus horoscopi. Processus est hic.

986841 tang compl.alt. Merid.36 gr.27′
953509 ſinus compl.ang.H,
940350 tang. 14 gr.13′ pro GH, quâ ſubducta.

à 147 gr. pro 25 gr. ☊
14. 13 ſubtr.

reſtant 132 37
90

222 34, id eſt 12 gr. 37′ ♏ pro horoſcopi loco.

Exemplum tertium.

Sit medium cæli in 9 gr. ♒, cuius altitudo Meridiana eſt 25 gr. 57 min. ad eleuationem 46 gr. angulus Eclipticæ & Meriniani 74 gr. 42′, ex his autem quæratur locus aſcendentis.

10312 78 tang. compl. altit. Merid.
9421 39 ſin. compl. ang. Eclipt. & Meridiani

973417 tangentem 28. grad. 28′, cui quidem addito quadrante vnâ cum longit. medij cæli ab ♈, numerata, quæ eſt 309 gr. 0

27 28
90

426 28
360

& fiunt 426 gr. 28′, à quibus ablato circulo reſtant gradus 66 28 qui exhibent locum Aſcendentis in 6 gr. 28′ ♊


PROBLEMA VIII.

Data altitudine Meridiana puncti in medio cæli exiſtentis, cum angulo Eclipticæ & Meridiani, angulum Eclipticæ & horizontis inquirere.

Sit Meridia. T R Z V: ſemiſſis Eclipticæ T S Z: dimidius horizon R S V, punctum B, ſit Oriens vel Occidens; & T medium cæli, ſeu punctum culminans: Z verò in Meridiano ſubterraneo. Sitque altitudo medij cæli ſupra horizontem T R; angulus Eclipticæ & Meridiani S T R; angulus demum quæſitus T S R.

In

In Triangulo rectangulo TRS, detur RT altitudo Meridiana 25 gr. 57 min. ad eleuationem 46 gr. angulus RTS 74 gr. 42 min. ex his sane innotescet angulus RST, per 6 Dedom. 17 prop. 2 cap. 1 part. Vel per 19 prop. eiusdem, hoc modo.



Praxis per Prosthaphæresin.

Angulus Eclipt. & Merid. 74° 42′
compl. altitudinis Merid. 64 3 gradus MC

differentia 10 39 sinus compl. 98277
Aggregatum 138 45 sinus excessus 75184

173461
86730 sinus complementi anguli quæsiti 39 gr. 51′, ABD, Eclipticæ & horizontis.

Idem angulus potest & inueniri, hac analogiâ.

Per Logarithmos.

Vt radius, ad sinum anguli Eclipt. & Merid. Ita sin compl. alt. Merid.
1000000, 998432; 995384,
995384
Ad sinum comple- 993816 menti 29 gr. 51′ pro angulo ABD.

PROBLEMA IX.

Datis amplitudine Ortiua, cum angulo Eclipticæ & horizontis gradum medij cæli explorare.

Inquiratur angulus Eclipticæ & horizontis per præcedens problema, & amplitudo Ortiua gradus ascendentis propositi, per primum probl. huius capitis. Deinde fiat vt radius ad tangentem amplitudinis ortiuæ: Ita sinus complementi anguli

Ecliptice & herizontis ad tangent. complementi arcus Ecliptice inter medium cæli & horoscopum. At quando ascendens in signis Septentrionalibus versabitur sumendum est complementum amplitudinis ortiuæ, & arcus ex quotiente emergens, addendus arcui ab ♈ initio ex parte Occidentis, vt innotescat arcus in M. C. desinens qui quæritur. Sed in signis Australibus est auferendus ab arcu dato ad punctum horoscopi terminato, vt euadat arcus ad medium cæli, pertinens.

Exemplum.

Detur ascendens in 6 gradu 28 ♊ ad poli eleuationem 46 grad. amplitudo Ortiua, quæ quidem per 1 probl. huius cap. reperitur 31 gr. 46′, & angulus Ecliptice & horizontis 29 gr. 51′, ex his prodit arcus Ecliptice inter M. C. & horoscopum, hac analogiâ.

Vt radius, ad tang. ampl. Ortiuæ: ita sinus compl. anguli Eclipt. & horiz.
1000000, 979184, 993818,
993818

Ad tangentem com- 973002, plementi 61 gr. 41′, qui quidem arcus est addendus arcui Ecliptice horoscopi dati ab ♈ initio nempe 66 gr. 28′ (addito prius semicirculo seu 180 gr.) vt habeatur arcus 308, ad M. C. pertinens.

Idem gradus M. C. colligi potest ex data Ascensione obliqua gradus horoscopi dati, hoc modo.

Inquiratur ascensio obliqua gradus ascendentis dati, à qua dempto quadrante, remanebit ascensio recta medij cæli, postea quæratur arcus Ecliptice ei debitus, per 3 probl. 3 capitis, & prodibit quæsitum.

CAPVT IIII.

De Duplici ortu; nempe Astronomico & Poëtico.

PROBLEMA I.

Data Ascensione, vel Descensione Stellæ obliqua, cum poli eleuatione punctum Eclipticæ, cum quo Stella quæuis oritur, vel occidit indagare.

HOc problema est 13 Regiom. Direction. & consequitur ex 3 probl. cap. anteced. Cùm enim punctum Eclipticæ cum quo stella quælibet supra horizontem obliquum oritur, vel occidit, Eclipticæ arcum ascensioni ipsius obliquæ debitum definiat; punctum verò cum quo ipsa stella occidit, arcum eiusdem Eclipticæ ascensioni obliquæ congruentem terminet, liquido constat ex supra dictis, Eclipticæ punctum cum quo stella oritur, aut occidit inueniri ad quamcunq; datam poli eleuationem. Inuenta enim ascensione obliqua stellæ, vel eius descensione per probl. antec. quærendum est punctum Eclipticæ ei congruens per præfatum 3 probl. quod sanè punctum erit illud, cum quo stella oritur, si data fuerit ascensio obliqua; vel cum quo stella occidit, si obliqua descensio data fuerit.

Exemplum.

Sit Stella venter ceti cuius longit. ad annum 1630 est 12 gr. 50′, ♈ latit. 25 gr. 1′ Merid. quæratur autem cum quo Eclipticæ puncto ipsa stella oriatur & occidat ad poli eleuationem 48 gr. Primum eius declinatio prodit 12 gr. 6′ Merid. Ascensio recta 23 gr. 20′ per 2 probl. 1 cap. differentia verò ascensionalis ad eleuationem 48 reperitur 13 gr. 47′+ per 1 probl. 3 cap. quâ quidem ascensioni rectæ additâ emergunt 37 gr. 6′, pro ipsius stellæ ascensione obliqua; subducta verò ab eadem remanent 9, 34 pro eiusdem descensione obliqua. Quæsito tandem Eclipticæ arcu, tum ascensioni, tum descensioni obliquæ congruen-

te per 3 probl. 3 cap. exibit 4 gr. 25 ♊ pro ſtellæ datæ ortu, & 7 gr. 2. min. ♈ pro eiuſdem occaſu.

SCHOLIVM.

Idem colligi poteſt ex data declinatione & aſcenſione recta ſtellæ cum poli eleuatione; reddita enim vel ablata aſcenſionali differentia ab aſcenſione recta, prout Meridionalis, vel Septentrionalis fuerit declinatio, prodibit obliqua ſtellæ aſcenſio, qua tandem adquiſitâ facilè ex tabulis aſcenſionum obliq. vel ex ſuprà dictis dabitur punctum Eclipticæ cooriens, vel occidens.

Aliter.

Addatur arcus ſtellæ datæ diurnus aſcenſioni obliquæ, & prodibit aſcenſio obliqua puncti orientis, dum ſtella occidit, quo quidem cognito, iuxta 3 probl. 3 cap. punctus quoque diameter ei oppoſitus haudquaquam latebit, cum quo videlicet ſtella data occidet.

PROBLEMA II.

Omnes Ortus & Occaſus Poëtici ſpecies exponere.

In antecedenti cap. probl. 3 expoſuimus, affectiones primi mobilis phenomenon, quæ aſcenſiones & deſcenſiones ſignorum Eclipticæ eorumque partium, ſeu ortus & occaſus Aſtronomici dicuntur: Iam ſupereſt affectio ſtellarum ſine apparitionis occultationiſque earum ad ſolem comparatio, quæ quidem vulgo, Ortus & Occaſus Poëticus vocatur, cuius tres vulgò conſtituuntur ſpecies, nempe Coſmicus Acronychus & Heliacus.

Ortus occaſus Coſmicus à Kelpero dicitur ille quando ſtella ſine reſpectu ſolis ſuper horizontem mundanum emergit, vel ſub eum deſcendit. Aſtronomi vocant κοσμικον, id eſt mundanum ortum; quia tempore matutino mundus quaſi reuiuiſcit, & ſuas de nouo actiones incipit. Vide Kekerm. Syſt. Aſtron. pag. 260.

Ortus Acronychus eſt, cùm ſtella in vno acro ſeu extremitate noctis,

noctis, id est in eius principio oritur emergens supra horizontem, sole è regione sub horizontem occidente.

Occasus Acronychus est, cùm stella in vno acro seu noctis termino, id est in eius fine occidit; vel sic, quando stella vnà cum sole sub horizontem occidit.

Ortus Heliacus est, cùm stella, quæ antea propter solis vicinitatem non conspiciebatur, iam ipso remoto, noctu iterum apparere incipit.

Occasus Heliacus est, cùm stella, quæ anteà propter solis ab ea maiorem distantiam noctu conspiciebatur, iam ipso appropinquante apparere desinit. Ortus autem huiusmodi maximum habent vsum in Poësi, Historiâ, & Astrologia, præcipuè circa prædictiones Meteorologicas ex ortu & occasu stellarum fixarum cum sole.

Operatio enim Solis & Lunæ valde intenditur & acuitur, si aliqua efficax stella fixa simul cum sole oriatur. Exempli gratia, diebus Canicularibus magnus fit æstus; eò quòd stella Canicularis, siue stella Sirij tum temporis simul cum sole oriatur, quæ stella est valde calida, ita vt solis calorem acuat & stimulet. Sic mensæ Nouembri cum sole oriuntur stellæ quædam in tergo Tauri, quæ vocantur Pleiades: idcirco mense illo crebrę sunt pluuiæ: quia illarum stellarum virtus est humida. Et sic tempestates omnium dierum totius anni prędicuntur ab Astrologis ex ortu stellar. fixar. cum sole. Tum verò Poëtæ certum aliquem mensis diem descripturi cum quadam singulari efficacia & authoritate, solent suæ descriptionis argumentum sumere ex nobilis alicuius stellæ comparatione ad solem. Idem quoque obseruant Historiographi & Scriptores rei rusticæ, in temporum descriptionibus. Ideoque hæc ortuum & occasuum Poëticorum ratio ad loca veterũ scriptorum intelligenda conducit; veteres enim in omni descriptione ortus & occasus stellarum, vel ex certa ortus & occasus speciem tempus inde colligendum & diuinandum lectoribus relinquere consueuerunt; Vel tempus ortus & occasus exprimere ortus specie non expressa. Ortus & occasus Poëticus diuiditur & in verum & apparentem. Vtrumque iterum faciunt duplicem, matutinum scil. & vespertinum.

Ortus & occasus verus matutinus, idem est, qui Cosmicus:

sed verus vespertinus, nunc Acronychus vulgò dicitur. Ortus autem Occasus apparens tam matutinus, quàm vespertinus stellis, orientibus & occidentibus competunt. Cum enim sol motu annuo per totum Zodiacum moueatur, necesse est, vt ortuum & occasuum horum verorum species omnibus istis stellis ex æquo distribuat. Venus tamen & ☿, propterea quod à sole breui tantùm interuallo recedunt, occasu matutino vero seu cosmicè occidere, & ortu vespertino vero seu Acronycè oriri non possunt. In sphæra igitur recta, vbi fixarum stellarum nulla est inoccidua, hi ortus & occasus omnibus communicantur. Competunt & ortus & occasus apparentes, seu heliaci omnibus stellis, quæ horizontem subeunt, diuersimodè tamen. Etenim heliacus matutinus, & occasus vespertinus accidunt stellis, quæ motu suo sunt sole tardiores, cuius gratia vesperi à sole præuentæ euanescunt, & manè relictæ iterum cernuntur.

Sed antequam ad exemplorum cuiusque speciei ortus & occasus accedamus, consentaneum est, vt primò quænam stellæ oriuntur & occidunt in data poli eleuatione, ostendamus; quod sanè facile fiet, si conferatur declinatio stellę cum eleuationis poli complemento, borea quidem; in plaga nostra Boreali; Australis verò, in plaga Australi. Si enim complementum eleuationis poli, stellæ declinatione maius fuerit, stella in dato horizonte oritur & occidit: Si verò minus extiterit, stella nec oritur nec occidit: Si demùm latitudinis regionis, & stellæ declinatio penitus conuenerint stella loci horizontem ambit, & huiusmodi stellæ dicuntur horizontales.

Exemplum.


Sit declinatio Lucidæ Lyræ ad annum 1630, 38 gr. 29, Borea & eleuatio poli supra horizontem 49 grad. ad quam explorare cupio, vtrùm ipsa stella orietur & occidet.

Subducta declinatione stellæ 38 gr. 29′ à complemento eleuationis poli 41 gr. restant 2 gr. 31′, pro differentia, quæ est demersio stellæ sub horizontem, quæ sanè arguit hanc stellam in tali horizonte oriri ac occidere. At in altero horizonte in quo poli eleuatio 3, aut pluribus gradibus hanc 49 grad. excedit, eadem stella neque oritur, neque occidit: Vt in eleuatione poli

54 gr. eius complementum est 36 gr. minus declinatione stellæ 38 gr. 28′, nempe duobus gradibus & 29′. Vnde pronuncio in eleuatione 54 gr. Lucidam Lyram nec oriri, nec occidere. Hisce iam expositis exempla horum ortuum & occasuum adferemus.

Demonstratio ortus Cosmici.


Sit Meridianus A B C D, dimidius horizon A E C, medietas Æquatoris B E D, cuius polus H, semissis Eclipticæ F M I, eius polus N, distans à polo Æquatoris in circulo arctico, 23 gr. 30′, qualis est maxima Zodiaci obliquitas. Sitque R Lucida Lyræ, cuius longitudo ad annum 1630, datur in 10 grad. 8′ ♑, latitudo 61 gr. 47′ Borea, quæ arcu O R, denotatur, declinatio P R, 38 gr. 29′. Ascensio recta 276 gr. 5 arcus C H est poli eleuatio quam hic ponimus 49 gr. punctum denique Eclipticæ, cum quo stella R, simul oritur vel occidit sit E, quod proponitur inquirendum.



In Triangulo Rectangulo E O R datur angulus E R O per consect. 6 probl. 1 cap. cum crure R O latitudine stellæ, hinc emerget arcus E O per 1 consect. 18 prop. 2 cap. 1 part. Hic arcus si auferatur ab arcu longitudinis stellæ datæ inuenietur punctum Eclipticæ, cum quo ascendit Lucida Lyra, nempe in 21 gr. 9′ ♎.

Demonstratio occasus Cosmici.

Sit vt in priori diagrammate inuerso Meridianus A B C D, dimidius horizon A E C, cuius polus G, Æquatoris medietas B M, cuius polus H, semissis Eclipticæ I E F, eius polus N, sitque punctum R eadem stella Lucidæ Lyræ in occiduo hori-



zonte. Retentis igitur iisdem δεδομένοις, quæ priùs, ex iis sanè colligitur ex supra dictis angulus O R E, & inde arcus E O: vel breuiùs assumpto triangulo M R P, in quo datur differentia ascensionalis M P 66 grad. 8′. per 1 probl. 2 cap. qua quidem ascensioni rectæ stellæ 275 grad. 5′ addita prodit 342 gr. 13 pro descensione obliqua stellæ datæ, quæ ad punctum M in Æquatore desinit. At quoniam tabulæ Regiomontani, non descensiones obliquas, sed tantum ascensiones obliquas, & arcus Ecliptice hisce congruentes, & vice versa comprehendunt. Ideoque vt eædem tabulæ nobis vsui sint, semper addendus est semicirculus, seu 180 gr. inuentæ ascensioni obliquæ, & si productum excesserit, circulus auferatur à producto, & remanebit ascensio obliqua signi & puncti quæsiti in Ecliptica oppositi. Vt patet exemplo sequenti.

Asc. recta stellæ datæ	276°	5′
differētia ascens. add.	66	8
desc. obliqua stellæ	842	13
semicirculus additus	180	
productum	522	13
circulus subtractus	360	
Ascens. obliq.	162	13, gr. 17. 4′ np.

Et proinde punctum ei oppositum est 17 gr. 4′)(. cum Lucida Lyræ simul occidit.

Ratio facillima tempus eliciendi ex ortus, vel occasus specie definita, vel contra speciem ex tempore expresso.

1. Perquire gradum Ecliptice cum quo stella data oritur, vel occidit.

2. Cum isto gradu, quære quo die sol ad illum gradum iuuentum tempore priscorum venerit. Ex gradu & die inuentis tempus, quod illo ortu aut occasu indicatur, nullo negotio colligere poteris.

Contra verò si species ortus vel occasus, facta temporis mentione est diuinanda.

1. Vide quo in loco Ecliptice sit sol tempore ab auctore expresso,

2. Per-

2. Perpende locum Eclipticæ, cum quo ſtella, de qua fit mentio, oritur vel occidit, eumque cum ſolis loco confer.

3. Si locus ortus, vel occaſus ſtellæ, cum loco ſolis congruat, dices id fieri ortu Coſmico, vel occaſu Acronyco: Si opponatur, occaſu Coſmico, vel ortu Acronyco. Si antecedat ortum ſolis, ortu heliaco: ſi ſequatur, occaſu heliaco.

Ad hoc negotium duas appoſuit Tabulas Mœſtlin. in Aſtronom. pag. 253. ad quas Lector recurret, quarum vna ortus & occaſus ſtellarum fixarum inſigniorum continet ad horizontem Alexandriæ & Romæ vrbium ſupputata, ad quas Poëtæ aliique Scriptores ſuas deſcriptiones vt plurimum direxiſſe creduntur. Numerantur autem iſti ortus & occaſus ad principium annorum Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, circa quod, ſiue paulò pòſt, ſiue haud multùm antè plerique illorum vixerunt.

Altera verò tabula locum ſolis ad ſingulos dies annorum eiuſdem ſæculi exhibet, quarum vſus cum Exemplis cuiuſque ſpeciei ordine decenti ſequitur.

Exemplum ortus Coſmici.

Virgilius 1. Georg.

Vere fabis ſatio eſt, tunc te quoque medica putres
Accipiunt ſulci, & milio venit annua cura:
Candidus auratis aperit cum cornibus annum
Taurus, & aduerſo cedens Canis occidit Aſtro.

Hîc Virgilius tempus vernum, quo ſeruntur legumina expreſſit, quod fit. Sub initium Aprilis, quàm ſol vernalem quadrantem percurrit. Cùm autẽ Poëta dicat, candidum Taurum cornibus auratis aperire annum, dico eum loqui de ortu Tauri Coſmico, qui fit, quando ſol in Taurum ingreſſus, manè cum eo oritur. Ingreditur autem ſol Taurum die 17 Aprilis, vt ex tabula patet. Ergo ſignificare voluit menſem Aprilem, in quo mane vnà cum ſole Taurus ſupra horizontem emergit, cum eo tempore ſol in Tauro verſetur.

Stella Plejades ſunt in ceruice ♉

Exemplum occasus Cosmici.

Ibidem:

At si triticeam in messem, robustaque farra
Exercebis humum, solisque instabis aristis,
Ante tibi Eoæ Athlantides abscondantur,
Gnosiaque ardentis decedat stella coronæ,
Debita quàm sulcis committas semina.

Hîc Poëta sine temporis mentione speciem ortus exprimit: Cùm inquit, Atlantides, id est Pleiades, abscondantur tibi Eoæ, id est Matutinæ, hoc est, Occidant manè Cosmicè, quod fit sole oriente. Quæro igitur ex tabula gradum, cum quo Pleiades descendunt & Iuuenio 4 gr. Tauri. Cùm autem occasus Cosmicus matutinus fiat respectu solis orientis, & stellæ ipsi soli oppositæ è regione occidentis, colligo solem fuisse è regione in 4 gradu Scorpij, quem gradũ, vt in tabula reperitur, Sol tenuit 23 Octobris, circiter, quo tempore fit satio Autumnalis.

Exemplum ortus Acronychi.

Ouidius 6 Fastor.

Tunc oritur magni præpes adunca Iouis.

Hîc tempus determinat Poëta, loquitur enim de primo die Iunij, quo sol tenet 16 ♊: At oritur Aquila Romæ cum 10 gr. ♑. Quare vesperi sole descendente è regione Aquila oritur. Ergo Ortus Acronychus est.

Exemplum occasus Acronychi.

Ouidius 2 Fastor.

Proximus hesperias Titan abiturus in vndas,
Gemmea purpureis cum iuga demet equis:
Illa nocte aliquis tollens ad sidera vultus
Dicet, vbi ex hodie, quæ Lyra fulset heri.

Tempus ex orationis contextu sumptum Februarij diem 2, vel 3, exprimit, quo sol existit in 18 gr. ♒. Occidit autem Lyra

Romæ cum 2 gradu eiuſdem ſigni paulò ante ſolis deſcenſum: Ergo Lyra Acronycè occidit.

Exemplum ortus Heliaci.

Virgilius lib.1. Georg.

Gnoſiaque ardentis decedat coronæ,
Debita quàm ſulcis committas ſemina.

Virgilius loquitur de Autumnali ſatione, vt ex præcedenti verſu elicitur, quo tempore ſol eſt in principio Scorpij. Cum autem Corona oriatur Romæ cum 27 gradu ♏: Alexandriæ cum 7 ♎, quæ loca cum locum ſolis antecedant contra ſ.ſ. manifeſtum eſt ortum Heliacum eſſe intelligendum. Nam Corona manè ſurgit & conſpicitur, ſol verò adhuc infrà horizontem latet, quod paucis diebus antè fieri non poterat neceſſe eſt eam manè conſpici, ſole adhuc infra horizontem exiſtente. Eſtque Hypallage in verbo decedat, illud pro liberetur à radiis ſolis eſt ſumendum: Corona enim non recedit à ſole, ſed ſol ab ea, & 29 Octobris ſemina ſulcis committenda eſſe mouet.

Exemplum occaſus Heliaci.

Virgil.lib.1.Georg.

Candidus auratis aperit cum cornibus annum
Taurus, & aduerſo cedens canis occidit aſtro.

In verſu poſteriore loquitur Poëta de ſolis in Taurum ingreſſu, qui tempore Virgilij circa medium Aprilis fiebat Occidit autem Canis Romæ cum 22 gr. ♉. Quare ſole veſperi Occidente, Canis conſpici veſperi deſinit.

Alterum exemplum.

Ouid.1.Faſtorum.

Septimus hinc oriens cum ſe demiſerit vndis.
Fulgebit toto iam Lyra nulla polo.

Diem ibi notat Virgilius 22 Ianuarij, quo Sol exiſtit in 7° ♒. Sed cùm Lyra Alexandriæ occidat cum 22 ♒, poſt 22 Ianuarij

vesperi post solis occasum, non amplius conspicitur. Lyræ igitur occasus Heliacus denotatur.

Cæterùm ortus & ocacsus heliacos vespertinos obeunt stellæ sole velociores. Iste sunt, Venus & ☿, quando cursu veloces sunt, & Luna. Hæ enim stellæ ad solem accedentes radiis eius immiscentur, & ab eo recedentes vesperi ex radiis eius se euoluunt. Keplerus etiam Analogicè excipit aliquid intra polares, seu in zonis frigidis, nimirum si sol & sidera versentur in signis, quæ præposterè oriuntur & propè Eclipticam: Nam si sol in iis tàm profundè mergeretur sub horizontem, vt emicare sidera possent, non tantùm cæteræ species ortuum & occasuum, sed ipsi etiam heliaci rationes hic explicatas omnes tenerent permutatas. Notentur hæc.

1. Omnes stellæ fixæ occasu heliaco matutino occidunt, quæ sole exoriente, & ex oculis nostris euanescunt, quod quidem omnibus stellis accidit.


2. Omnes stellæ Ortu heliaco vespertino Oriuntur, quæ post occasum solis supra horizontem à nobis conspiciuntur, aut conspici possent, si cœlum foret serenum.

Postremò interuallum quo stella fixa à sole distare debet, vt ea cerui possit, libera à solis radiis, inæquale est, nec potest certograduum numero determinari, tum ratione magnitudinis fixarumque luminis; tum varia horizontis plaga, quæ non æqualiter à crepusculo illuminatur; atque etiam ratione inæqualium ascensionum & descensionum singularum Zodiaci partium sub quouis horizonte, de quibus plura Regiom. lib. 8. prop. 11. & seq. Epitome in Alma gestum Ptolomæi. Artifices tamen, Ptolomæus præsertim, hos terminos emersionis, apparitionis & occultationis stellarum, ex radiis solaribus determinarunt. In stellis fixis primi honoris graduum 12, secundi 13, tertij 14, quarti 15, quinti 16, sexti 17, & denique stellis minutissimis 18. Quando enim sol tot gradibus ab horizonte remotus est, siue infra horizontem depressus, tum omnes stellæ etiam minimæ conspici possunt; nisi cum plena est luna, tum enim minutissimæ stellæ conspectum nostrum fugiunt, & velut heliace occidunt. In planetis autem artifices quoque terminum apparitionis & occultationis inuestigarunt. In venere quidem 5 graduum, in Mercurio & Ioue 10 gr. in ♄ 11 gr. in ♂ 12 ½. In

Luna

Luna demum nullus datur terminus certus, ſed interdum eo die, interdum altero, vel tertio, vel tandem etiamquarto poſt nouilunium emergit ex radiis ſolaribus, prout eiusmotus diuerſitas tulerit. Ortus autem & occaſus heliacus cuiuſcunque ſtella inuenitur per Triangulor. Sphær. doctrinam, hoc modo.

Sit Circulus Meridianus A B C, Medietas Eclipticæ A E C, cuius polus H, à quo deſcendat circulus latitudinis ſtellæ, H M I ſitque mundi polus F, à quo deprimatur circulus declinationis F M P; atque adeo F H polorum erit diſtantia dimidius horizon B E D, in cuius puncto E ponatur primùm ſtella manè apparere, aut veſperi, in ipſa Ecliptica, vel extra ipſam atque adeo nonageſimus gradus A, oriens E. Sit præterea ſol ſub horizonte occultatus in puncto O, & à polo horizontis, ſeu vertice regionis deſcendat circulus verticalis G N O cuius arcus N O, inter horizontem & ſolem interceptus dicitur arcus viſionis, qui quidem eſt diſtantia ſolis infra horizontem primæ apparitioni, vel occultationi ſtellæ deputatus. Sit denique arcus E O interuallum emerſionis vel occultationis quæſitus.



In triangulo rectangulo E N O, præter angulum rectum E N O, quem verticalis cum horizonte facit, datur etiam angulus N E O Eclipticæ & horizontis per 8 Probl. antec. capitis cum latere N O, ei oppoſitum, ſcilicet portio verticalis, quum demergitur ſol ſub horizontem: Quare non latebit baſis E O, qui arcus eſt inter ſtellam E, coorientem vel coocciden-tem, & O ſolem, per 3 Dedom.

Exemplum 1. è Magino desumptum lib. 8. primi Mobilis.

Sit locus Martis in 18 gradu ♉, absque latitudine vt in puncto E, angulus autem N E O, Eclipticæ & horizontis ex parte Orientis reperitur per 8 præfatum Problema 26 gr. arcus verò visionis Martis datur 11 gr. 30. Ex quibus Arcum eius apparitionis, aut occultationis E O inuenio, per 3 Dedom. Sed hic arcus E O addendus ad punctum Eclipticæ cum quo stella cooritur, subtrahendus ab eo puncto Eclipticæ, quod cum stella cooccidit, vt habeatur locus soli occupandus, vt patet operatione sequenti.

Vt sinus anguli N E O, ad sinum N O; ita radius E N O.

964184, 929965, 1000000

1000000,

1929965,

964184,

Ad sinum basis E O, 865781, grad. 27 3′ pro arcu apparitionis matutinæ, quâ tandem addita loco Martis, in 18° ♉, prouenit locus Solis in 15 gr. 3′ ♊. Quare cùm Sol hunc Zodiaci locum occupauerit, incipiet Mars manè videri in gradu ♉, hoc est orietur heliacè.

Quòd si occasum heliacum eiusdem Martis inuenire cupias, necesse est inquirere angulum Eclipticæ, & horizontis ex parte occidentis, qui sanè per 8 Problema erit 58 gr. 28′, ex quo & eodem arcu visionis colligetur interuallum apparitionis vespertinæ Martis, hoc modo.

Arcus visionis 11° 30′ eius sinus 929965

1000000

1929965

Sinus anguli Eclipt. & horiz. subtr. 993061

Restat sinus 13 gr. 31′+ pro arcu 936904. E O, apparitionis vespertinæ, quo subducto, à loco Martis 18 gr. ♉, seu 48 gr.

13 31

Remanebit locus Solis in 4° 29′ ♉. 34 29— quem occupare debet, vt Mars heliacè occidat.

Sit in eodem diagrammate punctum M, caput Medusæ, cu-

ius longitudo iuxta Magini calculum est grad.20, 37′, latitudo 22 gr.22′ Borea, declinatio 39 gr.21′, 40″, itidem Borea, quæ stella oritur ad poli eleuationem 45 gr. (ex Magini calculo) cum gradibus 2 grad.54′)(, in quo puncto inuenitur per 8 problem.angulus N E O, Eclipticæ & horizontis in Oriente 22 gr. 50′. Præterea cum stella data sit secundæ magnitudinis arcus N O erit 13 grad. quibus datis prodit arcus E O 35 grad. 26′— qui puncto ortus ipsius stellæ 2 grad.54′)(additus, efficit verum locum solis 8 gr.20′ ferè ♈, quo in loco sol versari debet, vt hæc stella primùm è radiis solaribus libera manè conspici incipiat.

Sinus arcus visionis, cum radio, 1935209
angulus Eclipt. & horizontis 958889

apparit.interu.quæs.35° 26′ ferè 976320

2 54
38 20, id est 8°, 20′ ♈, quem gradum sol possidere debet, vt prædicta stella oriatur Heliacè.


Si verò occasum eiusdem stellæ vespertinũ quæras, ex 1 problema huius capitis. Inuenies occasum Astronomicum huius stellæ fieri cum 12 gr.51′, penes quem gradum angulus Eclipticæ & horizontis, ex parte Occidentis prodit 47 gr.25′, hinc nascetur interuallum occultationis: Vt hic videre est.

sinus arcus visionis cum radio 1935209
angulus Eclipticæ & horizontis 986693

interuallum occultationis quæs. 948516 17 gr.47′+

Aliter.

In schemate adiuncto sit Meridianus B C D E, semissis Eclipticæ B G D, dimidius horizon C G E, cuius polus H, à quo descendat circulus verticalis H A I, in quo quidem arcus A I est arcus distantiæ solis infra horizontem, & punctum G gradus Eclipticæ, qui cum stella M, vel N in Oriente, cooritur, vel in



Occidente simul descendit. Sit deinde gradus Eclipticæ in Meridiano culminans D, ex quo & gradu G, innotescit G D vnum trianguli D E G latus. Declinatio autem puncti D, culminantis (quæ ex primo problem. inueniri potest) addatur altitudini Æquatoris: si Septentrionalis fuerit, vel ab ea auferatur: si Meridionalis extiterit, & nascetur D E alterum eiusdem trianguli G E D latus. Porrò angulus, ad E sectionis Meridiani & horizontis, rectus est per 6 prop. 2 cap. 1 part. Quare angulus ad G sectionis Eclipticæ & horizontis innotescet per 8 probl. 3 cap.

Denique in Triangulo G A I rectangulo ad A, datur A I, interuallum distantiæ solis, cum angulo A G I, vnde prodibit arcus Eclipticæ I G distantiæ solis in I existentis, à gradu G, per 3 Dedom. Quo loco si fuerit sol, stella in M, vel N, oritur, vel occidit Heliacè.

Exemplum de Ortu Heliaco.

Sit stella arcturi, cuius longitudo ad annum 1630, est 19 gr. 5′ ♎, latit. 31 gr. 2′, Sept. Ascensio recta 209 gr. 45′, declinatio 21 gr. 9′, ex quibus proponatur Ortus & Occasus Heliacus eiusdem stellæ inquirendus, ad eleuationem 48 gr. 52′.


1. Quæratur primò differentia ascensionalis stellæ datæ per 1 probl. 3 cap. hoc modo.

tang. eleuationis poli 48. 52′ est 1005879
tang. declinat. stellæ 21 9 — 958756

sinus differ. asc. stellæ 26 17′ — 964635 quibus subductis ab ascensione recta stellæ 209. 45. remanet 183 gr. 28 pro ascensione obliqua Arcturi ad eleuationem Parisianam. Eadem verò differentia ascens. addita ascensioni rectæ prodit 236 gr. 2′, pro descensione obliqua eiusdem Arcturi. Hinc per ascensionem obliquam Arcturi 183 gr. 28′ colligitur ex 3 probl. 3 capitis, gradus Eclipticæ simul Oriens 2 gr. 31′ ♎, per eiusdem autem descensionis obliquæ 236 gr. 2 min. tempus oppositum, nempe 56 gr 2 min. (detracto priùs semicirculo seu 180 gr.) deprehenditur gradus ascendens 26 gr. 20′ ♑.

2. Deinde ab ascensione obliqua, auferatur quadrans, vt remaneat ascens. recta medij cæli 93 gr. 28′, per quam cognoscitur ex tabula ascens. Rectar. gradus medij cæli D, 3 gr. 12′ ♋. Quando igitur arcturus in M, emerget: & in N, coorietur 2 gr. 31′ ♎, atque

atque culminabit in D 3 gr.12 min. ♋, arcus G D, erit 89 grad.19′, quod quidem est differentia inter gradum coorientem Eclipticæ, & gradum medij cæli; atque ita declinatio gradus D, est 23 gr.28 min. ex tab. declinationum solis, vel ex primo probl. quâ addita altitudini Æquatoris Parisianæ, producit arcum D E 64 gr.36′.



3. Postmodum vt habeatur angulus G, horizontis & Eclipticæ, dico,

Vt E A, sinus 89 gr.19′,	Ad radium;	ita sinus arcus A B 64 gr. 36′,	
999997	1000000	995585	
	995585		
	1995585		
	999997		
Ad sinum 64 gr.36′+	995588 pro angulo ad G.		

4. Postremò in Triangulo G A I, dantur præter rectum, angulus A G I, verticalis 64 gr.36′, cum latere A I, interuallo scilicet apparitionis stellę primę magn.12 gr. Arcturus enim est primæ magnitudinis. Ergo:

Vt sinus anguli G,	ad sinum A I, 12 gr.	ita radius	
995588	931788	1000000	
	995588		
ad sinum A I 13 gr.18′+	936200, Adde 13 gr.18′, ad	2° 31′ ♎ &	
		13	18
	pronenient	15	49

Quando igitur sol à puncto G, 2 gr.31′ ♎, ad punctum I, 15 gr.49′ ♎ peruenerit, arcturus manè Heliacè Oriens, ex radiis solaribus emerget, iterum conspici poterit.

Praxis pro occasus Heliaci inquisitione.

Supra inuenimus Arcturum occidere cum 26 gr.20′ ♑; eiusque descensionem obliquam esse 236 gr.2′ ad hanc addito qua-

drante, prouenit Asc.Recta M.C.326 gr.2 min, cui respondet (ex Tabula Asc.Rect.) gradus M.C.23 gr.41 min.♒. Hinc fiet arcus GD, 37 grad. 21 min. declinatio autem gradus M. C. est 13 gr.40 m. Australis: Vnde ea ab altitudine Æquatoris 41 gr. 8 min. subducta, restat arcus D M 27 gr. 28 min. His ergo adquisitis dico: Primum,

Vt sinus 57 gr.21′, ad radium: ita sin. 27 gr.28′, ad 673862, sinũ 33. 13′ pro
992530 1000000 966392 angulo, ad E.
992530
973862

Deinde,

Vt sinus anguli G, ad sinus lateris apparitionis 12 gr. Ita 1000000,
973862 931788
973862 26° 2′
Ad sinus arcus Eclipticæ, 957926, cui cedũt in tabul. 22 18+
quibus demptis, à 26 gr, 2 min.♓ relinquitur 3 44♓
hoc est cùm sol 3 gr. 44 miu.♓ occupauerit, tum Arcturus vesperi radiis solaribus sic inuoluetur, vt post solis occasum non amplius appareat. Sed hîc placet addere diuersitatem harum apparitionum, ad Kepleri imitationem ex tabella sequenti, in qua quidem ortuum & occasuum species à nobis supputatæ vno intuitu conspicientur.

Sole in

2	31	♈	13 vel	23	Martij	vesperi oritur.
26	20	♊	7	17	Iunij	mane occidit.
2	31	♎	15	25	Septemb.	cum Sole oritur.
15	49	♎	29 Sept.	9	Octob.	emergit è radiis.
1	55	♏	15	25	Octob.	cum Sole culminat.
3	44	♓	15	25	Nouemb.	vesperi occultatur.
26	20	♓	7	17	Decemb.	cum Sole occidit.

CAPVT V.

De ijs, quæ Astronom. obseruationes concernunt.

PROBLEMA I.


Data Solis, aut alterius Stellæ declinatione, ac Poli eleuatione, altitudinem eius supra horizontem ad quamuis horam inuenire.

Obseruatio 1. Pro Sole.

Si Sol in Æquatore fuerit, id est in principio ♈, vel ♎ calculus absoluitur ex data horâ, & eleuatione poli tantùm.

Demonstratio 1. obseruationis cum Exemplo.

Sit Meridianus ADFC, dimidius Æquinoctialis, cuius polus I, medietas horizontis A B C, cuius polus F, id est vertex regionis, à quo per solem in H, deprimatur quadrans altitudinis F H G. Itaque solis altitudo supra horizontem erit arcus G H, qui est inquirendus.



In Triangulo H B G, rectangulo ad G, datur basis HB, complementum scilicet distantiæ solis H, à Meridiano, nempe H D, cum angulo ad B, quem metitur arcus A D, qui est eleuatio Æquatoris supra horizontem, ex quibus prodibit arcus G H, altitudo solis per 1 Dedom. 2 cap. 1 part.

Exemplum.

Sit hora data solis à Meridie distantia horarum 2, id est 30 gr. (tribuendo vnicuique horæ 15 gradus,) & poli eleuatio 48 gr. 52 min. fiat.

Vt radius, ad sinum complem. eleuationis poli: ita sinus compl. distantiæ, solis à Meridie, ad sinum altitudinis solis quæsitæ.

Vel Prosthaphæreticè hoc modo.

DA 41. 8′
DH 30 0


summa 71 8 sinus 94627
differen. 11 8 sinus 19309

113936
56968 sinus arcus GH, altitudinis Solis supra horizontem 34 gr. 43′ +

Obseruatio 2. cum exemplo.

Vbi Sol in signis Borealibus esse ponitur.

Sit Meridianus, horizon, &c. iidem, qui in diagrammate præcedenti, addatur tantùm medietas Eclipticæ L H K, & à polo Æquatoris I, ducatur circulus declinationis I H M, datam solis declinationem H M definiens. Sit exempli gratia, sol in 2 gradu ♌, horâ 5 à Meridie, id est 75 gr. Hæc autem distantia solis à Meridiano etiam in arcu DM angulum F I H mensurante, concipitur. Quare assumendum est Triangulum obliquangulum HFI, in quo dantur præter angulum ad I, latera F I, & H I, illud quidem F I est compl. eleuationis poli 41 gr. 8 min. hæc verò HI, compl. declinationis solis in 2 ♌ existentis; declinatio 2 gr. ♌ est 19 gr. 46. pro arcu H M, & proinde eius complementum H I 70 grad. 14 min. In triangulo igitur obliq. H F I, ex datis duobus lateribus cum angulo ab illis concluso, dabitur latus tertium FH, cuius compl. H G est altitudo solis quæsita, per 22 prop. 2. cap. 1 part. Hoc modo.



FI, arcus minor 41° 8′
HM, compl. maioris 19 46

60 54 sinus 87377
21 22 sinus 36433

123810		
61905	1.	
25472	2.	
25882	3.	pro horâ 5.

sinus compl. anguli dati, 15 gr.

Vt

1. 3. 4

Vt 100000, ad 61905; ita 25882, ad 16022, cui addito

61905

129410
2329380
25882
155292


	16022	25210
inuento secundo	25472	
prodit	41494.	sinus arcus H G, altitudinis solis 24 gr. 31 min.

Si distantia Solis à Meridiano sit præcisè 90 gr. vt horâ 6. Inuentum secundum est sinus altitudinis solis quæsitæ: verbi gratia, 24 die Iulij Parisiis, hora 6, Solis altitudo est 14 gr. 45 min. + nulla habita ratione refractionum.

OBSERVATIO 3.

Vbi Stella supponitur esse in signis Australibus.

Vt in diagrammate adiuncto, in quo ponamus solem esse in H, ad principiũ Scorpij, cuius declinatio H M, est 11 gr. 30 min. hora 2 à Meridie, quæ quidem distantia hîc sumitur in arcu H L, nempe 30 gr. arcus igitur I H M, est quadrante maior. Quare pro Triangulo F I H, iam soluendum est Triang. P H O, per 22 prop. 2 cap. 1 part. hoc modo.



PO	41 gr.	8′	
HM	11	30	
	52	38 sinus	79477
	29	38 sinus	49445
			128922
			64461 1.
			15016 2.
sinus compl. anguli			86603 3.

1 3 4
Vt 100000, ad 64461: ita 86603, ad 55836, à quo si demas 15016 inuentum 2

86603

193383
3877660
387766
515688

55836|15983

relinquetur 40820 sinus altitudinis Solis 24 gr. 5 min. +-

Si distantia solis à Meridiano quandrantem superauerit. Sumatur sinus excessus distantiæ à Meridiano, pro inuento tertio.

Exemplum.

Quæratur altitudo solis, cum in 20 ♋ versatur hora 7, hoc est 105 gr. pro distantia à Meridiano, cuius excessus supra quadrantem est 15 gr. atque eius sinus est inuentum tertium.

41 8
22 0 declinatio Solis

63 8 eius sinus 89206
19 8 eius sinus 32777

121983|
60991|1
28215|2
sinus excessus est, 25682|3.

1. 3. 4.

Vt 100000, ad 60991; ita 25882 ad 15785 quo tandem subducto ab inuento secundo 28215, relinquitur 12430, sinus altitudinis Solis 7 gr. 8′ +- horâ 7.

Exemplum pro Stellis fixis.

Priusquam instituatur calculus, inquirendum est, vtrùm stella data sit supra, aut infra terram; quòd vtique fiet per arcum stellæ semidiurnum, & rectam eiusdem ascensionem, ex Probl. anteced. conferendo scilicet ascensionem stellæ rectam cum ascensione recta Medij Cæli, minorem à majori subducendo, & restabit distantia stellæ à Meridiano citra, vel vltra Æquato-

rem, quòd si nihil remaneat, nullo opus est calculo ad altitudinem stellæ adipiscendam; addita enim declinatione stellæ complemento eleuationis poli, vel (quod idem est) altitudini Æquatoris si declinatio sit Borea, aut ab eodem subducta si declinatio sit Austrina, prodibit altitudo stellæ quæsita supra horizontem loci dati. Cæterum intelligitur distantia stellæ à Meridiano citra, quoties stella reperitur inter ortum & Meridiem: Sed vltra, cùm fuerit intra Meridiem & occasum. Si igitur stellæ à Meridiano distantia citra, vel vltra Meridianum, id est Versus ortum, vel occasum fuerit minor arcu eius semidiurno, versabitur supra terram; si major, infra.

Exemplum è Magino depromptum lib. 9. primi Mobilis.

Sit caput Medusæ cuius declinatio est 39° 21′ 40″, Borea, ascensio recta (ex ipsius Calculo) 40° 38′ 15″, ad annum 1600 diem 15 Martij horâ 8 à Meridie, ex quibus proponatur eius altitudo supra horizontem inquirenda. Colligo primùm differentiam ascentionalem stellæ eiusdem per 1 Probl. 3 cap. 55 gr. 6 min. 42″, quæ quadranti addita exhibet arcum stellæ semidiurnum 145 gr. 6. 42″. Deinde locus solis ad tempus datum est 25 gr. 0′ 51″ ♌, cui respondet recta ascensio 355 gr. 25 min. quibus additis 120 gr. pro 8 horis, prodit Recta Medij cæli ascensio 115 gr. 25 min. quam confero cum Ascensione recta datæ stellæ, subducendo minorem 40 gr. 38 min. 15″ à majori 115 gr. 25 min. & restat 74 gr. 46 min. 45 sec. pro distantia stellæ à Meridiano, versus occasum, seu vltra Medium cæli: Quæ cùm minor sit arcu stellæ semidiurno, indicio est, stellam propositam extare supra horizontem. Itaque calculi processus ad eius altitudinem inquirendam fit eodem modo, quo suprà inuenimus, vt hîc patet.

Compl. eleuat.	45	0		
	39	21		
	84	21	sinus	99514
	5	39		9845
				109359
				54679 | 1.
sinus compl. dist. à M.				44835 | 2.
				26275 | 3.

1 3 4
Vt 100000, ad 54679; ita 26275; ad 14367, cui addito
inuento secundo 44835
consurgit 59202 sinus altitudinis stellæ supra horizontem 36 gr. 18 ferè.

Aliud exemplum.

Detur nunc Spica Virginis ad diem 26 Nouembris eiusdem anni 1600, horâ 18. post Meridiem, ad poli eleuationem 44 gr. cuius declin. est 9 gr. 1 min. 8″ Austrina. Ascensio recta 196 gr. 4 min. quo tempore sol versatur in 4 gr. 15 min. ♎, cui competit ascensio recta 242 gr. 56 min. huic addo Æquatoris arcum horis 18 conguentem, nempe 270, & prodit 512 gr. 56 min. à quibus detracto circulo remanet 152 gr. 56 min. pro distantia stellæ datæ à Meridiano versus ortum. Subducta autem hæc distantia ab ascensione rectæ stellæ relinquuntur 43 gr. 8 min. distantia à Meridiano citra. Vide Praxim hîc subjunctam.

Compl. eleuat. poli	46°	0′	0″		
Declin. stellæ Austr.	9	1	8		
	55	1	8	sinus	81934
	56	58	52	sinus	60155
					142089
					71044 | 1
					10890 | 2
sinus complementi dist. à Meridiano					72976 | 3.
nempe 46. 52 min. compl. 43 gr. 8 min.					

1 3 4
Vt 100000, ad 71044; ita 72976, ad 51890, à quo
10890
si inuentum secundum subduxeris, remanebit 40955, sinus altitudinis stellæ ad horam datam 24 gr. 10 min. 38 sec. vt habet Maginus.

PROBLEMA II.

Datis declinatione Solis, eleuatione Poli, cum eius altitudine supra Horizontem, horam diei reperire.

Hoc Problema est antecedentis conuersio, quare noua expo-
sitione

sitione non opus est, sed tantùm adducta exemplorum supputatione.

Exemplum primum.

Sit igitur sol in puncto H, ad poli eleuationem 48 gr. 52 min. altitudo solis H G, 34 gr. 43 min. +. In Triangulo H G B rectangulo ad G, dantur angulus ad B, 41 gr. 8 min. & latus HG. Hinc basis H B, innotescet per 1 Dedom. 17 prop.
Vt sinus anguli B, ad sinum altitudinis solis HG; ita radius,

981810 975561 1000000,
981810

Ad sinum basis H B, 60 gr. vt prius pro horâ quæsitâ. 993751, cuius compl. H D est 30 gr.

Exemplum secundum.

Sit altitudo solis H G, 24 gr. 31 min. F I, 41 gr. H I 70 gr. 14 min. vt in secundo exemplo ex quibus hora, seu angulus F I H est colligendus operare hoc modo.

F I arcus minor 41° 8′
H M compl. maj. 19 46

60 54 sin. 87377
21 22 sin. 36433

123810
61905 | 1
25472 2
Sinus altitudinis ⊙, 24° 31′ 41494 | à quo, subducendum est 2. in-
vt relinquatur inuentum 16022 | 3 uent.

Deinde fiat

3.

Vt 51905, ad 16022; ita 100000, ad 25881 sinum complementi anguli quæsiti 75 graduum pro 5 horis.

Exemplum 3. In Stellis fixis.

Sit altitudo capitis Medusæ 36 gr. 18 min. ad eleuatione poli 45 gr. & declinatio ipsius 39 gr. 21. ex his autem quæratur hora

seu distantia stellæ à Meridiano, processus est idem, qui suprà in exemplo præcedenti.

Arcus minor	45°	0′			
Compl. maj.	39	21			
	84	21	sin.	99514	
	5	39	sin.	9845	
				109359	
				54679	1
				44835	2
sinus altitudinis stellæ				59202	à quo subtr. 2 inuent.
				14367	3

1. 3.

Vt 54679, ad 14367; ita 100000, ad 26275, sinum complementi, distantiæ stellæ à Meridiano 74 grad. 46 min. 45″ pro 4 horis 59′ +.

SCHOLIVM.


Horam noctis facile obtinebis ex data ascensione recta solis, ac stellæ cuiuscunque per Meridianum loci transientis. Subducta enim ascensione recta solis ab ascensione recta stellæ relinquitur arcus Æquatoris inter solem & stellam interceptus, qui in tempus conuersus, ostendit horas, & minuta quæsita.

PROBLEMA III.

Data poli elevatione, cum Solis declinatione, eius altitudinem in circulo verticali, ac tempus quo Sol ipsum verticalem continget, & inde tempus dum è plaga Meridionali in Septentrionalem transierit, & contra, reperire.

Sit Meridianus A B C, dimidius horizon C G E cuius polus H, semissis Æquatoris *h* G A, cuius polus B. Ducatur à puncto veri Orientis G, circulus verticalis primarius H G, in quo ponatur punctum N, esse intersectionem paralleli solis I K, ab æquatore declinantis, & tandem à polo G ducantur duo quadrantes, vnus quidem per præfatam intersectionem paralleli & verticalis, alter verò per eiusdem paralleli & horizontis intersectionem. Quibus præmissis in trian-

gulo rectangulo G L N, datur L N, declinatio puncti dati N, quam hîc ſupponimus eſſe 15 grad. cum angulo N G L, qui quidem eſt eleuationi poli æqualis; ſi enim ab æqualibus C H & A B, æqualia C *h*, A E, demantur, reliqua H *h* (anguli N G L menſura) & B E (poli eleuatio) erunt æqualia per 3 ax. Elem. Eucl. Iam verò poſita poli eleuatione 48 gr. 50, ex his δεδόμενοις prodibit baſis N G, per 3 Dedom. 2 cap. 1 part. hoc modo.



Pro altitudinis Solis inquiſitione.

Sin. eleu. poli 48° 50′. Ad ſin. declin. ita rad.
Vt 98766784, 94129962
98766784

Ad ſinum altitudinis quæſitæ 95363178 gr. 20 9′ 7—

Pro inueſtigatione arcus A K diſtantiæ à Meridiano ad verticalem, quæ diſtantia tempus quo ſol ipſum verticalem contingit, determinat.

In eodem Triangulo G L N, ſit N principium ♋ cuius declinatio N L eſt 23 grad. 30′, cuius complem. N B eſt 66 30′, & H B compl. eleuationis poli 41° 10′; angulus demum H B N rectus eſt. Itaq; in triangulo rectangulo N H B, ex datis H B, & baſi B N innoteſcet angulus H B N ab arcu æquatoris H N menſurato 67 gr. 39 min. per 6 Conſect. 18 prop. 2 cap. 1. part. hoc modo,

Vt radius ad tang. declin. 23 gr. 30′; ita tang. compl. eleuat. poli,
963830
994172

Ad ſinum complementi diſt. à Meridiano 958002 gr. 67 39′ qui in tempus conuerſi efficiunt 4 horas 31—

Tranſitus ſolis emerget ex data poli eleuatione, & ſolis altitudine in circulo verticali H G; quam hîc ſupponumus 18 gr.

Nempe in eodem triangulo N H B, dantur duo latera angulum rectum includentia: Quare angulus H B N, quem arcus æquatoris mensurat, inuenietur per 3 consect. 18 prop. eiusdem cap. hoc modo.

Vt radius, ad sinum compl. eleuat. poli; ita tang. altitud. solis,

981839
951177

Ad tang. complementi distantiæ à Merid. H L 933016, nempe 77 gr. 56′—hoc est 5 hor. 11. min. 45″, pro momento temporis, quo sol è plaga Meridionali in Septentr. transibit. Idem potest & inueniri ex data altitudine Solis in circulo verticali, & eius declinatione. Tunc enim eodem Triangulo erunt duo latera I N & N B data tanquam datorum complementa; quare idem angulus F G H non latebit. Rursus idem colligi potest, ex data differentia ascensionali G D cum Solis declinatione M D, aut eius amplitudine G M per 1 probl. 3 cap.

SCHOLIVM.


Cum in hemispherio Septentrionali, amplitudo Solis Orientalis, nunquam datur Septentrionalis, nisi ipsius locus sit in medietate Eclipticæ, quæ ab Æquatore Septentrionem versus declinat, perspicuum est hoc problema locum non habere cum scilicet sed mediam Eclipticæ partem Meridionalem percurrit, & proinde semper concipienda est sole in parte Eclipticæ Septentrionali existente, ita vt solis declinatio sit semper Septentrionalis.

PROBLEMA IIII.

Data cuiuscunque Stellæ altitudine, declinatione, cum eius à Meridiano distantia AZimuth Stellæ, id est distantiam illius in horizonte à circulo verticali primario indagare.

Azimuth Solis aut alterius Stellæ est distantia circuli azimuthalis, seu verticalis solis aut cuiusuis stellæ F H G, in diagrammate primi probl. huius cap. ab ortu Æquatoris B, nempe G B, quod proponatur inquirendum, ex datis declinatione H M & altitudine stellæ (assumpta pro exemplo, stellâ caput Medusæ) H G, cuius complementum H F est 53 gr. 42′, 10″, & distantia

ſtantia ſtellæ à Meridiano, ſeu angulo DIM, ab arcu DM mensurato, nempe 74 gr. 46′, 45″, versus occaſum.



Aſſumatur primò Triangulum LIH, rectangulum ad L, in quo datur baſis IH cum angulo ad I, ex quibus innoteſcet latus LH, per 1 Dedom. 17 prop. 2 cap. 1 part. hoc modo.

Vt radius, ad ſinum diſtantiæ ſtellæ à Meridiano; ita ſinus baſis IH, compl. declinationis, ad ſinum arcus LH,

998449	ſinus diſt.
988830	ſinus compl. declin.
987279	nempe 48 gr. 15′.

Deinde ex iam inuento arcu LH, cum arcu FH, compl. altitudinis ſtellæ conſurget angulus LFH, cuius menſura eſt arcus AG, 67 gr. 46′, cuius compl. GB 22 grad. 14 min. eſt Azimuth. ſtellæ verſus occaſum, quod quærebatur. Vt hic patet,

Vt ſinus compl. altitudinis ſtellæ FH, ad radium; ita ſinus arcus LH,

	987279
	990631
ad ſinum arcus AG 67, 46′ cuius compl. BG,	996648


eſt Azimuth ſtellæ 22 gr. 16′.

PROBLEMA V.

Data declinatione duarum ſtellarum, in vno eodemque circulo verticali exiſtentium, & aſcenſionum rectarum ipſarum differentia, necnon poli elevatione, tempus nocturnum, & cuiuſlibet ſtellarum propoſitarum altitudinem inuenire.

Sit Meridianus ADCE, medietas horizontis ABC, cuius polus ſeu vertex regionis F, ſemiſſis Æquatoris DBE, cuius polus H. Sitque, in Exemplum, obſeruatio quædam duarum ſtellarum in vno eodemque circulo verticali FG, quorum prior ſit in I, altera in R, declinatio illius ſit LI, 51 grad. 37 min.

declinatio huiuis S R, 43 deg. 57, atque adeo complementum illius I H erit 38 23, & complementum huius R H, 46 gr. 3′. Sitque differentia aſcenſionum rectarum duarum ſtellarum L S, 40 gr. 10′, qui quidem arcus angulum I H R menſurat per 4. prop. 2. cap. 1. part. Et denique eleuatio poli C H, 48 gr. 55′, ex quibus angulus F H I, vel F H R, proponatur inquirendus, cuius arcus in Æquatore à Meridiano ſeu medio cæli D L, aut D S, eſt menſura; tum verò ſtellarum datarum altitudinem ſupra horizontem nempe I G & R G.



1. *Pro inquiſitione lateris I R.*

Aſſumatur primò triangulum obliq. I H R, in quo dantur duo latera I H, 38 gr. 23′ R H 46 gr. 3. min. cum angulo ab illis comprehenſo I H R, 40 gr. 10, ex quibus conſurget I R, diſtantia ſtellarum per 22 prop. 2 cap. 1 part. hoc modo.

compl. maj.	43	57			
arcus major.	38	23			
	82	20	ſin.	99106	
	5	34	ſin.	9700	
				108806	
				54403	1
				44703	2
ſinus compl. anguli dati				76417	3

2. 3. 4.

Vt 100000, ad 44703; ita 76417, ad 34160, quo addito ad primum inuentum prodit ſinus complementi lateris quæſiti I R 27° 40′, ſcil. diſtãtia ſtellarum, 54403 / 88563

2. *Pro inuentione anguli IRH.*

Deinde ex datis cruribus IR, IH, cum angulo IHR, colligetur angulus IRH, & breuius per Logarithmos, hoc modo

IR.	ang. H.	IH.
Vt 966690, ad	980956;	ita 979303,
	979303	
	1960259	
	966690	

Ad sinum anguli 993569, quæsiti, IRH 59 gr. 35′.

3. *Pro angulo RHF.*

In Triangulo FRH, dantur FH 41 gr. 5′ complementum eleuationis poli HC, HR 46 gr. 3′, cum angulo ad R mox inuento, hinc prodibit primò angulus RFH, per 24 prop. 2 cap. 1 part. 109 gr. 8 min. tum verò angulus FHR, per 23 prop. eiusdem, exibit 64 gr. 53′+ cuius mensura est arcus DS, distantia stellæ à media nocte, quibus in horas & horarum scrupula reductis fiunt 4 horæ 19 min. Ergo tempus obseruationis erat horâ 7, 41′+.

Pro altitudinis cuiuslibet Stellæ inquisitione.

In eodem triangulo obliq. RFH, dantur omnes anguli cum crure FH, vnde per 24 prop. eiusdem prodibit latus FR 43 gr. 38 min. cuius compl. RG est altitudo stellæ 46 gr. 22 min. ad punctum R, posita. Si tandem addatur arcus IR 27° 40′ supra inuentus arcui RG 46 gr. emerget altitudo alterius stellæ supra horizontem 74 gr. 2 min.


Consectarium.

Hinc sequitur ex datis declinationibus & rectis duarum stellar. ascensionibus in eodem circulo verticali obseruatarum, cum earum vtraque altitudine, alterius altitudinem, distan-

tiam inter ipsas, poli eleuationem & denique eorum azimuth manifestari.

PROBLEMA VI.

Datis longitudine & latitudine 4 Stellarum decussatim regulâ aut filari tantum extensione cum sidere ignoto deprehensarum, longitudinem ac latitudinem colligere. Longomont. Astron. Dan. lib. 2. Prob. 5.



Sit in schemate adiuncto ab ipso Longom. desumpto B D portio Eclipticæ, cuius A & C poli; circuli latitudinum stellarum A B C, A M C, &c. punctum K phenomenon cuius longitudo & latitudo ignoratur. Sintque stellæ fixæ cum locis suis his literis notatæ.

	Longitudo.		Latitudo.	
E Extrem. alæ Peg.	3° 46′ ♈		12° 35′	B
F Dorsi Cete	6 20 ♈		16 55	A
H Lucidæ ♈	2 14 ♉		9 57	B
C Rostri Cete	9 39 ♉		7 50	A, his præmissis longitudinem & latitudinem Martis colligemus, & in exemplum obseruationem Longomontani habitam in ipsa stella ♂, anno 1610 die 6 Decembris circa horam 9 vesper afferemus, cuius praxis hæc est.

1. *Pro inquisitione arcus E G.*

In Triangulo E A G dantur latus E A compl. latitudinis Alæ Pegasi 77 gr, 25′ G A latitudo Rostri Cete add. quadrante 97 50 min. cum angulo E A G, ab illis concluso, differentia scilicet longitudinum stellarum 35 53, vnde prodibit latus E G

41 gr.

41 gr. 5 min. per 22 prop. 2 cap. 1 part. cuius calculi processus hic est,

EA	77°	25′		
GA	7	50	excessus majoris	
	85	15	eius sinus	99657
	69	53	eius sinus	93718
				193375 |
				96687 | 1
				2970 | 2
sinus compl. anguli E A G				81021 | 3

1. 3. 4.

Vt 100000, ad 96687; ita 81021, ad 78337; à quo si dematur 2 inuēt. 12970

Relinquetur sinus compl. cruris E G 75367 gr. 41′ +

2. *Pro anguli E G A inuestigatione.*

In eodem Triangulo iam omnibus dantur lateribus cum angulo A, quare per 24 prop. eiusdem, prodibit 60 gr. 30′ pro anglo E G A.

3. *Pro anguli D L G, & cruris D L calculo, in Orthonio G D L,* δεδόμενα.

Sunt { D G 7 gr. 50′ latitudo Rostri Cete
L G D, id est A G E 60 gr. 30′, modo inuentus,
D angulus rectus;

Ergo datur { D L G 30° 26′, per 6 Dedom. 17 prop.
D L 13 33, per 8 Dedom. eiusdem.

4. *Pro cruris F H & anguli H F C, vel eius supplementi H F A indagatione in Triangulo obliq. F C H.*

Δεδόμενα sunt { F C 73° 5′ compl. lat. Dorsi Cete
C H 99 57 latit. Lucid. ϒ cum 90 grad.
F C H 25 54 differentia long. harū stellarum, exquibus.

emerget { F H 37 7
H F A 45 29 per prædictam 22 prop. & Dedom. 17 prop. eiusdem.

5. *Pro anguli M N F & cuius M N inuentione in Orthogonio M F N* δεδόμενα.

sunt { FM 16° 55′ latitudo Dorsi Cete,
MFN 45 29 idem cum inuento HFA
M 90 0 Rectus. Quare ex iis, quæ 3. articulo ostensa fuerunt.

Emerget { MNF 46 59
NM 16 29. Additis autem cruribus D L 13° 33′ cum MN 16° 29′, & summa 30 gr. 2′ ablata ab arcu M D 33 gr. 19′ relinquitur latus N L 3 gr. 17′.

6. *Pro crure N K Trigoni N K L explorando.*

δεδόμενα sunt anguli ad verticem { N 46° 59′
L 30 26
NL 3 17

7. *Et denique, pro K P, & N P trianguli rectanguli inuentione.*

δεδόμενα sunt { KNP 46° 59
KN 1 38
KPN 90 0

Vnde nascitur { KP 1 12 ipsa latitudo ♂ Borea, per 2 Dedom.
NP 1 10 17 prop. cui addito M N 16 gr. 29, efficitur arcus M P 17 39, quo addito longitudini stellæ in F, quæ est penes M 6° 20′ ♈, prodit longitudo ♂ 23 gr. 59′ ♈.

SCHOLIVM.

Potest & compendiosiùs eadem Phœnomeni longitudo ac latitudo explorari, ex data longitudine & latitudine duarum stellarum cum sidere ignoto in linea recta dispositarum, & simul distantia vnius notæ stellæ ab ignoto sidere; quarum longitudo cognita sit.

Vt in eodem schemate in quo concepta linea E G, per locum ♂ traducta, quæritur primum tota linea E G distantia nempe

ſtellarum aſſumpto triangulo A E G per 22 prop. 2 cap. 1 part. Deinde angulus A E G. Poſtea in triangulo A E K, dantur duo latera E A complementum latitudinis ſtellæ, EK diſtantia data cum angulo ab illis contento, ex quibus prodibit latus A K, complementum latitudinis ♂, & inde angulus E A K differentia longitudinis ipſius ♂ à ſtella in E, qua tandem ipſius ſtellæ E longitudini addita conficietur longitudo ♂ quæſita.


PROBLEMA VII.

Datis diſtantiâ Solis à vertice, diſtantiaque gradus Ecliptice culminanti à vertice, cum angulo Ecliptice & Meridiani, angulum parallacticum explorare.

Sit Meridianus B C D, horizon C A D, cuius polus B, Ecliptica E K F; quadrans circuli verticalis tranſiens per K centrum Solis B G, proponatur in exemplum Eclipſis Solis anno 1639, die 1 Iunij hora 3 47′ poſt mer. quo tempore datur B K, diſtantia Solis à vertice, quæ quidem eſt altitudinis ſolis ſupra horizontem compl. 51 gr. 8, gradus culminans E, diſtantia eius à vertice arcus E B, 29 gr. 24′, angulus demùm Ecliptice & Meridiani B E K 76 gr, 28′, ex quibus inquirendus eſt angulus parallacticus E K B.

In Triangulo obliquangulo B E K dantur duo latera B E, E K cum angulo ad E cruri B K oppoſito: Quare per 22 prop. 2 cap. 1 part, exibit angulus K, 36 gr. 48′, hoc modo.

Vt ſinus B K, ad ſinũ ang. E: ita ſinus auris E B,
99877707, E
96909963 E B
ſumma 196787670
ſubtr. 98912190 B K
ad ſinum anguli BKL 97874480 gr. 37. 48′



PROBLEMA VIII.

Datis angulo Parallactico cum parallaxi Lunæ à Sole in

altitudinem, parallaxin Lunæ in longitudinem & latitudinem colligere.

Parallaxis in genere est differentia angulorum, qui fiunt ad centrum, & terræ superficiem. In solis deliquio tres parallaxium species expenduntur.

Prima quidem consideratur in altitudinis circulo.

Secunda verò in Zodiaci longitudine.

Tertia demùm in eius latit. ideoq; parallaxis dicitur { 1. verticalis 2. in longit. 3. in latitud.

Parallaxis verticalis est arcus circuli verticalis per verticem nostrum, & stellæ loca, verum scilicet & apparentem descripti, inter vtrumque locum verum & apparentem interceptus.

Parallaxis in longitudinem est descrimen inter verum Planetæ locum, & apparentem secundum longitudinem Zodiaci tantùm, seu arcus Eclipticæ inter duos circulos maximos, quorum vnus per Zodiaci polos, & verum planetæ locum ducitur; alter per eosdem polos, & apparentem eius locum interceptus. Parallaxis in latit. est differentia veræ & visæ latitudinis, hæc vero numeratur in circulo maximo per Eclipticæ polos & verum stellæ locum ducto, estq; ille arcus cadens inter binos Eclipticæ parallelos, alterum per verum stellæ locum, alterum verò per apparentem locum transeuntes. Harum itaque duarum parallaxium arcus, vnà cum arcu parallaxis verticalis triangulum conformant rectangulum, cuius duo latera angulum rectum includentia sunt verbi gratia in triang. H I K anteced. schematis, arcus I K & H I, quorum quidē ille est parallaxis in longit. hic verò parallaxis in latitudinem, & reliquum latus nempe hypotenusa H K est parallaxis verticalis.

Itaque in Triang. rectang. H I K, datur angulus parallacticus I K H, per probl. præc. 37°. 48′, cum hypotenusa H K parallaxe verticali 50′, 5″, ex propria tabula; quare latus I K parallaxis ☽ in longum prodibit 35′, & latus I H parallaxis in latit. 30′ 42″. Assumpsimus autem Triang. Sphæricum pro rectilineo; quia latera quælibet gradum vnum non attingunt.

CAPVT VI.

De cæleſtium domorum Conſtructione, aſpectuum determinatione, & ſignificatoris ad promiſſorem directione, & contrà ex modi rationalis fundamento.

PROBLEMA I.

Dato Solis loco tempore, & poli loci eleuatione, cuſpides 12 domiciliorum cæleſtium iuxta modum rationalem definire.


Vt hoc problema magis eluceſcat, exemplum thematis cæleſtis afferemus ex claue Trigon. Georg. Frobenij deſumptum, vbi tempus datur à Meridie elapſum horar. 11 minutor. 38; locus ſolis in 8 gr. 57′ ♓; & poli eleuatio 53 gr. 20 min. quibus datis, indaganda eſt primò Aſcenſio Recta M.C. iuxta tempus datum, illud ſcilicet in gradus & minuta, &c. Æquatoris conuertendo, vt iam ſæpè monuimus, & fient 202 gr. 32 min. 13 ſec. pro Aſcenſio Recta M.C. quibus ſi adieceris 30 gr. prodibit Aſcenſio obliqua 11 domus, 232 gr. 32′, 13″, & rurſus continua additione 30 gr. vſque ad terram domum, detracto circulo vbi opus fuerit, inuenietur aſcenſiones obliquæ ſic.

Aſcenſ. Recta M.C.	202°	32′	13″
	30		
Aſc. obliq. 11 domus	232	32	13
	30		
Aſcenſ. obl. 12 domus	262	32	13
	30		
Aſc. obliq. 1 domus	292	32	13
	30		
Aſcenſ. obl. 2 domus	322	32	13
	30		
Aſcenſ. obl. 3 domus	352	32	13

A

Hiſce iam adquiſitis pro diagrammatis delineatione conue-

nienti sit Meridianus A B C D, dimidius horizon A C, supra quem attollitur polus Arcticus E 53 gr. 20 min. Polus autem Antarcticus O, tanto arcu deprimitur. Æquatoris dimidium B D. Eclipticæ semissis F G. Porrò secetur Æquator in tres partes æquales, tres quidem supra horizontẽ quæ tria domicilia orientalia B H, H I, I K, indicant, ac totidem infra terram K L, L M, M D, vnumquodque 30 graduum. Deinde ductis per puncta sectionum H, I, L & M, ad communes horizontis & Meridiani intersectiones A & C circulorum positionum medietatibus, exhibebunt ex polo E ad positionum circulos domicilia distinguentes arcus seu circulorũ portiones, poli eleuationes supra circul. position. Ita vt arcu E P polus Arcticus supra circulum positionis 11 domus exaltetur, & hinc æquali O M polus Austrinus infra circulum positionis 3 domus deprimatur. Atque eodem modo arcus E Q eleuationem poli Sept. supra circulum posit. 12 domus, cui conuenit etiam arcus O Z depressio poli secundæ, & vbi æquator Eclipticam intersecat domiciliorum cuspides notentur, inter quæ 10 domus culmen occupet in F, 11 in S, 12 in T, prima in X, 2 in Y, & 3 in R, & 4 seu imum cæli in G.



1. *Pro exaltationis poli E P supra circulum positionis 11. domus inquisitione.*

In Triangulo Sphærico rectangulo A B H dantur duo crura A B 36 gr. 40 min. altitudo Æquatoris supra horizontem ex eleuationis poli complemento nota, & B H 30 gr. arcus Æqua-

toris, seu distantia 11 domus à Meridiano. Quare angulus ad H, cuius mensura est arcui E P æqualis, emerget 33 gr. 53′ +. Vt hic vides:

Vt rad. ad sinum cruris vnius: ita tang. compl. cruris alterius,

969897 B H 30 gr.
1012815 A B 36 gr. 40′

Ad tangentem anguli B H A 982712 gr. 33, 53′ + cuius mensura est arcui E P similis.

2 *Pro eleuationis poli E Q supra circ. posit. 12 & 2 domus.*

In Orthogonio A B I, pro angulo I, cui æquale est complementum arcus quæsiti E Q, veluti B K A, complementum eleuationis poli E C dãtur A B compl. eleuation. poli B I 60 gr. Vnde angulus I, prodibit per idem consect. hoc modo.

993753 B I 60 gr.
1012815

1006568 tang. 49. gr. 19′ + pro eleuatione poli supra circulum positionis 12 & 2 domus.

3. *Pro gradus Ecliptice F, mædij cæli seu cuspidis 10 domus indagine.*

Ad huius inquisitionem primò detrahatur prior semicirculus seu 180 gr. ab Ascensione recta M. C. 202 grad. 32′, 13″, relinquetur arcus ♎ B, 22 gr. 32′, 13″.

Deinde in Orthogonio F B ♎ dantur B ♎ 22 gr. 32′, 13 sec. cum angulo maximæ obliquitatis B ♎ F 23 gr. 30 min. Quare dabitur basis F ♎ per 4 consectar. 18. propos. eiusdem cap. hoc modo.

sunt { ♎ B 22 gr. 32′ 13″
B F 23 31 0
F ♎ 90 0 0

compl.anguli ≏ 996240
tang.compl.B ≏ 10381983

tang.12 gr.7 min.+ compl. B ≏ 1034429 quibus addito ſemicirculo ſeu 180 gr. prodit gradus M.C in 29 gr. 21′ ≏ SH.

4. *Pro cuſpide* 11 *domus.*

In Triangulo Sphærico obliquang. datur Aſcenſio obliqua 232 gr. 32 m. 13 ſec. à qua reiectus ſemicirculus relinquit 52 gr. 32 min. 13 ſec. pro crure ≏ H; & angulus ≏ HS altitudo Æquinoctialis ſupra circulum poſitionis 11 domus 33 gr. 53 m. 10 ſec. ex altitudinis poli complemento emergens 56 gr. 6 min. 50 ſec. & angulus H ≏ S 23 gr. 31 min. 30 ſec. Vnde emerget primò angulus S, 108 gr. 2 min. per 23 propoſ. 2 cap. 1 part. & inde latus ≏ S, 42 gr. 52 min. per 24 prop. eiuſdem. Ergo cuſpis 11 domus erit in 13 gr. 52 min. ♏.

Vide 3 probiem. 3 cap.

5. *Pro cuſpide* 12 *domus.*

In Triangulo obliquangulo I ≏ T, dantur 1 Aſcenſio obliqua 262 gr. 32 min. 13 ſec. à qua ſublato ſemicirculo remanet arcus ≏ I 82 gr. 32 min. 13 ſec. 2 altitudo poli Arctici ſupra circulum poſitionis 12 domus 49 gr. 18 min. 59 ſec. cuius compl. eſt exaltatio Æquinoctialis 40 gr. 41 min. 1 ſec. pro angulo ≏ I T, & 3 angulus I ≏ T 23 gr. 31 min. 30 ſec. ex quibus prodibit per eadem, quæ ſupra innuimus, arcus Eclipticæ ≏ I 59 gr. 31 min. 39 ſec. qui quidem exhibet 12 domus cuſpidem in 29 gr. 30 m. 39 ſec. ♌.

6. *Pro cuſpide primæ domus.*

In hoc exemplo quæritur punctum ortus ſeu horoſcopi ad X, aſſumpto Triangulo obliquangulo ♈ KX, in quo quidem dantur 1, Aſcenſio obliqua primæ domus 292 gr. 32 min. 13 ſec. à qua ſubducto dodrante, ſeu 270 grad. reſtat arcus ♈ L 67 gr. 27 min. 47 ſec. latus interiacens angul. 2 angul. ♈ KX depreſſionis Æquinoct. ſupplementum CKD, 143 gr. 20 min. & 3 angulus K ♈ X 23 gr. 31 min. 30 ſec. Quare per eandem 23 & 24 prop. Innoteſcet arcus Eclipticæ X ♈ 101 gr. 20 min. qui ſanè

in

in antecedentia numeratus præbet cuſpidem primæ domus in 18 gr.34 min.32 ſec. ♓

7. *Pro cuſpide 2 domus.*

In Triangulo obliq. Y L ♈ dantur 1 Aſcenſio 322 gr.32′,13″, cuius reſiduum ad circulum integrum 37 gr. 27 min. 47 ſec. eſt latus L ♈ rerrò deductum; 2 angulus Y L ♈ ſupplementum altitudinis Æquinoctialis 139 grad.18 min.59 ſec. & 3 angulus L ♈ Y 23 gr.31 min.13 ſec. Vnde eadem methodo conflabitur arcus Eclipticæ Y ♈ 66 gr. 34 min. 54 ſec. qui arcus retrò ab ♈ numeratus cuſpidem ſecundæ domus exhibet in 23 gr. 25′, 6 ſec. ♉.

8. *Pro cuſpide 3 domus.*


In Triangulo R M ♈, dantur 1 altitudo poli 33 grad.53 min. cuius ſupplementum eſt angulus ♈ M R. 2 angulus M ♈ R 23 gr.31 min. 30 ſec. cum latere M ♈ interjacente 7 gr. 27 min. 47 ſec. reſiduo ad circulum Aſcenſionis obliquæ 352 gr.32 min. 13 ſec. Quare exibit arcus Eclipticæ R ♈ 11 gr. 26 min. 56 ſec. qui tandem ſubductus ab vltimo ſigno ♓ remanet 18 gr.33 min. pro cuſpide 3 domus quæſitæ.

PROBLEMA II.

Data Planetæ, aut Stellæ fixæ latitudine, Aſpectus longitudinem Eclipticæ, aut Æquatoris reſpectu definire.

Radiationes vario reſpectu ab Aſtrologis ante Regiomontanum ſumebuntur: Plerique enim ſecundum Æquatorem, aliſ verò aliter radiationis locum explorabant, vt notat ipſe Regiom. in tab. Direct. Probl. 31. cuius ſententiam cum recentioribus hîc ſequemur: Stellarum enim longitudo non in Æquatore, ſed in Ecliptica perpenditur. Fundamentum autem huius rei eſt quamlibet ſtellam radium ſuum, tam luminis quàm qualitatis, ſeu efficaciæ occultæ in orbem diffundere, qui ſanè occultis quaſi rationibus, maximè iuxta circuli rationalem diſtinctionem hæc inferiora afficiunt: Equidem ra-

dij tales infiniti sunt; sed efficatiores deprehensi sunt quatuor, quorum prior sextilis ✶ est latus hexagoni æquilateri circulo inscripti per centrum stellæ transeunti; alter autem latus quadrati; tertius verò latus triãguli æquilateri; quartus demùm est eiusdem circuli diameter. At in majorem eorum quæ diximus elucidationem. Sit in schemate appositò punctum A, stella arcturus, cuius latitudo est 31 gr. 2′ Borea, à quo puncto tanquam polo aut centro concipiatur circulus B C D interuallo radij hexagoni nempe A D 60 graduum. Sitque B E D Ecliptica, & A E latitudo stellæ. Iam verò vt definiatur quid numerandum est in Ecliptica pro sextili aspectu stellæ datæ. In Orthogonio sphærico A E D dantur A D 60 gr. A E 31 gr. 2′ latitudo stellæ: Ergo dabitur E D 54 gr. 18′, per Dedom. hoc modo.



Vt sinus compl. lat. Sellæ, ad rad. ita sinus compl. basis A D,
1969897 sin. compl. A D, cum radio
993291 sin. compl. stellæ lat. A E

976606 sinus compl. E D 54 gr. 18′ pro aspectu Sextili ad lat. 31 gr. 2 min.

Vt autem longitudo limitetur in Trigono aspectu, subducatur arcus Sextilis inuenti 54 min. 18 gr. à semicirculo seu 180 gr. & residuum numeretur à loco longitudinis stellæ: Siquidem radiatio tanto ✶ deficit de 60 grad. Eclipticæ, ratione eius latitudinis quanto △ abundat supra 120 gr. Verbi gratia, aspectus ✶ Arcturi est 54 gr. 18 min. deficiens à 60, per 5 gr. 42 min. si addantur, hi 5 gr. 42 ad 120 min. emerget radius Trigonalis eiusdem 125 gr. 42 min. & sic de aliis.


SCHOLIVM.

Si circulus radians BCD interuallo radij □ describeretur circulus esset maximus, & per consequens Eclipticam in punctis B & D, bifariam dirimeret, ita vt circulus latit. stellæ, A medium Eclipticæ partem B D in duos quadrates secaret, & hoc modo basis E D basi A D æqualis esset & proinde aspectus □ semper à loco longitudinis stellæ per circuli quadrantem remoueretur.

PROBLEMA III.

Datis declinatione stellæ, distantia eius à Meridiano, cum Poli regionis eleuatione, altitudinem Poli supra circulum positionis explorare.

Sit in diagrammate adiuncto Meridianus C D A, Æquator D Q E, horizon regionis C Q A supra quem eleuatur polus arcticus M, arcu M A 45 gr. sitque circulus positionis C H A, altitudo autem poli supra circulum positionis M L. Porrò sit D punctum M. C. in 22 gr. 56 ☌. H stella in 10 gr. ♉ cuius declinatio sit H O Borea supra terram, & denique D O distantia stellæ à Meridiano 44 gr. 4′, ex quibus quæratur M L eleuatio poli supra circulum positionis.



In Triangulo sphær. obliquangulo dantur duo latera H M 75 gr. 9′ compl. declinationis stellæ H O, & A M eleuatio poli regionis 45 gr. cum angulo A M H 135 gr. 56′, mensuratur enim ab arcu O E supplemento distantiæ à Meridiano 44 gr. 4′. Quare per 22 prop. 2 cap. 1 part. emerget latus reliquum H A, & inde angulus M A H per 24 prop. eiusd. & denique arcus perpendicularis M L conceptione orthonij M L A in quo dan-

tur basis M A, cum angulo perpendiculari M L quæsitæ oppositio per 1 Dedom. 17 prop. eiusdem. Vel fortassis expeditiùs per logarithmos, ducto arcu perpendiculari I H vt fiunt duo Triangula rectangula H I M, & H I A cuius araxis sequitur.

sin. dist. à Merid. D O	984229	gr. 44	4′		
sinus H M	998524	gr. 75	9		
1. *inuentum* H I sinus	982753	gr. 42	15	15 compl. 47	gr. 45′,

sinus declin. stellæ H O	1940873	cum radio			
sin. compl. 1 inuenti	986936	gr. 47	45′		
2. *inuentum* I M sin.	953937	gr. 20	15 +		
		45	0		
		65	15	I A. *inuentum*	3.

I A sinus	995817				
tang. compl. 1 inuenti	1004176				
tang. compl. ang. M A H	999993	gr. 45	1		

sin. anguli M A H	984961	gr. 45	1		
M A	984948	gr. 45	0		
M L	969909	sinus 30	gr.	pro *circulo positimis*, qui quærebatur.	

Verùm ne Astrophilus in angulorum specie aut datorum terminor. collocatione hæreat, casuum varietates, præcepto sequenti complectemur.

1. Fiat vt radius ad sinum distantiæ puncti dati, vel stellæ à Meridiano.

Ita sinus complementi declinationis eiusdem stellæ, vel puncti ad sinum primi inuenti.

2. Vt sinus complementi primi inuenti ad radium.

Ita sinus declinationis stellæ ad sinum 2 inuenti, cuiusquidem arcus additur, vel subtrahitur ad eleuationem poli, iuxta rationem sequentis Tabulæ.

Si

Si distantia Stellæ sit 90 gr.	minor, & declinat. sit vel	Septentr. supra terram	Additur secundum inuentum cum eleuatione poli, vt in 1. exemplo patet.	Vt prodeat 3. inuentum.
		Merid. infra terram.		
		Merid. supra terram.	Subtrahitur eleuatio poli à 2 inuento, vt in 2. exemplo.	
		Septentr. sub terra.		
	maior, tũ declinat. potest esse tãtùm, vel	Septentr. supra terram.	Subtrahitur inuentum 2. ab eleuatione poli, vt in 3. exemplo.	
		Meridion. infra terram.		

Æqualis, tunc quidem superflua erit inquisitio *primi, secundi, & tertij inuenti*, siquidem eleuatio vel depressio poli, tunc assumitur pro tertio inuento.

3. Vt radius ad sinum tertij inuenti.

Ita tangens complementi primi inuenti ad tangentem complementi quarti inuenti.

4. Et postremo vt radius ad sinum quarti inuenti.

Ita sinus eleuationis poli regionis ad sinum eleuationis poli supra circulum positionis cuiuslibet significatoris.

Exemplum 2. in quo distantia Stellæ, à Meridiano est quadrante minor 13 gr. 12′, declinatio autem Meridionalis 20 gr. 49′. supra terram.

sinus [illegible] 936923
sinus compl. [illegible] 996461 sinus [illegible] 1958859 cum radio
1 *inuentum*. sinus 933384 sin. eiꝰ cõpl. 998966 est 77° 33′—
959893 sin. inuenti 2.

2. *inuentum* est 23 gr. 24′ eius compl. 66. 36′
à quo subtractu poli eleuatione 49 0

3. *inuentum.* Restat 17 36, cuius sinus 948053
tang. compl. 1. inuenti est 1065604

tang. 1013657.

4. *inuentum* emergit 53 gr. 52′
cuius sinus complementi 977077
sinus eleuationis poli 49 gr. 987777
prodit circuli positionis sinus 964854 gr. 26. 26′+

Exemplum 3 in quo distantia Stellæ à Meridiano est quadrante maior, nempe 97 gr. declinatio 31 gr. Sept. supra terram.

Dist. à Merid. 97 gr. eius cõpl. 83, sin. 999675
cempl. declin. sinus 993306 sin. 31 gr. 1971184 cũ rad.

1. *inuentum.* 992981 ei° cõpl. 972056
2. *inuentum.* 999128

45 gr. 0 polus
sinus compl. 2 inuenti 11 27 subtr.

3. *inuentum* relinquitur 33 33 979072 tang. compl. 1 inuenti
974227 sinus inuenti 3.

4. *inuentum.* 953299 eius compl. est 71 gr. 9′, 30″.

sinus 71 gr. 9′, 30″. inuenti 4 est 997608
sinus 45 eleuatio poli 984948

sinus eleuationis poli supra circul. 982556 positionis 42 gr.

Exemplum 4. vbi distant. à Meridiano est 90 gr. quo loco his duobus tantùm analogijs opus est.

Vt radius ad sin. declin. datæ; ita tang. compl. eleu. poli regionis,
959187 sin. decl. 23 gr.
993916 tang. compl. eleuat. poli 41 gr.


tang. 19 gr. 51′+ 953103 cuius sin. compl. 997627
sin. eleuat. poli 987777 gr. 49.

Exit circuli positionis sinus, nempe 45 gr. 36+ 985404

PROBLEMA IIII.

Significatorem vbicunque extra angulos constitutum ad quemlibet promissorem, data poli eleuatione supra positionis circulum, distantia vtriusque à Meridiano, cum eorum declinatione, via rationali dirigere.

Repetatur diagramma anteced. Probl. in quo sit poli eleuatio supra circulum positionis M L 30 gr. iuxta primum exemplum eiusdem anteced. Probl. è Magini Direct. ad finem Ephemerid. desumptum. Sitque punctum H, significator, eius à Meridiano distantia D O, 44 gr. 4′ declinatio eiusdem H O Septentrionalis supra terram 14 gr. 51′. Punctum verò R, promissor, distantia eius à Meridiano erit arcus D S, & ipsius declinatio R S, quam hîc ponimus 23 gr. 24′ Septentrionalis quoque supra terram in medietate cæli ascendente. Quando autem promissor R peruenerit ad punctum N, motu primi mobilis, tunc ipse existet in eodem positionis circulo, quo significator H, & circulus declinationis M R S permutabitur in circulum M N Q, tum verò arcus Æquatoris D Q erit distantia promissoris à Meridiano in situ significatoris, atque adeo arcus Æquatoris S Q erit *Directio* quæsita, quæ quidem facilè innotescet in hoc exemplo si subducatur arcus D Q (qui componitur ex distantia significatoris à Medio cæli D O, & arcu O Q differentia inter F O, differentiam significatoris ascensionalem, & F Q differentiam promissoris ascensionalem) ab arcu D S, distantia promissoris, vt inde nascatur arcus O Q, qui dicitur Æquatio Directionis, quæ si distantiæ significatoris à Meridiano D O 44 gr. 4′ adiiciatur, emerget distantia promissoris à Meridiano D Q 49 gr. 44′ in situ significatoris; subdu-



cta deinde distantia illius 44 gr. 4 min. ab hac 49 gr. 44 min. in situ proprio D S, relinquitur Directio quæsita 41 grad. 18 min.

Calculus primi Exempli in quo significator est inter primam domum & decimam.

Δεδόμενα sunt:
- L M 30° 0′ eleuatio poli super circ. posit.
- D O 44 4 dist. signific. à M. C.
- H O 14 51 declin. signific.
- D S 91 2 distant. promissoris M. C.
- R S 23 24 declin. promissoris, quibus datis exploratur Primò differ. Asc. significatoris F Q per 1. consect. 18 prop. 2 cap. 1 part. hoc modp.

Vt rad. ad tang. declin. significatoris H O: ita tang. anguli P H O 30 gr.

942348 tang H O, 14 gr. 51′
976144 tang. 30 0

Ad sinum F O. 918492 differ. Asc. significat. 8 gr. 48′, eodẽ processu prodibit arcus F Q diff. Asc. promiss 14° 28′ +– à qua si prior auferatur

8 48 +–

relinquitur Æquatio Direct. O Q 5 40, addenda distantiæ significatoris à Meridiano D O 44 4

Vt habeatur distantia promiss. D Q 49 44 à Meridiano in situ significatoris, qua tandem subtracta ab illa eiusdem promissoris in situ proprio D S 91 gr. 2′, remanet S Q 41 gr. 18′, Directio quæsita.

Exemplum 2, in quo significator est inter 7 domum & 10; promissor verò inter 10 & horoscopum, ad poli eleuat. 45 grad.

Sit medium cæli in 22 gr. 20′ ♊ cuius Ascensio Recta est 81 gr. 39 min. Significator in 10 ♉, eius declinatio 14 gr. 51′ Sept. eius dist. à Mer. 44°4′ Promissor in 25 ♊ declinatio 23°, 24′ Sept dist. eius à M. C. 2 gr. 54 min.

Cum autem significatoris declinatio & dist. eius à Meridiano, sit eadem cum præcedenti exemplo. Ideoque colligetur idem circulus positionis, nempe 30 gr. Quia verò declinatio promissoris est quoq; eadem, differentiæ Ascensionales tam significatoris, quàm promissoris erunt eędem cum eodem exemplo, & per consequens eadem Æquatio directionis O Q 5 gr 40′. Sed hîc contrario modo est agendum: ob significatoris

toris & promissoris in cælo positionem à primo exemplo diuersam. Namque addendæ sunt ambæ dist. à Meridiano cum directionis æquatione, vt habeatur Directio quæsita 52 gr 38 min.


SCHOLIVM.

Eadem directio elicietur, si dempta ascensione recta significatoris 37 gr. 35′. ab Ascensione recta promissoris, addatur æquatio directionis residuo seu differentiæ O S, 46 gr. 58′ Vt hic vides.

	5	48
directio	52	38

Exemplum 3, in quo significator est in primo cæli quadrante, promissor autem in 2 existit, ad poli eleuationem 49 gr.

Sit in adiuncto schemate D M A Meridianus, Æquator D O E, cuius polus Arcticus M eleuatur supra horizontem C A arcu M A 49 gr. & polus Antarcticus G, totidem infra horizontem deprimitur. Circulus positionis C H A, supra quem eleuetur polus arcu M L 45 gr. 45′, vt calculo sequenti patet. Sitque D. medium cæli in 4 gr. ♋ cuius Ascensio. Recta est 94 gr. 22′. Significator quidem ☿ in R cum latitudine Australi, 2 gr. 20′, eius declinatio R S, 3 gr. 32′. Ascensio Recta 163 gr. 27′. Promissor verò spica ♍ in H, cuius declinatio 9 gr. 10′. Ascensio Recta 196 gr. 2′. Ex his autem quæratur Directio Q S.



Sumatur primò differentia Ascensionum rectar. significatoris & promissoris, eritque O S, 33 gr. tum verò distantia significatoris à M. C. quam refert arcus D O Vt autem hæc clariora euadant totius calculi praxim subiunximus : Vt hic vides.

Pro circuli Positionis M L inquisitione.

sinus arcus D ☉, dist. signific. à M.C.		997039
compl. declin ☿, nempe arcus H M		999917
1. *inuenti*. compl sinus 21 gr. 12 min.		996956 sinus 68 gr. 42 min.
sinus declin. ☿ H ☉		1878978 cum radio
sinus 1 inuenti		955825 subtr:
2. *inuenti*, sinus nempe 9°. 49′		923153
eleuatio poli	49 0	
3. *inuentum*	58 49 sinus	993222
tangens 1 inuenti		958869
4. *inuenti* compl. tang.	31 39	952091
sinus 4 inuenti		997733
sinus eleuat. poli		987777
sinus eleuat. poli supra circulum positionis nempe M L		985510
		45 gr. 45 min.

Pro directionis arcus Q S indagine.

tang M L	45° 45′	1001137
tang declin. signif. H ☉	3 32	879061
sinus differentiæ Asc. signific. F ☉		880198
nempe 3 gr. 38 min. +		
tang. M L		1001137
tang. declin. promiss. R S 9 gr. 10 m.		920781
sinus differ. Asc. promiss. F ☌		921918 gr. 9 32′ +
		3 38
Æquatio	☌ ☉	13 10
differ. Asc. Rectarum ☉ S		33 0
Directio	☌ S	46 10

Exemplum 4, in quo significator & promissor sunt inter horoscopum, & imum cæli.

Sit significator ☉ in 27 gr. 4′ ♒ eius declin. 12 gr. 32′. Asc. R. 329 gr. 18′. Promissor ☽ in 18 gr. 15′ ♌ eius declin. 1 gr. 5′. Asc. R. 347 gr. 41′ Ascensio Recta M.C. 244 gr. 18 min. ex quibus indaganda est directio.

Proceſſus calculi hic eſt.

Aſcenſ.R.M.C. 244° 18′
360
604 18
Aſc.R. ſignif. 329 18
275 0
180
diſt. 26 imo cæli 95 0 compl.ſinus 999834
compl declin. 998952
1. *inuentum*, ſinus 13 gr. 24 min. cõpl. 76° 31′ 998786

ſinus declin. cum rad. 1933647
polus 49 0 936765
2 *inuentum* 68° 35′, eius compl. 21 27 996882
3. *inuentum* 27 33 ei⁹ ſin. 966513
tang. 1 inuenti 937979
4. *inuentum*. 904492

999734
997717
circulus poſitionis 48 gr. 24 min. 987511
tang. 48 gr. 24 min. 1005166
tang. declin. ſignif. 934695
ſinus differ. Aſcenſionalis 939861 gr. 14 30′ pro ſignific.
329 18
1005166 343 48 Aſc. obl. ſignif.
tang. declin. promiſſ. 827669
ſin. differ. Aſcenſ. promiſſ. 832835 gr. 1 14′
347 41 Aſcenſ. R. promiſſ.
Aſcenſ. obliqua promiſſoris 348 55
Aſc. obliqua ſignif. ſubtr. 343 18 ſubtr.
Reſtat *Directio* 5 37

Exemplum 5, vbi ſignificator & promiſſor ſunt inter 7 & 10 domum.

Sit Cauda ☋, ſignificator in 16 gr. 4 min. ♍ cuius declin. 16 gr. 48′ Bor.

promissor, ♄ in 29 gr. 11 min. ♎ eius declin. 8 gr. 44 min. Austr. Ascensio R. significatoris 172 gr. 4 min. Ascensio R. promissoris 208 gr. 5 min. distantia signif. à M. C. 72 gr. 14 min. ex his autem quæritur arcus Directionis.

Circulus positionis emergit 43 gr. 30 min.—ad poli regionis eleu. 49°. diff. autem Asc. signif. 16 gr. 39 min. quæ eius Ascensioni R. 172 . 4 min. Addita prodit Ascensio obliqua 188 gr. 43 min.


Diff. verò Ascens. prom. est 8° 23′. quæ dempta ab eius Asc. R. 208. 5′. remanet Asc. obliq. pro. 199 42, à qua tandem sublata Ascensione obliqua significatoris 188 43

relinquitur *arcus direct.* 10 59, cui respondent anni 11, dies 52, h. 18. iuxta Regiom. aut Origani Tabulam.

SYNOPSIS Triangulorum Sphæricorum analysis, qua quidem quænam analogia cuilibet Dedomeno idonea sit, statim oculis obuersatur, & primò.

De Rectangulis, per Dedom. 17 prop. 2 cap. 1 part. & consect. 18. prop. eiusd. *inquiritur crus B C.*

1. *Data base A B, & angulo A obliquo adiacente, per 1 Dedom.*
Vt rad. ad sin. anguli dati;
Ita sinus basis, ad sinum cruris oppositi.



2. *Dato crure alterutro, & base, innotescit crus reliquum.*
Vt sinus complementi cruris dati, ad rad.
Ita sinus complementi basis, ad sinum complementi cruris quæsiti.

3. *Dato crure recti, & angulo adiacente, prodit crus reliquum.*
Fiat enim, vt radius ad sinum cruris dati:
Ita tangens anguli adiacentis, ad tangentem cruris oppositi.

4. *Dato crure recti & angulo opposito datur reliquum, latus si constiterit vtrum, quadranti præstet, aut cedat.*
Vt tangens anguli dati, ad radium:
Ita tangens cruris oppositi, ad sinum cruris reliqui.

5. *Data basi, & angulo, crus eidem adiacens.*
Vt enim radius, ad sinum complementi anguli dati:
Ita tangens basis, ad tangentem cruris angulo dato adiacentis.

6. *Dato vtroque angulo obliquo, datur crus recti vtrumlibet.*
Vt sinus anguli vnius, ad radium:
Ita sinus complementi reliqui, ad sinum compl. cruris oppositi.

Exploratur.

Exploratur Basis AB.

1. *Dato latere & angulo huic opposito, datur basis: si constiterit vtrum basis quadrante maior, aut minor sit.*
   Fiat vt sinus anguli dati, ad radium:
   Ita sinus lateris, ad basim.
2. *Dato vtroque crure anguli recti.*
   Vt radius ad sinum complementi cruris dati, ad radium:
   Ita sinus complementi cruris alterius, ad sinum complementi basis.
3. *Dato crure & angulo adiacente.*
   Fiat enim, vt radius ad sinum complementi anguli:
   Ita tangens compl. cruris dati, ad tangentem compl. basis.
4. *Dato vtroque angulo obliquo.*
   Vt enim radius, ad tangentem complementi anguli alterutrius:
   Ita tangentem compl. anguli alterius, ad sinum compl. basis.

Indagatur angulus vteruis.

1. *Data base & crure alterutro, datur angulus eidem oppositus.*
   Vt sinus basis, ad sinum cruris dati:
   Ita radius ad sinum anguli quæsiti.
2. *Dato crure recti & angulo adiacente, innotescit alter obliquus eidem oppositus.*
   Vt enim radius, ad sinum anguli dati:
   Ita sinus complementi cruris dati, ad sinum compl. anguli quæsiti.
3. *Dato crure & angulo opposito, datur obliquus reliquus, si species eius rota sit.*
   Vt sinus complementi cruris dati, ad radium:
   Ita sinus complementi anguli dati, ad sinum anguli quæsiti.
4. *Dato recti vtroque crure, datur angulorum obliquorum vteruis.*
   Fiat enim, vt radius, ad sinum cruris vnius:
   Ita tangens compl. cruris reliqui, ad tangentem anguli quæsiti huic oppositi.
5. *Data basi, & crure, datur angulus ab ijs concluſus.*
   Vt enim radius, ad tangentem cruris dati:
   Ita tangens complementi basis, ad sinum complementi anguli ab ijs comprehensi.
6. *Dato base, & angulo alterutro, datur angulus reliquus.*
   Vt enim radius, ad sinum complementi basis:
   Ita tangens anguli dati, ad tangentem compl. reliqui anguli quæsiti.

De Triangulis Obliquangulis absque reductione ad Rectangula, ex eodem 2 capite, 1 partis.

1. Datis trianguli lateribus, inueniuntur anguli, per 20 prop.
2. Datis angulis, inueniuntur latera, per 21 prop.
3. Datis duobus lateribus, & angulo ab ipsis comprehenso, exploratur latus reliquum, per 22 prop.
4. Datis duobus angulis, & latere vni eorum opposito, inuenitur latus reliquo oppositum, per 24 prop.
5. Datis duobus angulis, & latere vtrique eorum adiacente, inuenitur reliquus angulus, per 23 prop.
6. Et denique coronidis loco, iisdem datis reliqua latera indagare docebimus per Logarithmos, absque perpendiculari arcu concepto idque duabus tantùm analogiis, fiat.

1. Vt sinus complementi semissis summæ angulorum datorum ad sinum complementi dimidiæ differentiæ eorumdem:
   Ita tangens dimidij lateris dati ad tangentem semissis summæ laterum quæsitorum.
2. Vt sinus dimidiæ summæ angulorum, ad sinum dimidiæ differentiæ eorumdem.
   Ita tangens dimidij lateris dati, ad tangentem dimidiæ differentiæ laterum quæsitorum, qua tandem dimidiæ summæ laterum addidita, prodit latus quæsitorum majus; eadem à semisse summæ laterum subducta, relinquitur latus minus.

Exemplum.

Sint in aliquo Triangulo obliq. duo anguli dati 60 gr. 15′, & 23 gr. 30′, latus verò vtrique eorum adiacens 133 gr. 11′, 15″, ex his autem inquæratur duo reliqua latera, hoc modo.

	60°	15′		anguli		60°	15′		latus 133° 11′ 15″
	23	30				23	30		
summa	83	45	0	differ.		36	45	0	dimid. 66 35 37
dimid.	41	52	30	dimid.		18	22	30	
compl.	48	7	30	compl.		71	37	30	

1. Vt sin. 48 gr. 7′, 30″, ad sinum 71 gr. 37′, 30″: ita tang. 66 gr. 55′, 37″.

997727
1036360

2034087
987192 subtr.

Ad tang. semissis summæ laterum 1046895 quæsit. 71 gr. 14′+

2. Vt ſinus 41 gr. 52′,30″, ad ſinum 18 gr. 22′,30″: ita tang. 66 gr. 35′,37″,

949863
1036360

1986223
982445. 41 14′+ 31. 14′+

Ad tang. dimidiæ laterũ quæſit. 1003778 gr. 47 29+ 47 14+

maius latus 118 43+ min. 23 45

Soli Deo honor & gloria.

FINIS.

Errata nonnulla memoriæ, vel Typographica, quæ sparsim inter legendum occurrerunt, sic corrige.

IN Isagog. pag. 3 linea 25 in primas, leg. in prima. p. 4 l. 2. lege tum verò quia. l. 36 l. & maius. pag. 5 l. 13, lege beneficos. calefaciendo, lege calefaciendo l. 14, leg. beneficus. l. 19, lege exuberantiam, parum quidem p. 6 l. 15 afferert, lege afferet. p. 7 l. 10, lege stellifero. p. 9 l. 10, lege incidit in ♈ lin. 21 lege in illorum pag. 10 l. 7, ♋, ♏, ♒ repone ♋, ♏.)(l. 18, maiorem, leg. marem. l. vlt. ♂ ♒, ♒, repone ♄, ♒,)(p. 11 l. 5, lege signis eorum. p. 14, l. 3, via, lege vis p. 15, l. 10, lege prisci. p. 16, l. 4. lege 12, 11. 10 p. 17. In thematis cælestis domo prima Orientali, lege Orientalis. In domo 3, leg breuium. p. 18 l. 20. post hæc verba vires suas adde in hæc inferiora exerit. l. 21, dele hæc verba, in hæc inferiora exerit. p. 19 l. 8, instar Iouis, dele &, & repone ♃ &)(. p. 21 l. 7. lege hæc verò in nocte ~~p.~~ l. 25, lege Austriafricus lin. 30, lege insignes. p. 25 l. 21. Tabella adde innotescent. p. 26 l. 19, lege stationarij l. 29, augentur &, dele &. l. 30, temperentur, lege & tẽperentur p. 27, l. 12, signatus, lege signatur. p. 28, l. 18, recessit, leg. recessus. p. 29, l. 2. quarto, adde Applicatio fit. p. 30 l. 1. quando mala, lege quando bona, lege coniunctio. l. vlt. leue, l. leui. p. 33 l. 25, qui duplicatus, lege quò duplicatò. p. 34 l. 26, aliquid, l. inaliquid. p. 35 l. 5, constituent, l. constituunt. p. 42 l. 4, l. naturales. l. 10. l. complectantur, l. 15, l. describat. p, 42. l. 27 possunt, l possint. l. vlt area, adde communis. p. 44. l. 8. post hæc verba notum est, adde solem. l. 20, & contra, adde à se inuicem distant. l. 28, Parisiano, l. Parisino p. 45 l. 4, hæc, l. his. l. 5 hic, lege his. l. 15, habeatur, adde contrarium faciendum in aspectibus & Eclipsibus, p 52 l. 14, meridiem, lege meridianum l. 16, directum, vel retrogradum, l. an sit directus vel retrogradus p. 55. l 8 mouent, l. monent. p. 55 l. 11, Vicariæ, adde sunt. l. 24, meustras, l. meustraas p. 59 l 15, misceant temperamque, l. miscent temperantque. l. 17, existant, l. existunt, l. 19, incipit, l. incipiat l. 25 Vt quod, dele quod p. 60 l 8. adferre, lege adferri. l. 11, generia, lege gedita.

IN Doctrina primi Mobil. p. 5 l. 3, lege radius A C lin. 5 & A H, lege Item A H, lin 8 lege Quamobrem vt A F ad AH: Ite A I ad A L p 8 l. 19, l. sint. p 10 l. 10, l semicirculo. p. 12 l. 3. l. Triangulorum. p. 16 l. 7, l. per 4. prop. l. 24. l in quo. l. 29, dele crure in D producto l. 30, dele C. p. 17 l. 18, adde 17, &. p. 18 l 2, lege 5 p. 19 l. 12, repete figuram 2 Scholij 2. 9 prop. & pro 2 parte probl. vtere tantùm 2 diagrammate in 20 pagina posito. p. 21 l. 8. l. per 5. l. 25 leg. per 5. p 22 l. 12. & 22. lege 5 prop. p 23 l 17, l. per 5 prop. l. 22 leg. ad 6. prop l. 27 l. per 5. p. 25. l. 2. l. per 6 p. 26 l. 10, l. exempla 20 prop. l. 31, l. æqualis. p. 27 l. 16, A C secunda figura abundat. p. 31, l. 25, ad sceantem, l. sinum anguli A p. 34, l. 12, l A B C. p 35 l. 16, l. dari. l. 27 l data p 39 l. 21, l. crure p. 40 l. 1. dele sit Itaque A C &. p 45 l. 13, leg. G K, p. 46 l. L H lin 35, l. 77. l. 37, repone 14283606 & 7141803 p. 47 l. 1. repone 7141803. l. 17 l. per 3 art 15 prop. p. 48 l. 8, repone F E 41 gr. l. 13 lege arcus D E p 83 ad. Exemplum 2 Villeb. Inellij desumptum probl. 5. Sphær notetur angulum M O E quam hic in figura eiusdem probl angulus quæsitus esse obtusum. per 3. art. 5 prop. Snellij art 15 prop. huius, quem tamen ponit acutum nempe 41 gr. 29 min. 56 sec. p. 57 l. 15, l. anguli. l 19 l. demonstrata. p. 63 l 7 leg. E O. l. 13 & 14, dele seu O Q p. 64 ad 5 obseruat l 3 leg. sic & tunc 2 inuentum à quarto subducitur, vt patet exemplo probl. 5. cap 2 part. p. 70. ad 1 exemplum. l. 3 l. G M. p. 74. l. 7 l. Theoriis. p. 76 l. vltimæ, adde per 5 Dedom p. 86. l. 10, lege per Logarithmos. p. 104 l. 33, l. Parisinis p. 107 l. 19, leg K C. li. 25, leg. 40 gr. 16 mi. 30 sec. l. vlt. l KNC. p. 109 l. 13. l. Parisiensem. p. 110 l. 24, l. seminocturnus. p. 111 leg. Problema 2 l. 16, l. puncti K p. 113 l. 17, l. perpendicularis BO. p. 118 l. 13, l incidit in tertia figura pro N, repone H. p 122 li. 18 & 13, l HEG. l. 16 & 18, l. H GE, l. 21. l E G. p. 123 l. 18, l distantiam. p. 128 l. 5, lege addita. lin. 22 l. siue p. 145 l. 11, l. dimidius Æquinoctialis DBE. p. 144 l. 14, l. ad sinum. p. 152 l. 30, l. à polo B p. 154 l. 2, dele sed. l. 33 l. H M 39 gr. 21 m. — p 155 l. 4 assumatur primò, &c. rectius & breuiùs assumpto triangulo obliq HFI, in quo dantur HI, FH cum angulo FIH: huic opposito, ex quibus vnica tantùm analogiâ, innotescet anguli HFI supplementum per 24 prop 2 cap. 1 part. Notetur lector, h solutio fiat diebus enalogiis perpendicularem concipi debere supra Eclipticam, nisi Meridianus ADCE colurum solstitiorum referat: Ecliptica enim coluri solst. nomalis est per 6 prop. eiusdem.

DE TABVLARVM NOSTRARVM VSV.

CAPVT. I.

De praxi & vsu Tabulæ fœcundissimæ, seu Trichilihexacosiadis.

TAbulam fœcundissimam sic appellamus ob varios & multiplices, quam adipiscitur vsus ac vtilitates mirificas. Etenim huius ope, logistica aut vulgaris Arithmeticæ multiplicatio additione, diuisio substractione, vel vtrique fractionibus admixtis, quæ plurimùm etiam exercitatis adferunt molestiæ & laboris, expediri valet dicitur & Trichilihexacosias, eo quòd 3600. logarithmos logisticos includat, eadem planè ratione, quâ Kepleri Tabula (ex quâ sanè nostram deduximus) heptacosias, septingentos & viginti logarithmos exhibens, totidem partium vnius integri.

Logarithmi hoc loco logistici vocantur, siquidem vt plerumque computationis logisticæ vires gerunt; Et quidem ad Neperi logarithmorum differentiam, de quibus infrà.

Constat autem hæc Tabula columnis tribus, in quarum prima ad dextram notantur scrupula prima & secunda sexagesimarum, vbi quilibet quinarius (quo distincta est quælibet columna) semper bisectus est; Itavt logarithmus cuiusque tertij ordinis & bisectioni respondens, 30′′. scrupulis tertiis valet. In secunda signantur quoque scrupula prima & secunda vicesimarum quartarum, sed præterea quodlibet scrupulum subdiuiditur bis in 24. scrupula tertia; & semel in 12. tertia, nimirum è regione cuiusque dimidij quinarij bisecti primæ columnæ. Sciendum est autem quod in genere vnum totum seu integrum abstractum in 60. vel in 24. diuidi concipitur; At specialiter sinus totus integri quadrantis in 60. vel integer dies in 24. Deinde hæc tria diligenter prænotentur, nimirum, Vt ex tribus datis terminis, primus & tertius eiusdem sint nominis aut rei. Tum verò totum

seu integrum nempe 60. vel 24. in primo vel tertio termino semper collocari debet. Et denique, quando totum in primo termino regulæ proportionis statuitur, quæstio proposita additione perficitur; Cum verò ipsum in tertio collocatur, quæstio substractione absoluitur, ratio huius rei est, quia sinus & 60, & 24. est circulus o, seu Ziphra, quæ nec addit, nec subtrahit. Hisce præcognitis ad praxim exemplis sufficientibus illustratam accedemus.

Exemplum primum, in quo regula trium seu proportionis beneficio tabulæ fœcund. ad inquirendam partem proportionalem enucleatur.

Si vnus gradus, seu 60′, det 56′,49″; quid 37′,23″? R. 35′.24. pars proportionalis quæsita.

Hîc & in 6. exemplis sequentibus quæstio additione absoluitur; quia 60. ponitur in primo termino.

Logarithmus logisticus	56′.49″.	est	5451.
Logarithmus L.	37. 23.		47312.
L. Log. partis proportion.	35.24.		52763.

Exemplum 2. in numeris quadriuicenariis.

Si Luna vno die, seu 24 horis promota sit 14°. 37′. quantum horis 18 h. 46? R. 12°.30′.

Logarithmus quadr.	14°.37′.	est	49589.
Log. qd.	18. 46		24597.
Log qd,	grad. 12.		30986.

Exemplum 4. per vtramque columnam.

Si Sol vno die, seu 24. h. currat 59′.39″, quantum horis 22. h 47.? R. 56′. 57″. ½.

L. Logist.	59.39.	est	585.
L. qd. h.	22.47.	est	5102.
L. Logist.	56°.37″. ½.		5787.

Exemplum 4. in quo secundus terminus excedit 60′.

Si Sol vno die, seu 24. horis absoluat 1°.1′.2″. seu 61′.20″. quantum in horis 21.39′? R. 55′.20″. ferè.

Vt calculus exactior fiat, addatur Logarithmus Log. 1°. 20″. (dempto priùs 1. gradu) nempe 380666, cum log-mo quadr. 21. h. 39′. scilicet 10305. & prodibit log-mus l. 1′.12″. Tùm verò huic addantur minuta & secunda nempe 54′.7″.30‴. quæ respondent ipsis 21. h. 39′. in primâ columna, & emergent 55′.20″. ferè. processus calculi hic est.

L. LI. min. 20. ſec. exceſſus ſupra 60. min. eſt 380666.
L. qd. 21. 39. eſt 10305.

L. L. 1. 12. quibus 390971.
Adde 54. 7. ½ reſpond. hor. 21. 39. min.

55. 20. ferè & tantùm Sol currit horis 21. 39. min.

Aliter.

Subducatur motus Solis diurnus 61. min. 20. ſec à 120 (tanquam à ſemicirculo ſeu 180. gradibus in doctrina triangulorum) reſtabunt 58. min. 40. ſec. veluti arcus ſupplementi, cuius ſinus Log Logiſt. 2247. ablatus à Log. mo. qd. 21. h. 39 nempe à 10305 remanet log-us L. 8058. exhibens in tabula 55 min. 21. ſec. Vt priùs ferè. Calculus Keplerì dat 55. min. 18. ſec. duobus minutis ferè à verò deficiens, vt ex Arithmetica vulgari vel ex canone hexacontadon experiri licet.

Conſectarium.

Hinc liquido conſtat, non eſſe neceſſarium in hoc negotio ſigna Coſſica ſeu Algebraica adhibere; quoniam exceſſus ſupra 60 eſt ſupplementũ LL. ad ſemicirculum ſeu 120, haud aliter quàm exceſſus ſupra 90 gr. eſt ſupplementum 180. gr. in doctrinâ triangulorum ſiue rectilin. ſiue ſphæricorum. Atque eâ de cauſâ hoc exemplum conſulto ex tabulis Rudolphinis eruimus; vt Aſtrophilis rei veritas magis eluceſcat

Exemplum 5. quod proximè præcedenti exemplo eſt conuerſum.

Si motus Solis diurnus ſit 61 min 20. ſec. quantum temporis poſtulant 55 min 20 ſed. hoc eſt.

Si Sol peragret 61 min. 20 ſec. in die vno ſeu 24 horis, in quanto tempore abſoluetur 55 min. 20 ſec.

Sumatur Log-us L ſupplemẽti (61 m 20 ſ. qui eſt) 58 m. 40 ſ. nẽpe 2247
cui Log. L. adiiciatur Log-us Logiſticus 55. 20 8096

Et naſcitur L qdriuicenarius horarum 21. 39. proximè 10345

Contraria contrariis probantur, & conſequenter in hac propoſitione quæ præced. exemplo (in quo per additionem proceſſimus) eſt conuerſa; conſentaneum videretur per ſubtractionem ratione ſimili procedere; At quoniam arcus 61 min. 20 ſec. in ſecundo quadrante verſatur, in quo Logarithmi creſcunt ab initio ſecundi quadrantis, & diminuunt ab initio primi quadrantis; eâ de cauſâ hîc ratione contrariâ procedendum eſt.

Exemplum 6.

Si Mercurius horis 24 promoueatur 4°. 32 min. 27 ſec. in orbe excentrico, quantum horis 21. 39 min. 4, 6 min.

L.qd 4°.32 m.24 s. est 166513. hîc assumo 24 m. pro 27 s. quia hîc nullum
L.qd.21 39. 0. est 10305. errorem sensibilem efficiunt.

L.qd.4. 6. 0. 176818 Calculus Kepleri idem exhibet.

Exemplum 7.

Si Luna minutis 59 vnius horæ promota sit per 29 min. 30 sec. quantum sit eius horarius motus, hoc est, quantum percurret Luna in horâ vnâ, seu 60 minutis? 60 min. motus horarius quæsitus.

Hîc, 60 ponitur in tertio termino, quare primus terminus à secundo subtrahitur, sic

secundus primus	L.L. 29.30	70995.
secundus	L.L. 59. 0.	1681.
quartus	L.L. 30. 0.	69314.

Exemplum 8.

Si cometa quispiam [illegible] 19.42. permeet 14°.23 min. quantus sit diurnus, seu horarum 24?

Hîc, 24 statuitur in tertio termino, quare primus à secundo termino subducitur.

L qd. 14.23.	1198.
L.qd.19 42.	9743.
L.qd.17.31	31455. diurnus quæsitus.

Idem quoque prodibit per Log is L. mutatis apicibus seu speciebus, sic

L L.14 m.23 s.	142828.
L.L.19. 42.	111373.
	L. diurnus quæsitus vt prius, restitutis apicibus, qui secundo termino erant adempti.

Exemplum 9.

Si, 58 min. 20 sec. dent 60; quid 61 min. 40 sec. & 1°.3 min. 25 sec.

Hîc cùm tertius excedat primum, ablatis igitur 58 min. 20 sec. à 61 min. 40 sec. restat 3 min. 20 sec. excessus, cuius

Log-us L. est 289037: à quo
aufer L.L. 58 20. nempe 2817.

Restat L L. 3.25. 286220, cui præmisso, gradu, ob subtr. primi à tertio, fiet gr. 1. 3 25. quartus quæsitus.

Aliter.

Subducatur Log-us L primi termini de L L. semissis tertij, & restabit Log. L. dimidij quarti, quo tandem duplato prodibit totus quartus, qui quærebatur sic.

L L tertius 61 m. 40 sec.
eius dimidium 30. 50. cuius L.L. 66574.
L.L. primus 58. 20. eius L L. 2817.
L.L. semissis 31.43. L.L. 63757.
duplum 63.26. vt prius.

Exemplum 10. *aſpectuum computationibus inſeruiens.*

Modum aſpectus computandi ex Arithmetica vulgari, prima parte noſtrarum Ephem. cap. 14. Aſtrol. generali, ibique duo exempla attulimus, quorum prius ſic eſt.

Quæratur tempus coniunctionis ☉ & ♄, quæ continget ad 5 diem Ianuarij 1637.

Motus diurnus ☉ eſt 61′		Locus ♄.	16. 4′ ♐	
♄. 7		Locus ☉	15. 35	
Superatio diurna. 54		Diſtantia Plan. 0 31.	eius L. qd. 383945.	
		Superatio diurn. 54.	eius L. qd 328341.	
		Tempus ☌ h. 13. 45.	L. qd. 55602. Idē habetur in Ephem.	

Exemplum 11.

Quæratur tempus Aſpectus ✶ ☉ & ☽, qui futurus eſt ad 20. diem Ianuarij 1637. proceſſus eſt hic.

Motus diurnus ☽ 11. 48′		Dies 20. ☉	0. 50′ ♒	
☉ 1. 1		☽	29. 1. ♏	
Superatio diurn. 10. 47		Diſtantia.	1. 49.	L. qd. 258169.
		Superatio.	10. 47.	L. qd. 80005.
		Tempus ✶ h.	4. 2.	L. qd. 178164.

Idem per logos L. præſtari poteſt ſic.

Diſtantia	1. 49.	L. L. 349751.
Superatio.	10. 47.	L. L. 171635.
Tempus ✶ h.	4. 2.	L. qd. 178116.

Calculus tamen eſt exactior per l. qd. Vt in computandis huius 2. part. Eph. aſpectibus expertus ſum, & maximè cum diſtantia Planetarum & ſuperatio diurna in ſolis minutis exiſtunt.

Exemplum 12. *pro dierum Criticorum computatione.*

Quidam acuto morbo correptus fuit anno 1641. die 12. Ianuarij horâ 8 circiter poſt Meridiem, quo tempore Luna verſabatur in 10. 19′ ♒. Quæritur autem quo die & horâ Luna perueniet ad 10. 19′. ♉, circa quod tempus Luna efficiet aſpectum completè quadratum.

In Ephemeridibus noſtris die 19 eiuſdem menſis Ianuarij Lunæ locus in Meridie eſt 6. 11′. ♉, & eius motus diurnus eſt 11. 25′. Iam verò ſubduc 6. 11′. ♉, nempe loco in meridie à 10. 19′ ♉, reſtabit locorum diſtantia, quæ hoc loco diſtantiæ Planetarum vicem gerit, motus verò diurnus vicem ſuperationis diurnæ. Proceſſus calculi hic eſt.

Locus ☽ in tempore aspectus □ est 10°. 19′. ♉
Locus ☽ in meridie est 6. 11. ♉

Distantia locorum	4. 8.	cuius L. qd. 175897.
Motus diurnus ☽	12. 25.	L. qd. 65901.
Tempus Criticum.	8. 0.	L. qd. 109996.

Vide tractatum nostrũ de Crisium mysterio. cap. 4. p. 11.

Exemplum 13. pro Eclipsibus.

Si Luna percurrat 3[illegible]″ in hora vna, seu 60′, In quanto tempore promouebitur 50′. 51″?

	50′. 51″.		
aufer	36. 13.		
restant	14 38	cuius L. L. 141104.	58′. 53. horarius ☽ 27′. 12″.
☽ horarius	36. 13	eius L. L. 50482.	54. 24. 54. 24. eius duplũ
exit	24. 14.	L. L. 90622.	4. 29 eius L. L. est 259400.
cui adde	1. 0. 0.		27. 12. eius L. L. 79112.
fit hor.	1. 24. 14.	pro tẽpore incid.	9′. 53. L. L. 180288.

adde h. 2. 0. 0. quia horarius in 3 termino 58′.
fit h. 2. 9. 53. continetur. [53″ bis.

Nota. si tertius terminus primum excedat, minorem à maiore subducito, & à logi L. residuo aufer L. L horarij ☽, tum addito vno integro ad numerum quartum provt semel, aut bis horarius ☽ in tertio termino continebitur, exibit tempus quæsitum, vt exemplis duobus apparet.

Exemplum 14. in quo nullus terminorum est 60, aut 24.

Si 29′. 45″ permeantur minutis 1[illegible]′. 43″; in quo tempore permeabuntur 58′. 47″? R. 31′. 3″.

Secundus terminus	15′. 43″	eius L. L. 133963.
Tertius terminus	58. 47.	eius L. L. 2949.
	Summa	136912.
Primus terminus	29. 45.	eius L. L. 70158. subtr.
Quartus terminus	31. [illegible].	L. L. 65854.

Obseruatio.

Si summa Logarithmorum ex secundo & tertio termino conflata, minor extiterit logarithmo primi termini, bisecandus est tertius terminus, & logarithmo semissis tertii addatur logarithmus secundi termini, & à summâ logarithmus primi termini subductus relinquet logarithmum semissis quarti termini quæsiti, quo duplato quæsitum ostendet. Vt ex operatione sequentis exempli videre est.

Exemplum 15.

Si, 29′. 45″ dent 45′. 43″; quid 58′. 47″? R. 1°. 30′. 20″.

58′ 47″.
ſemiſſis 29. 23. ½ eius L.L. 71391.
45. 43. eius L.L. 27188.

4. ſumma 98579.
Primus term. 29. 45. eius L.L. 70151. ſubtr.
45. 10. 28428.
2. dupl.

90. 20. id eſt, 1°. 30′. 20. ſ.

CAPVT II.

In quo de Logiſticorum numerorum quadratis, radicibus & medio proportionali inquirendis diſſeritur.

HÆc tabula maximum adfert compendium in quadrandis fractionibus Aſtronomicis, ſeu numeris Logiſticis; quapropter columnâ prima Logiſticorum hic vtendum eſt.

Praxis huius rei perfacilis eſt, & proinde hic vnicum ſufficiet exemplum.

Exemplum.

Proponatur hæc fractio Aſtronomica 42 m. 35 ſ.

L L. 42 m. 35 ſ. eſt 34288. } bi[illegible]mptus.
L L. 42 m. 35 ſ. 34288. }

L L 30. 13. m. 68576. Log-us quadrati de 42 m. 35 ſ. Vt enim 30 m. 13 ſ. ad 42 m. 35 ſ. Ita 42 m. 35 ſ. ad 60 m. hinc

Quadrare fractionem Aſtronomicam eſt aliam inuenire, quæ ſit ad propoſitam quadrandam, vt ipſa propoſita ad vnitatem, ſeu 60 m. maximum columnæ primæ numerum.

Ergò data fractio media eſt proportionalis inter eius quadratum & 60 ſeu vnitatem.

Exemplum aliud, in quo data fractio excedit 60.

Sit quadrandus 1°. 23′. 15″.

Biſſecetur 1. 23. 15. erit ſemiſſis 41′. 37″. ½ | 36564. hic bis ſumptus.
conflatur, Logarithmus L. quartæ | 36564.
partis quadrati quæſiti, 28′. 52″. ½ nempe 155′. 30. Nam quater 28′. 52″. 30‴ producunt 115 m. 30 ſ. ſeu grad. 1°. 55 m. 30 ſ. exactè, non autem 1°. 55 m. 32 ſ. Vt notat Keplerus per Logarithmos priuatiuos. | 73128. L.L.

Exemplum 3. pro extractione radicis quadratæ.

Sint quadrati 30 m. 13. & 1°.55 m. 30 ſ. huius $\frac{1}{4}$ eſt 28 m. 52 ſ. $\frac{1}{2}$
eiuſque L.L. 73128.

Logar. L. 30 m. 13 ſ. eſt 68576. ſemiſſis 36564. L.L 41 m. 37 ſ. $\frac{1}{2}$
huius ſemiſſis eſt 34288. cui 41. 37 $\frac{1}{2}$

Radix gr. 1. 23. 15. 0

reſpondent in L.L. 42 m. 35 ſ. pro radice quadrata fractionis 30 min. 13 ſ.

Exemplum 4. pro medio proportionali inter duos Logiſticos inueniendo.

Quæratur medium proportionale inter 30′. 13″. & 42′. 35. &. 33‴. 50″ 30‴.

Si datorum alteruter fuerit 60′, ſiue 1°; tunc radix reliqui, quæſita, vt priùs, eſt medium proportionale imperatum.

Si verò neuter datorum (vt in exemplo) fuerit 60, vel 1°; Logarithmos datorum ex tabula fœcund. deſumptos conijce in vnam ſummam; huius ſemiſſis oſtendet ex L.L. medium proportionale quæſitum.

L L. 42′. 35. eſt 34288.
L.L. 30. 13. 68576.

102864. ſumma.
L.L. 35. 52 $\frac{1}{2}$ 51432. ſemiſſis medium prop. quæſitum.

Obſeruatio.

Si terminus vterque ſuperet 60. [illegible] alter horum ſit minor 60, & alter excedat. v.gra.

Quæratur mediũ proportionale inter 1°. 23′. 15″ & 1°. 55′. 30″
huius ſemiſſis 41. 37 $\frac{1}{2}$ 57. 45. eius L.L. 3821.
41. 37. $\frac{1}{2}$ eiº L L. 36564.

Ergo medium prop. inter 1°. 23 m. 15 ſ. & 1° 55 m. 30. ſ. eſt 98 min. 4 ſec. ſumma 40386.
49′. 2″. ſemiſſis 20193.
2
98. 4.

Calculus Kepleri præbet 98 m. 8 ſ. deficiens à vero 4 ſ. vt & computatione Arithmetica vulgari liquet. Ergò Columna in Heptacoſdade, cuius titulus eſt *Partes & ſexageſi. priuatiuorum* eſt inutilis, ſiquidem omnia ſua exempla per ſexageſimariam abſoluimus, vnde fruſtra fit per plura quod fieri poteſt per pauciora.

Si vnus terminus eſt infra 60, alter ſupra. Vt verbigratia.

Si quæratur medium proportionale inter 41 m. 27 ſ. & 1°. 55 m. 30 ſ.

41′. 27″.

41. 27.
ius dimid. 2043 ½ L.L. 106301.
57.45. L.L. 3812.

110123. ſumma.
34. 36. L.L. 55062. dimidium.
2
69. 12. Medium proportionale quæſitum.

CAP. III.

In quo tota Directionum doctrina ex noſtris Tabulis enucleatur.

PROBLEMA I.

Declinationem ſtellæ, cuius longitudo & latitudo nota ſit, explorare.

Declinatio ſtellæ, aut Planetæ eſt arcus Meridiani inter Æquatorem & ſtellam datam interceptus.

Longitudo ſtellæ, arcus Ecliptiçæ ab ♈ initio vſque ad ſtellæ locum numeratus.

Cùm autem Sol nullam ſemper habeat latitudinem, quod etiam quandoque Planetis alijs accidit, vt quoque ſtellis quibuſdam fixis; Idcircò pro ſole & ſtellis, quibus ineſt latitudo nulla modum adferemus ipſam inquirendi declinationem, & primò quidem practicè.

Per Tabulas Aſtron.

Quæratur ſignum & gradus loci ſtellæ vel Planetæ in latere dextro, vel ſiniſtro tabulæ declinationum, pag. 38, 39 &c. & ſtatim in angulo communi, ad columnam mediam offendes declinationem quæſitam, cuius plaga ex ipſis Zodiaci ſignis innoteſcet; ſi namque ſignum fuerit inter ♈ & ♍, declinatio *Septentrionalis*, ſi verò inter ♎ & ♓ *Meridionalis* vocabitur.

Exemplum 1.

Per 1. Exemplum 1. cap. De Tabul. vſu.

Sit inquirenda declinatio Solis in 8. 37′ ♌. ſi nulla adeſſent minuta, declinatio eſſet 18. 19′. ſcilicet pro 8. 0′ ♌. At propter 37′ ſumenda eſt pars proportionalis de differentia inter gradum 8 & ſequentem 9, nimirum 16′. ſuppoſitâ regula trium hoc modo.

Si, vnus gradus ſeu 60 m. det 16 m. quid 37 min. ? R. 9 min. 52 ſ. pars pp.

16′ Velſic] Log-us L 16′ eſt | 132175 Aufero igitur partē proportiona-
37 Log-us L 37 eſt | 48342 les 9′. 52″, à declinatione ſcilicet à
112 L.L. 9′ 52″ | 180517 18. 19′. 0″, quia nu. ſeq. decreſcit,
48 Et reſtat 18 9 8. declinatio Solis quæſita.

59.2
9.52

Theoricè, per Canonem Logarithmorum H. Briggij.

Quoniam locus ☉ nempe 8. 37 m. ♌ verſatur in ſecundo Zodiaci quadrante, numeratis 128. 37 m. ab ♈, vſque ad 8. 37 ♌ ijdem 128. 37′. à ſemicirculo ſeu 180 gradibus ablati, relinquunt 51. 23 m. cuius ſinus 989284 eſt ſinu maximæ declinationis 960070 additus, prodit (dempta vnitate ad ſiniſtram) ſinus 18. 9. pro declinatione Solis, vt priùs. Huius rei demonſtratio deducitur ex probl. 1. Doctrinæ primi mob. noſtri parte ſecunda.

ſinus 51. 23′ | 989284
ſinus 23.30 | 960070. max. declin. ☉
ſinus 18. 9 | 1949354. declinatio ☉ pro 8. 37 ſec. ♌

Exemplum ſecundum, in quo Planeta latitudinem ſortitur.

Proponatur indaganda cuiuſdam planetæ declinatio, cuius longitudo eſt 12. 15′ ♍, & latitudo Septentrionalis 3. 24′.

Quæſito ſigno ♍ in noſtra declinationum Tabula pag. 40. video 12. ♍, in latere ſiniſtro tabulæ, 3. autem gradus latitudinis Septentrionalis in fronte eiuſdem tabulæ, ſub quibus deſcendo vſque aduerſum 12 graduum ♍, vbi offendo numerum anguli communis graduum 9 minutum 51, cuius quidem anguli communis, & numerì immediatè ſubſequentis differentia eſt 25′ de quibus accipio partem proportionalem reſpectu 15, quæ eſt 5′. 45″. Hæc autem pars proportionalis minuenda eſt, quòd numerus proximè ſubſequens angulum communem, minor eo fuerit.

Similiter confero angulum communem ei collateralem verſus ſiniſtrā, nempe ſub 4 gradu latitudinis Septentrionalis, & de differentia, quæ eſt 55 minuta reſpectu 24′. colligiturque 22′. addenda videlicet, quòd numerus collateralis angulo communi maior eſt. Dempta itaque parte proportionali longitudinis 5′. 45″, ex parte proportionali latitudinis 22′, manent 16 m. 15 ſec. quæ communi angulo addita producunt declinationem planetæ Septentr. quæſitam 10. 7 m. 15 ſec. vt ex operatione ſequenti liquet.

Angulus communis 9 51 min.
Si 60 23 min. 15 ſec. ꝓp. 5 m. 45 ſ. pars proportionalis pro longit. ſubtr.

L L: 23 min. 0 eſt	95885	L.L. 24′. 0″.	91629
L. L. 15 min. 0 eſt	138429	L.L. 55. 0.	8701
Pars pr. 5 min. 45 ſ.	254514	L.L. 22. 0.	100350.
Si 60 55 24	ꝓp. 22 m. 0 ſ. pars prop. pro latitudine. Add.		
	5. 45		
	16. 15		

Angulus commun. 9. 51.
Declinatio quæſita 10. 7. 15.

Tabula declinationum generalis.

gr.	♈ ♌ Arcus.	Numer. addend.	♏ ♉ Arcus.	Numer. addend.	♐ ♓ Arcus.	Numer. addend.	gr.
	o ′		o ′		o ′		
0	0 0	86561	12 16	63497	20 38	20299	30
1	0 26	86540	12 37	62114	20 40	19056	29
2	0 52	86456	12 58	60729	21 0	17834	28
3	1 18	81330	13 19	59309	21 11	16663	27
4	1 44	86140	13 40	57839	21 21	15514	26
5	2 10	85888	14 0	56406	21 31	14399	25
6	2 36	85573	14 20	54925	21 40	13326	24
7	3 2	85217	14 40	53449	21 49	12296	23
8	3 28	84800	14 59	51962	21 58	11285	22
9	3 53	84342	15 18	50481	22 6	10318	21
10	4 19	83824	15 37	48992	22 14	9381	20
11	4 45	83224	15 55	47495	22 21	8502	19
12	5 10	82586	16 13	45992	22 28	7655	18
13	5 35	81889	16 31	44486	22 35	6852	17
14	6 0	81114	16 48	42976	22 41	6084	16
15	6 25	80302	17 5	41437	22 47	5361	15
16	6 50	79455	17 22	39940	22 52	4689	14
17	7 15	78572	17 38	38431	22 57	4058	13
18	7 39	77655	17 54	36939	23 2	3464	12
19	8 3	76704	18 10	35452	23 7	2825	11
20	8 27	75701	18 25	33983	23 11	2422	10
21	8 51	74627	18 40	32521	23 15	1972	9
22	9 15	73542	18 55	31080	23 18	1560	8
23	9 39	72389	19 9	29636	23 21	1192	7
24	10 2	70131	19 23	28228	23 23	869	6
25	10 25	69999	19 36	26844	23 25	599	5
26	10 48	68765	19 49	25507	23 27	380	4
27	11 10	67487	20 2	24172	23 28	219	3
28	11 32	66185	20 14	22853	23 29	99	2
29	11 54	64843	20 26	21562	23 30	29	1
30	12 16	63497	20 38	20299	23 30	0	0
	♍ ♐		♎ ♒		♑ ♑		

Obseruatio de scala rubra, quæ reperitur in tabula declinationis.

Scala rubra in signo ♍ notatur in plaga Meridionali, & in signo ♎ in plaga Septentrionali; & proinde limes est seu terminus declinationis Meridionalis & Septentrionalis; loca enim supra scalam in ♍ declinationem habent Australem, infra verò, Septentrionalem: at loca supra scalam in ♎, declinationem sortiuntur Septentrionalem, & infra Meridionalem.

Quare si contigerit aliquando scalam rubram intercipere angulum communem, & immediatè sequentem aut collateralem, tunc angulus communis est addendus numero immediatè sequenti, & de aggregato sumenda pars proportionalis pro minutis vltra integros gradus. Vt iampridem cum differentia anguli communis & numeri sequentis, exemplo videre est.

Exemplum de scala rubra.

Sit inquirenda declinatio stellæ, cuius longitudo est 18. 40′ ♍, & latitudo 5 20′. Meridionalis. Primùm ex eadem tabula declinationis excerpo communem (ipsis 18. 40′ ♍ cum lat. Sept 5 gr) angulum, qui est 0. 9′, cum denominatione Austr. quoniam statuitur supra scalam; Deinde angulus proximè sequens est 0. 14′, quem adiicio cum priori, siquidem existit infra scalam, & conflatur summa declinationum 23′, cuius pars proportionalis pro 40. est 15′. 20″, vnde subtraho angulum communem 9′, quia minor est parte proportionali, vt restet declinatio 6′ 20″, primùm correcta ratione 18. 40′ ♍ cum 5 grad. latitud. Meridionalis.

Postea communem angulum 0. 9′ adde cum angulo collaterali dextram versus, eò quòd scala rubra inter vtrumque interiiciatur, & emergunt 55′, cuius pars prop. est 18′. 20″. qua tandem addita cum declinatione, 6′ 20″, priùs inuenta prodit quæsita declinatio 24′. 40″. Australis, processus calculi hic est

Declinatio 18. ♍, cum 5 gr. latit Merid. est 0°. 9′. angulus communis.
Declinatio 19. ♍, cum 5 gr. latit. Merid. est 0. 14 ang. proximè sequens.

Summa declinationum duarum est	0.	23.	″
Pars proportionalis pro 40′ est		15.	20, vnde subducto.
Communi angulo		9.	0.
Restat declinatio primùm correcta		6.	20. Merid.
Angulus communis	0.	9.	0.
Angulus collateralis	0.	46.	
Summa declinationum duarum		55.	
Pars proportionalis pro 20′ lat. adhærentibus	18.	20.	add.
Addenda cum priori declinatione inuenta		6.	20.
Et prodit declinatio quæsita Meridionalis.		24.	40.

Modum alterum exactiorem & facilimum nullis etiam cautelis i nuo-

latum

lutum ipſas computandi declinationes non modò, quæ intra latitudinem 6 graduum, ſed etiam ad quamcumque latitudinem datam.

Ex tabula declinationis generalis cum longitudine ſtellæ colligatur arcus ſigno & gradui longitudinis ſtellæ congruens, atque etiam numerus addendus è regione ipſius arcus. Notetur quoque affectio plagæ eiuſdem arcus, Septentrionalis nimirum, ſi ſignum longitudinis ſtellæ fuerit ſeptentrionale, Meridionalis, ſi meridionale.

Deinde latitudo ſtellæ iungatur arcui ſeruato, ſi denominationem habuerit eandem cum ipſo arcu, eritque aggregatum eiuſdem denominationis cum ambobus: aut alter ab altero ſubducatur, ſi diuerſæ fuerit denominationis, & reſiduum eam obtinebit denominationem, quam ſortiebatur numerus id à quo facta eſt ſubtractio.

Tale itaque aggregatum vel reſiduum, ſi quod fuerit, erit arcus circuli latitudinis ſtellæ inter Æquatorem & verum ſtellæ locum contentus. Nam ſi nullum eſſet huiuſmodi reſiduum, quod accidit, dum latitudo ſtellæ, & arcus circuli latitudinis inter Æquatorem & Eclipticam æquale quidem, ſed denominationis exiſtunt diuerſæ, nullam prorſus ab Æquatore declinationem ſtella ipſa paterctur.

Sinus igitur arcus iam enarrati numero addendo ſupra ſeruato adijciatur, & emerget ſinus declinationis quæſitæ, reiectâ vnitate ad læuam. Vt exemplis ſubſequentibus apparet.

Exemplum primum Regiomontani.

Sit ſtella quædam in 12 ♍, cum latitudine 3 graduum Boreali, quæratur autem eius declinatio. Cum itaque ſignum ♍ in calce tabulæ reperiatur, accipio 12 gradus in latere dextro tabulæ, & in angulo communi offendo arcum Septentrionalem 7. 39′, & numerum addendum 77615, quem ſeorſum ſcribo; tum verò arcui prædicto 7. 39′ latitudinis ſtellæ gradus 3 adijcio, fiunt gr. 10. 39′ cuius ſinus cum numero addendo additus prodit 1768047 ſinus declinationis quæſitæ, cui cedunt in canone Neperi gr. 9. & 51′. Vt habet Regiom.

Exemplum aliud ad ſcalam rubram attinens.

Sit inquirenda ſtellæ declinatio, cuius longitudo eſt 18. 40′ ♍ cum latitudine 5. 10′ Meridionali. Iuxta exemplum ſupra prob. 1.

Primò, arcus grad 18. reſpondens eſt 5. 10′. & num. addend. 82586.

arcus gr.	19.	4. 45.	83224.
differentia eſt.		0 25.	differentia 638.
pars proportionalis ratione 40′ eſt		0. 16. ſubtr.	415. addend.
ab arcu 5. 10′ & reſtat.		4. 54. Septentr.	83011. [addēdo
latitudo ſtellæ.		5. 10 Merid.	
Arcus correctus.		0 26. Merid. cuius ſinus	4884484.
			83011.
Sinus 0. 25. ferè, pro declinatione ſtellæ quæſita Merid.			496749. vtſ.

SCHOLIVM.

Hanc tabulam ex illâ Regiomontani Tabulâ fœcunda deduximus, & loco numerorum multiplicandorum numeros addendos ex canone sinuum logarith. ſubſtituimus, vt multiplicationis labor tædioſus euitaretur. Vbi notandum eſt, arcum in tabula notatum eſſe portionem circuli latitudinis ſtellæ inter æquatorem & Eclipticam interceptum; qui quidem arcus eſt latus trianguli ſphærici rectanguli, cuius angulus acutus oppoſitus eſt 23. 30' iuxta maximam ſolis declinationem; numerus verò addendus eſt ſinus rectus tertij anguli eiuſdem trianguli, qui ex præfato latitudinis circulo & æquatoris efficitur.

PROBLEMA II.

Cuiuſcunq; Planetæ rectã aſcenſionem ex tabulis excerpere.

Aſcenſio recta ſtellæ vel planetæ eſt Æquatoris arcus, qui cum dato aliquo Zodiaci puncto oritur in ſphæra recta, aut per Meridianum in ſphæra obliqua tranſit. Vnde Mediatio cœli vocatur reſpectu cuiuſlibet horizontis obliqui.

Ingredere tabulam mediationum cœli pag 44. 45. &c. cum loco planetæ vero, & latitudine eius ſi quam habuerit, & in angulo communi videbis aſcenſionem rectam quæſitam. Si verò poſt integros gradus adſint minuta longitudinis, & latitudinis, tunc (ſicut in declinatione) ratione longitudinis conferendus eſt angulus communis cum illo, qui proximè ſequitur, & de differentia ſumenda eſt pars proportionalis pro minutis, quæ adijcienda erit aſcenſioni rectè prius inuentæ & conſtituetur aſcenſio recta reſpectu longitudinis: & ſimiliter pro latitudine conferendus eſt angulus communis cum collaterali proximè ſequenti, & de differentia ſumenda pars ipſis minutis latitudinis conueniens, addenda vel auferenda prout latitudo creſcit, vel decreſcit.

Exemplum.

Quæratur Aſcenſio recta ſtellæ, qua vſi ſumus in 1. problemate, ex tabulâ cœli Mediationum pag. 49 è directo 12 graduum ♍, ſub latitudine trium graduum Septentrionali inuenio gr. 164. 34 min. cuius numeri & proximè ſubſequentis differentia eſt 56 minuta, de qua differentiâ accipio partem ipſis 15 minutis, longit. congruentem. Eſt autem illa pars proportionalis 14 min. addenda.

Item dictus numerus anguli communis demptus à numero collaterali ſiniſtro relinquit 24 min quorum pars proportionalis quæ ipſi 24 minutis lat. debetur, eſt ferè 10 minuta addenda: congregatis itaque huiuſmodi partibus proportionalibus, & congerie earum adiecta ipſi angulo communi, reſultabunt 164 gradus & 58 m. pro aſcenſione recta ſtella datæ.

Aliter per canonem ſinuum Logarithmor.

Huius probl. ſolutio latè patet ex iis, quæ parte 2. primi noſtri mobilis

probl emate 2. monuimus. Attamen alterum generalem computandi rectam ascenſionem ſtellæ modum longè faciliorem ipſo Regiomontani ſic breuiter adferemus, vt ex ipſius exemplo conſtat.

Inquiratur ſtellæ declinatio per primam prop. huius; Deinde ſtatuatur analogia, ſic.

Vt ſinus compl. declinationis, ad ſinum complem. latitudinis.
Ita ſinus longitudinis ſtellæ, ad ſinum aſcenſionis rectæ quæſitæ.

Operatio. 180.

longitudo ſtellæ 12 ♍, ſeu 162. grad. cuius ſuppl. 18. ſinus cõpl. eſt 997821.
18. latitud. 3. ſinus compl. 999940.
1997761
declin. 9. 51. ſin. cõpl. 999355
ſinus 74.34 cui 998406.
adde 90.
prodit 164.34. Aſc. recta quæſita.

PROBLEMA III.

Data Aſcenſione recta gradum Eclipticæ huic reſpondentem inuenire.

Quære datam aſcenſ. rectam in tabula aſcenſionum rectarum pag. 30. & è directo ipſius Aſcenſionis datæ in fronte quidem ſigni Zodiaci, in latere autem ſiniſtro graduum eiuſdem ſigni videbis.

Quòd ſi datam aſcenſ. præcisè non inueneris, accipe duas aſcenſiones rectas in tabula expreſſas, quarum quidẽ vna proximè maior extat aſcenſione data: altera verò proximè minor: tum minore ipſarum ex maiore dempta, numerus manebit primus qui quidem eſt portio vni gradui Eclipticæ competens.

Deinde prædictam Aſcenſionem minorem ab aſcenſione recta datâ ſubducito, & relinquetur numerus ſecundus regulæ proportionis. Tertius autem numerus ſemper eſt 60.

Ducto itaque ſecundo in tertium, & producto per primum diuiſo proſiliet quartus adiciendus numero Eclipticæ è regione Aſcenſionis rectæ minoris inuento, & habebitur arcus Eclipticæ quæſitus.

Exemplum.

Quæratur arcus huic Aſcenſioni rectæ 78 26' debitus.
Accipio in eadem tabula duas aſcenſ. rectas nempe 79.7. 78.6.
78. 2. 78. 1. reſp. 19.
Numerus primus 1. 5. 0.24. ſecundus.
60. tertius.
Num. 4. ſeu pars prop. 19.
Ergò gradus Eclipt. reſpondens aſcenſ. rectæ datæ 78.26. eſt 19. ♍. 19″ 11

PROBLEMA IV.

Data longitudine & latitudine Planetæ punctum Eclipticæ, cum quo ſtella quæuis cœlum mediat inquirere.

Mediatio cœli, eſt arcus Eclipticæ inter principium ♈ & circulum declinationis per ſtellam ductum. Aſtronomi autem initium aſcenſionum & deſcenſionum ſtatuentes ab interſectione vernali vbi principium Arietis eſt per ſingulos gradus & graduum minuta ſemicirculos in mundi polos coincidentes tranſire concipiunt, eoſque meridianos nuncupant, ſi quidem Meridianis locorum terreſtrium reſpondent, atque in cœlo ſtellæ cuiuſlibet Mediationem terminant, hoc eſt, indicant quotus gradus in Æquinoctiali ſupputatus ab interſectione vernali, cùm propoſita ſtella Meridianum noſtri loci pertranſeat.

Cum igitur omnis Meridianus (qui per mundi polos tranſire definitur & æquatori ſemper normalis eſt) rectum imitetur horizontem; hinc fit, vt in data quauis obliquitate ſphæræ rectæ ſyderum aſcenſiones, & deſcenſiones, quæ penes horizontem rectum expenduntur, ad ipſum referantur Meridianum. Quapropter punctum Eclipticæ, cum quo ſtella ad horizontem rectum peruenit, idem erit quod illud cum quo ipſa ad Meridianum perueniet. Quare ipſius ſtellæ rectâ Aſcenſione inuenta, tum verò parte Eclipticæ ipſi reſpondente, nobis erit quæſitum.

Exemplum.

Detur longitudo ♂ in 15. 26′ ♉, cum latitudine meridiana 4. 15′. ingredior tabulam cœli mediationum, obſeruando ſignum ♉, & latitudinem Meridianam in fronte, ſtatim angulus communis exhibet 43. 44′. pro aſcenſ. rectâ 15 ♉ cum 4. latit. & ſupra parte proportionali reſpectu 16′. longit. & 15 lat. emergit Aſcenſio recta correcta 44. 14′, quæ tandem in columna ſub 0. latitud. immiſſa prodit locus Eclipticæ, cum quo ♂ cœlum mediat, nempe 16. 45′. ♉

PROBLEMA V.

Aſcenſionem & deſcenſionem obliquam ſtellæ vel puncti cuiuſcunque Eclipticæ in quolibet horizonte perſcrutari.

Quoniam differentia Aſcenſionalis eſt exceſſus, vel defectus inter Aſcenſionem rectam & obliquam, vt iam probl. 2. cap. 3. parte 2. primi mobilis innuimus: idcirco collectâ Aſcenſione rectâ ex ſua propria tab. p. 30. & differentiâ Aſcenſionali (per tabulam diff. Aſcenſionalium ſub competenti eleuatione poli p. 31. 32 33. &c.) quâ ſubductâ de Aſcenſione rectâ in primo ſemicirculo, nempe ♈ ♉ ♊ ♋ ♌ ♍; vel addita in poſteriori ♎ ♏ ♐ ♑ ♒ ♓ conſtituet Aſcenſionem obliquam.

Exemplum.

Exemplum.

Quæratur Aſcensio obliqua gradus Eclipticæ 17. 69. ad poli eleuationem 47 graduum. Primùm quæro declinationem 17. gr. 69 per primum problema huius, quæ eſt 22. 25′. Deinde Aſcenſionem eius rectàm (per tabulam propriam pag. 30) quæ eſt 108 gr. 26. Tum demùm differentiam aſcenſionalem ſub eleuatione poli 47, colligiturque 26. 15′. qua tandem ablata de aſcenſione rectâ 108. 26′. remanet aſcenſio obliqua 82. 11′ quæſitâ.

Differentiæ Aſcenſionales doctrinâ triangulorum ſupputantur, hac analogiâ

Vt radius ad tangentem declinationis ſtellæ;
Ita tangens eleuationis poli, ad ſinum differentiæ Aſcenſ. quæſitæ.

Declin. 22. 25. tangens.		961543
polus 47. 0. tangens.		1003034.
Differ. Aſc. 29. 15.	ſinus.	964577.

Atque hâc via facilè reperientur Aſcenſiones obliquæ ſtellarum, tam fixarum quàm errantium.

Exemplum aliud.

Repetatur ſtella ſecundi exempli probl. 1. quæ habuit declinationem ſeptentrionalem 9. 51′: volo inuenire aſcenſionem eius obliquam in horizonte obliquo 48 graduum.

Per tabulam, igitur differentiarum aſcenſionalium ſub eleuatione poli 48. cum declinatione 9. 51′, duplici introitu inuenio differentiam aſcenſionum 11. 7′, quam aufero ab aſcenſione recta ſtellæ inuenta per ſecundum problema, nempe 164. 34′. ſic enim relinquitur aſcenſio obliqua 153 graduum & 27′.

Aliter per Logarith.

Declinatio ſtellæ 9. 51′. eius tangens		923962.
Eleuatio poli 48. 0. cuius tangens		1004556.
Differentia aſc. 11. 7.	ſinus	928[illegible],

Si differentia aſcenſionalis in tempus conuertatur, ſtatim oſtendet quot horis & minutis ſol, vel aliud ſydus in ſphæra obliqua citiùs, aut tardiùs oriatur, quàm in ſphæra rectâ. Nota. per tabulã propriam p. 23.

Pro deſcenſione obliqua inquirenda, ſic procede.

Inuentam differentiam aſcenſionum ſtellæ propoſitæ adijcito aſcenſioni rectæ ipſius ſtellæ, ſi eius declinatio ſeptentrionalis extiterit, vel ab eadem ſubtrahe, ſi declinatio fuerit Meridiana. Et aggregatum vel reſiduum erit deſcenſio obliqua ſtellæ datæ.

Exemplum.

Quæratur deſcenſio obliqua ſtellæ Algol, cuius longitudo [illegible]

1620. eſt 20 54′ ♉ eius latitudo 22. 22′. ſeptentr. Aſcenſio recta 40[illegible] Declinatio 39. 2[illegible]. ſeptentr. Primum differentiam aſcenſionalem inquiro, quæ eſt 70. [illegible]′ hanc addo aſcenſioni rectæ 40[illegible] (quia eius declin. eſt Borea) & producitur deſcenſio obliqua ſtellæ datæ 1[illegible] gr[illegible]′.

PROBLEMA VI.

Arcum ſemidiurnum Solis aut alterius ſtellæ cuiuſcunque colligere.

Si namque addideris differentiam aſcenſionalem 90 gr. quando ſtellæ declinatio eſt ſeptentrionalis, vel illam ab ipſis 90 gr. ſubduxeris, ſi declinatio Meridionalis, aggregatum aut reſiduum oſtendet arcum ſemidiurnum quæſitum, ratio eſt, quòd differentia aſcenſionalis eſt ſemiſſis differentiæ diei Æquinoctialis & diei ſtellæ inæqualis.

Conſectarium.

Hinc dato ſolis ſemidiurno arcu, cum declinatione ſolis poli altitudinem inquirere.

Exemplum.

Sit verbi gratia, arcus ſemidiurnus 105 gr. ſeu 7 horarum, & ſolis declinatio 23. 51′. 20″, nempe in principio ♋. Quæratur autem eleuatio poli.

Subducantur 90. gr. à 105. & reſtabit 15, cuius ſinus 941199.

tang. compl. 23. 51′. 20″ eſt 1035[illegible]7.

tangens 30. 20[illegible]0. 976736.

eleuatio poli regionis.

SCHOLIVM.

Quòd ſi diuidatur arcus [illegible]iurnus aut nocturnus per 15 gradus naſcetur numerus horarum æqualium eidem arcui reſpondentium.

Si verò per 12 proſiliet horæ inæqualis, ſeu temporalis quantitas.

Aliter ſi differentiam aſcenſionalem per 15 diuiſeris, & quantitatem ſenario addideris pro declinatione ſeptentrionali, aut ex ea diff. dempſeris pro meridiana; prodibit numerus horarum æqualium temporis ſemidiurni, cuius duplum horas totius diei continebit.

Si denique differentiam eandem aſcenſionum per 6 diſtribueris, & quotienti 15 adieceris pro declinatione Boreâ, aut ex 15 dempſeris pro meridiana; reſultabit horæ temporalis quantitas.

Exemplum.

Repetatur ſtella, cuius differentia aſcenſionalis inuenta eſt (probl 5. præced. gr. 11. 7′:) hanc addo arcui ſemidiurno æquinoctiali, qui ſemper [illegible] & tantus eſt arcus ſemidiurnus ſtellæ datæ.

Quòd ſi arcus hic ſemidiurnus ſubducatur à 180, remanebit arcus ſeminocturnus 78. 53′. Duplato autem vtroque, proſilit arcus diurnus 202. 14′, nocturnus 157. 46′.

Deinde arcum diurnum diuido per 15, & exeunt 13 horæ æquales cum 29 minutis, ſumendo 4 minuta pro quolibet gradu, & pro ſingulis 15 minutis vnius gradus, vnum minutum horæ.

Poſtremò diſtribuo arcum diurnum per 12 & emergunt 16. 51′. pro qualibet horâ temporali, aut inæquali.

PROBLEMA VII.

Punctum Eclipticæ, cum quo ſtella quæuis aut oritur, aut occidit, inquirere.

Qui præmanibus aſcenſionum obliquarum tabulas ad omnes poli altitudines habet, vtique citiùs hoc problema expediet.

Attamen alteram id præſtandi viam exactiſſimam ope tabulæ domorum nouæ excogitauimus, cuius fundamentum ex 23 prop. primæ partis primi mobilis eruitur, quæ quidem duabus tantùm analogijs abſoluitur: cuius exemplum iam attulimus ad finem præfatæ doctrinæ primi mob. pag. 180. & 181. At verò vt huius rei veritas tyronibus magis eluceſcat, exemplum pobl. 3. p. 114. hùc repetendum cenſuimus, ad cuius ſolùtionem illic analogiæ quatuor adhibentur. pag. 56.

Sit igitur aſcenſio obliqua ſtellæ cuiuſpiam 57 grad. quæratur autem cum quo gradu ipſa oriatur ad poli eleuationem 42 graduum, proceſſus eſt hic.

Ingrediar tabulam domorum nouam pag. 56. ſub columna Aſcendens, èregione eleuationis 42 gr. excerpo numeros addendos & ſubtr. in primo & 2 quadr quia aſcenſio obliqua 57 data eſt in 1 quadr. Vſus tabulæ domorũ nouæ.

Deinde ſcribo ſeorſum bis tangentem ſemiſſis aſcenſionis obliquæ, quã numeris addendis ſuis adiicio, & à ſummâ numeros ſubtrahendos conuenientes aufero, & relinquuntur duæ tangentes, quorum arcus ſimul iuncti conficiunt arcum Eclipticæ quæſitum. vt operatione ſequenti videre eſt.

Aſcenſio obliqua	57. 0.		
dimidium	28. 30. tangens	973476.	973476.
Numeri addendi ex tabula		990933.	976659.
		1964409.	1950135.
Numeri ſubtrahendi.		998999.	932669.
tang.	24. 16.	965410.	1017466. tang. 56. 13′.
			tang. 24. 16.
			ſumma 80. 29.
			ideſt 20. 29. II

Ergò ſtella data oritur cum 20. 29′ II. ad poli eleuationem 42 gr.

Nota quòd ſi aſcenſio obliqua propoſita fuerit in 3 aut 4 quadrante, verbi gratia, 306 graduum, numeris ſecundi ordinis vtendum eſt, vt operatione ſequenti patet.

Ascensio obliqua 306. 0'.
reijce semicircul. 180.

126. 0.
dimidium 63. 0. tangens 10292⅔. 10292⅔.
Numeri addendi secundi ord. 998999. 932669.

2018282. 1961952.
Numeri subtr. 990933. 976659.

tangens 67. 4. 1037349. 985293. tang. 35. 29'.
tang. 67. 4.

102. 33.
adde 180.

arcus 282. 33. ecl.
idest 12. 33. ♑

PROBLEMA VIII.

Figurã cœlestis erectionem ex authoribus varijs enucleare.

Cœlum (inquit Origenes) instar libelli expansi est, notis syderum omnia futura in se scripta continentis. Equidem admiranda est luminis actio cœlestis, quæ non solùm corpora in mundo sublunari iam nata afficiat, guburnet, & foueat; verum etiam omnia, quæ sub certa cœli habitudine oriuntur: Vt enim astra peragrando singula Zodiaci signa conuersione propria diuersis modis pro variâ suorum radiorum in hæc inferiora proiectione peculiarem vim è cœlo dimissam imprimunt; ita sanè ad primum & vniuersalem motum quotidie circunducta, veluti partes ipsius vniuersi pro diuersâ eorundem syderum irradiatione (quam quidem singulis reuolutionibus ipsa sydera modò supra horizontem eleuata, aut modo sub eodem depressa conciliant) horum rursus inferiorum qualitates immutant. Huius arduæ seu diuinæ cognitionis cupiditas ita Astrologis etiam sagacioribus Philosophis incessit; vt omnium corporum cœlestium faciem & dispositionem in tabula conspiciendam adumbrare conati sunt; atque adeò totius cœli figuram in plano proijcere ad quoduis datum temporis momentum: vt inde rerum genitarum sub certa cœli positione spatium sanciatur, & artificiosè de futuris euentibus prognosin coniectari queat. Hinc variæ sagacissimorum hominum speculationes, diuersas thematum cœlestium delineationes meditati fuere.

Vnde orta domiciliorum cœlestium ratio.

Figuram cœlestem erigere quid.

Modus Iulij Firmici.

Etenim extant apud Astrologos quinque modi erigendæ cœlestis figuræ, quorum prior Astrologis veteribus & in primis Iulio Firmico adscribitur, qui signiferum, sex latitudinum deductis ex huius polo circulis in 12 partes æquales, quas vocant domos: Æquatorem per inæqualia distinguunt, initio sumpto à latitudinum circulo, qui Eclipticam in horizonte secat, & à quo distributionis initium desumitur. Hunc modum insignes Astrologi superioris ætatis Cardanus scilicet, Schonerus & alij comprobarunt; si quidem fatum vitæ nati plerumque ad hanc æqualem dispositionem conuenire compertum est.

Secundus

Secundus modus Porphyrio (vt monet L. Gauricus) tribuitur, qui numerum graduum & minutorum Zodiaci, quo remouentur decima & prima domus; aggregatum in tres partes diuidebat, & quotientem 10 domui addebat, & inde numerus collectus vndecimam conſtituebat: ſimiliter & vndecimæ adiiciebat eundem numerum, atque hoc modo duodecimam definiebat. Et ſic eadem ratione procedebat ab horoſcopo vſque ad imum cœli.

Tertius modus Alkabitio (vt Ioannes de Saxonia & poſt hunc Valentinus Naboda eiuſdem Alkabiti commentatores) aſſignatur, qui ſemidiurnum arcum puncti Ecliptice orientalis, aut Æquatoris ei contermi-nalis arcum in tres æquales ſecat partes; tum per ſectiones iſtas & punctum Ecliptice Orientale, concipit ex mundi polis quinque magnos declinationum circulos, qui cum Meridiano totum Zodiacum in 12. partes diſtingunt. Hæc domorum diſtinctio fluxa, fragiliſque Regiomontano videtur.

Quartus modus eſt Campani Nouarienſis Galli Ciſalpini Mathematicarum interpretis acutiſſimi, & Gazuli ac Ragulini, aliorumque ſuperioris ſæculi, quibus domicilia ſic diſtinguere libuit. Semicirculum cuiuſdam verticalis circuli (quem ex communi ſectione Meridiani & horizontis tanquam ipſius verticalis polo deſcripſerunt) in partes inuicem æquales diſtribuunt: & proinde ad Zodiacum & Æquatorem collatæ, inæquales ſunt.

Quintus eſt Abraham Auneſræ, quem Regiomontanus amplexus eſt, qui quatuor quadrantes Æquatoris, Meridiano & horizonte obliquo interceptos in trinas æquales portiones diſtribuit, & per puncta ſectionum ducit quatuor circulos maximos, horizonti & Meridiano in eorum communi ſectione concurrentes. Vnde totus æquatoris circulus in 12 ſpatia diſtinguitur æqualia, at [illegible] Zodiaci reliquorum circulorum inæqualia.

[illegible]tur autem hic modus communiter rationalis, tum quod rationi & obſeruationibus magis congruat, quam priores: cum etiam maximè ad Ptolemæi ſententiam accedere videatur. Quod quidem ex lib. 3 Ptol. ſeu ex 14. cap. 3. paraphraſis Procli Diadochi in Ptol. lib. 4. de ſiderum affectionibus colligi poteſt. Quamobrem ad huius modi rationalis conſtructionem ex tabulis domorum primùm accedemus.

In erectione figuræ cœleſtis primò ſciendum eſt, horologia vſitata motui ſolis apparenti conuenire; Ephemerides autem æquale tempus ſupponere: Quapropter idipſum tempus triplici correctione calculo Aſtronomico adaptandum eſt: primò quidem commutatione temporis vſualis ſeu ciuilis in Aſtronomicũ; quòd Aſtronomi diem à meridie incipiant. Secundò, Æquatione temporis ob dierum inæqualitatem; Tertiò, reductione Meridiani.

Poſtea cum loco ſolis ex Ephemeridibus, aliiſue tabulis Aſtronomicis collecto Tabulam domorum intrabis ſub eleuatione ciuitati tuæ congruenti in columna domus decimæ, reperto ſigno ſolis in fronte, & gradibus in angulo communi illius ſigni deſcendendo, ſubtitulo 10 domus;

& è regione ſiniſtrorſum excerpendus eſt numerus horar. minutor. & ſec. ſeorſim ſcribendus. Quòd ſi tempus datum præcisè in meridiem inciderit, ſtatim initia domorum ſex verſus dextram deprehendes, nec quidquam amplius ex tabulis domorum reſtabit inquirendum. Quia verò locus ſolis, vt plurimum inuenitur cum minutis vltra gradus integros, in tali caſu pars proportionalis eſt elicienda de differentia temporis à meridie reſpectu gradus ſequentis, quæ differentia quærenda eſt ex Tabula proportionali domibus æquandis pag. 24, & 25. In ſummitate, & à latere collige minuta ſolis loco adhærentia. Nam in angulo communi ſtatim oſtendet minuta & ſecunda temporis addenda tempori à meridie ſeorſum ſeruata. Huic tempori iungatur tempus Aſtronomicum inæquatum, vt emergat verum tempus à meridie, ad quod initia 6 domorum Orientalium colliguntur. Quod ſi aggregatum exceſſerit 24, demptis 24 reſiduum in tabula domorum eadem cum adhærentibus minutis quæratur ſub titulo tempus à meridie è regione verſus dextram, & offerent ſeſe cuſpides domorum ſex Orientalium 10, 11, 12, 1, 2, 3. reliquæ verò domus conſtituentur, ex ſignis oppoſitis cum ijſdem gradibus & minutis.

Exemplum.

Naſcitur quiſpiam anno 161[illegible]. die 18 Octob. h. 11 30' P.M. Pariſijs.
Tempus Aſtronomicum eſt D. 18 Octob. h. 11 30. quia poſt Merid. natuſeſt
Æquato temp. cũ loco ☉ 25. gr. ♎ circiter eſt 13 ſubtr.

Ratione inæqualitatis dierum.

Tempus ſecundo modo æquatum. 11. 7.
Differentia meridiani eſt 40. adde
Tempus vltimo correctum 11. 47. pro motu ſolis & ♄,♃, indagando.

Ad finem huius problem.

Æquatio temp ☽ cũ loco ☉ 25 ♎ eſt 7'.28. [illegible] tẽporis Aſtr. 11 h. 30.
Quare tempus ſecundo modo æquatum pro ☽ eſt 7. 28.
cui addita meridiani differentia. 11. [illegible]
40.

emergit tempus vltimo correctum pro ☽ motu inquirendo 12. [illegible]

Cum loco ſolis, vero ad tempus vltimo correctum 25 ♎ 20'. 21'' ex Ephemerid Kepleri. Ingredior tabulam domorum ad latitudinem 48. 50', qualis eſt latitudo Lutetiæ Pariſiorum in ea pagina (28) quæ titulum habet ☉ in ♎, & in columna 10 domus quæro 25 ♎ ad ſiniſtram quibus 25 gr. reſpondere deprehendimus ad ſiniſtram, tempus à meridie horas 13. 31. 36. Quia verò ſol vltra 25 ♎ obtinet min. 20 (neglectis 21 ſecundis) ſumenda eſt pars proportionalis de 20 min. Videmus ergo differentiam tẽporis inter 25 & 26 ♎ augeri ad 3'. 47, vt ipſa domorũ tabula ſub adiuncta differentia monet, quod etiam ex collatione numeri temporis inuenti cum proximè ſequenti patet, & ingreſſu laterali facto tabulam prop. domibus æquandis inſeruientem conſulo, cum 3'. 47'' in fronte, & 20 ad ſiniſtram, angulus communis exhibet 1'. 16''. quæ tempori iam inuento iungo & prodit 13 h. [illegible]. 52'.

Pag. 24.

Ad hunc numerum adijcio tempus Aſtronomicum inæquatum 11 30. 0, & producit 25. h. 3'. 52'' vndeſubductis 24 h. remanet tempus à meridie, ad quod initia ſex domorum orientalium colligentur.

Poſtea tempus hoc vltimum quæro rurſus in latere ſiniſtro tabulæ domorum aut proximè minus, nempe 1 h. 2'. 36'' reſpondens gr. 17. ♈. quod minus, à noſtro ſubducimus, & reliquitur 1'. 16'', quæ 20 minuta vnius gradus efficiunt. Hinc concludo decimam domum verſari in 17. 20 ♈, & initia reliquorum domorum eadem ratione (addita ſcilicet tertia parte differentiæ cuiuſque cuſpidis) conſtituentur. reliquæ ſex domus oppoſitum omninò locum ſeruant. Vt hic vides.

Cuſpides domorum.					Locus Planetarum. Longitudo.	Latit.
10. ♈ 17. 20'		4 ♎ 17. 20'		☉ 25. 20' ♌		
11. ♓ 0. 20		5 ♐ 0. 20		♄ 7. 41. ♓	Re. 2. 1 M.	
12. ♉ 10. 3		6 ♑ 10. 3		♆ 27. ♐	Re. 1. 19 M.	
1. ♌ 6. 22	oppoſitæ	7 ♒ 6. 22		♂ 26. 7. ♌	1. 27 S.	
2. ♌ 26. 35		8 ♒ 26. 35		♀ 6. 13. ♐	1. 52 M.	
3. ♍ 17. 44		9 ♈ 17. 44		☿ 19. 2. ♍	3. 3 M.	
				☽ 0 28. ♍	5. 12 M.	

Cæterùm, loca Planetarum, ſupra inuenta, ſtellarumque inſigniorum ex tabulis deſumpta, figuræ cœleſti ſuo conuenienti loco inſcribi debent, vt ex abaco figuræ cœleſtis deprehendere licet.

Algeneb. fulgens 26. 33 ♉
Domus 11 eſt in 0. 20 ♊
In qua Aldebar 4. 29 ♊
♄ Re. 7. 41 ♊
Rigel. Algenſe 11. 33 ♊
Capella 16 32 ♊
Domus 12 eſt in 10. 3 ♋
♉ 28. 12. ♋
Domus 1 eſt in 6. 22 ♌
Pars fortu 11. 30
Alphard 22. 1
♂ 26. 7
Domus 2 eſt in 16. 35 ♌
Denebalaſed 16. 14 ♍
Domus 3 eſt in 17. 44 ♍

Domus 10 eſt [illegible] 7. 20' ♈
Algol cap. Andr[illegible]

1618.

Ad Meridianum.
Lutetiæ Pariſiorum.

☉ 25. 20' ♌
Domus 4 eſt in 17. 20 ♎
Spica ♍ 18. 32 ♎
☽ in 28 ♍
☿ 19. 2 ♍

Domus 9 eſt in 17. 44 ♐
♆ Re. 2[illegible] ♒
Domus 8 eſt in 16. 35 ♒
Domus 7 eſt in 6. 22 ♑
[illegible] 18. 11 ♑
Domus 6 eſt in 10. 3 ♑
♀ 6. 13 ♐
Domus 5 eſt in 0. 20 ♐

Poſtremo pars fortunæ deprehenditur hoc modo. Subducatur locus ☉ à ſuo loco ☽ reſolutis ſignis Zodiaci in ſuos numeros, & reſiduum addatur ſigno, gradibus & minutis horoſcopi, & aggregatum partis fortunæ locum oſtendet. ſignorum reſolutio ſic eſt.

	♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒
	0.	1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.	8.	9.	10.	11.

Veluti noſtro exemplo locus ☽ eſt 7. 0. 28.
locus ☉ 6. 25. 20.

reſiduum	0.	5. 8.
horoſc. add.	4.	6. 22.
locus p. f.	4.	11. 30.

Eſt igitur locus pars fortunæ, in 11. 30. ♌

Conſtructio figuræ cœleſtis rationalis per Tabulam domorum nouam. pag. 36. & 37.

Vide etiam pag. 180. & 181. art. 6. ad finem 2. parr. doctr. primi mobili.

Hæc tabula fundamento 6 cap. probl. 1. parte 2. doctrinæ primi noſtri mobilis innititur, cuius praxis in deſcribendis figuris cœleſtibus hæc eſt.

Primùm aſcenſionem rectam ſolis ad tempus vltimò correctum inquire per 3. probl. Deinde horas à meridie præterlapſas & in gradus Æquinoctialis reductas (per tabulam propriam pag. 23.) aſcenſioni rectæ ſolis adijcies, & producetur aſcenſio recta Medij cœli ſeu decimæ domus. Et additis 30 gradibus huic aſcenſioni rectæ M. C. prodibit aſcenſio obliqua 11 domus: & rurſus additione continua 30 graduum vſque ad 3 domum, ablato circulo ſeu 360 gradib. vbi opus fuerit, inuenientur aſcenſiones obliquæ ſingularum domorum, nempe 11. 12 1. 2 & 3.

Iam verò, vt gradum Eclipticæ cuilibet aſcenſioni tam rectæ quàm obliquæ obtineas, ſic procede. Pro aſcenſione recta quære gradum Eclipticæ huic reſponde[illegible] probl. At pro aſcenſionibus obliquis [illegible]uære tangentem Log[illegible]iggij ſemiſſis cuiuſlibet aſcenſionis obliquæ quam vtrique numero addendo iunges, prout indicatur ad latus ſiniſtrum tabulæ, nimirum ſi aſcenſio obliqua, cuius gradus Eclipticæ quæritur, fuerit minor 180 gradibus. tangens dimidiæ aſcenſ. addenda erit vtrique numero primi ordinis; ſi verò in tertio vel 4 quadrante fuerit ſeu [illegible] gradus exceſſerit, ipſa tangens vtrique numero poſterioris ordinis addenda erit, & à ſumma numeros ſubtrahendos ſubducito, & relinquentur duæ tangentes, quorum arcus ipſis congruentes ſimul iuncti dabunt Eclipticæ gradum, qui quæritur. Vt autem hæc euidentiùs Aſtrophilis innoteſcant, exemplum idem quod à nobis ſupra poſitum eſt, hic adducemus.

Exemplum.

Quidam naſcitur Lutetiæ Pariſiorum anno 1618 die 18. Octobris horâ 11. 30′ poſt meridiem, quæratur autem poſitus cœli, locus ſolis ad tempus datum correctione triplici eſt 25. 20′ 21″ ♏, cuius aſcenſio recta reperitur 202. 28′, huic addantur horæ 11. 30 in gradus reductæ, ſcilicet 172. 30. & emergit aſcenſio recta medij Cœli, ſeu 10 domus 375. 58′. hoc eſt 15. 58′ reiecto circulo, ſeu 360 gr. cui

Extab. propriâ pag. 23.

adde

adde 30

45. 58. asc. obl. 11 dom. cui⁹ ſem. eſt 22. 59'. tãg. 962750. 962750.
30. numeri addendi 987192. 982445.

75. 58. asc. obl. 12. domus. 1949942. 1945195.
30 numeri ſubtr. 997727. 949862.

105. 58. asc. obl. 1. dom. 952215.
30. tang. 18. 25. 995332. tãg. 41. 56.

135. 58. asc. obl. 2. dom. tang 41. 56.
30 60. hoc eſt 0. 21' ♍ pro 11.
[cuſpide.

165. 58. asc. obl. ½. dom.
dimid. 82 59. tang. 1090981. 1090981.
numeri addendi 987192. 982445.

2078173. 2073426.
numeri ſubtrah. 997727. 949863.

tangens 81. 5'. 1080446. 1123563. tang 86. 40'
tangens 86. 40.

167. 45, hoc eſt 7. 45. ♏ pro 3. cuſpide.

Pro aſcendente. eius asc. obliq. 105. 58'. dimid. 59. tang. 10[illegible] 10[illegible]
num. addendi 9[illegible] 972863.

ſumma [illegible]
numeri ſubtrah. 9[illegible]

tang. 48. 55. 100[illegible] 10664[illegible]
tang. 87. 48

Et ſimili ratione cuſpis 12 domus eſt in 10 gr. 5' ♑.
cuſpis 2 domus in 26. 36. ♌.

Atque modus iſte omnium exactiſſimus, quo ſanè præſertim in prima & 10 domibus vtor, quando figura cœleſtis exactionem exigit) de reliquis verò domibus, vbi præciſio exacta non requiritur, domorum tabulas conſulo.

Cæterum ſi figuram cœleſtem ad Ptolemæi mentem erigere velis, ſic procede.

Modus erigendi figuram cœleſtem ad Ptolemæi mentem.

Ad aſcenſionem rectam Medi cœli adde 30 gradus & emerget aſcenſio obliqua vndecimæ domus & rurſus additione continua 30 graduum vſque ad tertiam, vt iam ſupra monuimus, & naſcentur ordine ſingularum domorum aſcenſiones obliquas, nimirum 11. 12, 1. 2. & 3.

Deinde cum latitudine regionis tuæ tabulam domorum rationalem, cui Ptolemaicã annectimus, intrabis, quærendo ex eadem eleuationes poli circulorum domos inchoantium, nempe vndecimam & tertiam, necnon 12 & 2.

Poſtea gradus Eclipticæ domorum initijs congruentes obtinebis ex ſuis aſcenſionibus obliquis, ſub conuenientibus poli altitudinibus. At aſcenſio obliqua primæ domus petenda eſt ſub æquatione regionis propoſitæ.

Quòd ſi data poli altitudo non inueneris in tabula, pars proportionalis ratione minutorum gradibus æquationis poli adhærentium. Verbi gratia, pro latitudine poli Pariſienſi requiritur tabula aſcenſionum obliquarũ conſtructa ad latitudinem 21, 26′ pro cuſpide 11 & 3 domorum, ſed 12 & 2 domorum. opus habebis tabula aſcenſionum obliquarum ad [illegible]

[illegible] Tabulæ.

Fiat ingreſſus cum vero ſolis loco, & quod excerpitur in areâ iungatur vel auferatur à tempore apparenti, (prout titulus in fronte, aut calce tabulæ poſitus monet) & in tempus æquale motibus Lunæ colligendis aptum, conuertetur.

Huic rei exemplum ſupra habes pag. 22.

Tabula Æquationis temporis in ☽ Tych.

	♈ ♎		♉ ♍		♊ ♑	
			Subtrahe.			
	′	″	′	″	′	″
0	0	0	8	25	8	47 30
1	0	20	8	36	8	37 29
2	0	40	8	45	8	26 28
3	0	59	8	55	8	[illegible] 27
4	1	19	9	4	8	[illegible] 26
5	1	39	9	12	7	50 25
6	1	59	9	19	7	36 24
7	2	18	9	26	7	22 23
8	2	38	9	32	7	7 22
9	2	57	9	37	6	52 21
10	3	16	9	42	6	36 20
11	3	35	9	46	6	20 19
12	3	53	9	50	6	3 18
13	4	12	9	52	5	46 17
14	4	30	9	54	5	28 16
15	4	47	9	56	5	10 15
16	5	5	9	56	4	51 14
17	5	22	9	56	4	32 13
18	5	38	9	55	4	12 12
19	5	55	9	53	3	53 11
20	6	11	9	51	3	33 10
21	6	26	9	48	3	12 9
22	6	41	9	44	2	51 8
23	6	56	9	40	2	31 7
24	7	10	9	34	2	[illegible] 6
25	7	24	9	28	1	48 5
26	7	37	9	21	1	27 4
27	7	50	9	14	1	5 3
28	8	2	9	6	0	43 2
29	8	14	8	57	0	22 1
30	8	25	8	47	0	0 0
			Adde			
	♌ ♐		♒ Ω		♓ ♑	

PROBLEMA IX.

Vtrum in parte Orientali vel Occidentali ſtella queuis aut punctum eclipticæ quodlibet verſetur, inquirere.

Pars Orientalis cœli dicitur ea, quæ per aſcendentem à M. C. ad angulum terræ terminatur: Occidentalis verò, quæ ab imo cœli per occaſum includitur.

Subducatur Aſcenſio recta ſtellæ datæ ab Aſcenſione recta Medij Cœli, adiecto circulo integro ſi opus fuerit, & remanebit elongatio ſtellæ à Meridiano, quæ ſi minor fuerit ſemicirculo 180. gr. ſtellam ipſam eſſe in medietate occidentali concludes. Si maior 180. in Orientali: quòd ſi præciſè 180 gradus extiterit, angulum terræ ſtella ipſa tenebit: ſi tandem nihil fuerit reſiduum, in medio cœli ſtella verſabitur.

Exemplum.

Quæratur in quanam cœli parte verſetur ſtella Rigel, in ſphæra recti ſuperiore, cuius aſcenſio recta eſt 74. 6'. & aſcenſio recta M. C. 15. 58'. ſubducta igitur aſcenſione illa, ab hac (aſſumpto [illegible]) reſtat 301. 52' elongatio ſtellæ à meridie, maior ſemicirculo [illegible] meditate Orientali [illegible]

PROBLEMA X.

Diſtantiam ſtellę à Meridiano perſcrutari.

Regiomontanus diſcrimen aliquod inter elongationem ſtellæ à Meridiano & eius diſtantiam eo eodem ſtatuit: eſt enim vtraque arcus Æquatoris inter meridianum regionis & circulum per mundi polos & centrum ſtellæ tranſeuntem interceptus. At elongatio ſemper à ſtella verſus Meridianum S. S. S. accipitur: Diſtantia autem nonnunquam contra ſignorum ordinem in æquatore perpenditur.

Diſtantia denique ſemper aut tota ſupra Horizontem, aut tota ſub illo exiſtit; Elongationis autem altera pars ſupra horizontem nonnunquam apparet, altera verò ſub horizonte. Huius rei plura in directionibus occurrent exempla.

PROBLEMA XI.

Circulum poſitionis ſtellæ aut puncti cuiuslibet in cœlo ſignati, & quantum eleuatur Polus vbique locorum ſupra circulum ipſum indagare.

Circulum poſitionis vocat Regiomontanus illum, [illegible]

munes ſectiones Meridiani & Horizontis [illegible] per centrum ſtellæ, aut punctum cœli ſignatum incedit, quem etiam horizontem ſtellæ nonunquam vocari licebit. Horum circulorum quilibet duplici ratione cõſiderari poteſt, ſcilicet vel ad æquatorem, vt apud Ptolemæum & Regiomontanum, vel ad circulum Azimuthalem; ex vertice per interceptionem horizontis & æquatoris incedentem; vt apud Campanum & Gazulum; hinc illos quidem *Æquinoctiales*, hos verò *Azimuthales* vocitant, reſpectu circulorum domicilorum, ſiquidem ad circulum poſitionis ſeſe habent, vt ſpecies ad genus. Trigeſimus enim quiſque ſemicirculus poſitionis eſt circulus alicuius domicilij.

Extat huius problematis Theoria, ſeu fundamentum probl. 3. cap. 6. parte 1. doctr. primi noſtri mobilis. Adſeram tamen, idem exemplum, quod attulimus pag. 171. in doctrina primi mob. vt praxis calculi terminorumque ſeries oculo ſtatim appareat, & ſimul impreſſionis errorem, illic irrepſum Aſtrophilus emendare queat.

Exemplum.

Sit ſtella quædam, cuius à Meridiano diſtantia ſit 13. 31′ declinatio 22. 49 Borealis ſub terris. Vnde quæritur eleuatio poli ſupra circulum poſitionis ad altitudinem [illegible] gradum.

[illegible] ſinus 936923.

[illegible] ſin. cõpl. 996461. ſin. [illegible] 958859 cum radio

1. *Inuentum.* [illegible] 938384. ſin. cõpl. 998966. tãg. 1065604.

2. *Inuentum.* 23. 24 cuius compl. 66. 36. [illegible] 959893.

poſus 49. 0.

3. *Inuentum.* 17. 36 cius ſin. 948053.

tangens complementi inuenti [illegible] 1065694.

4. *Inuentum,* cuius ſinus compl. 927977. [illegible] 1013697. tang 53152.

ſinus poli 49. gr. 987777.

prodit altit. poli ſupra [illegible] 964884. circulum poſitionis. gr. 26. 26′.

PROBLEMA XII.

In qua 12 domorum cœli ſtella quæuis, aut punctum cœli quodlibet conſtituatur, explorare.

Hoc problema ſtellarum aut Planetarum inſcriptioni cõgruæ maximè conducit, atque adeò Aſtrologis perutile eſt, ne ſtellas in alienis domibus collocent, & inde iudicium ferant erroneum, vt euenire poteſt exſtella Algol., quæ nunquam in polari ſupra 10. eleuationc, horoſcopum occupare valet.

Cognito ex antecedenti problemate, quantum polus borealis ſupra circulum poſitionis ſtellæ eleuatur. confer autem huiuſmodi eleuationes ad nunctos polos 11. & 12. domorum, per vndecimum problema repertos

pertos. Nam ſi fuerit æqualis numero 11. domus, & ſtella ipſa in quarta Orientali diurna manſerit, cuſpidem vndecimæ neceſſario occupabit.

Quælibet enim domus continet 30 partes Æquatoris; Circulus autem poſitionis in ordine trigeſimus eſt principium domus 11 vel 3. in quartis Orientalibus, & his oppoſitarum 5 vel 9. in [illegible] ſexageſimus verò, eſt principium 12. vel 2. in quartis Orientalibus necnon 6. vel 8. in Occidentalibus.

Nonageſimus denique indicat illic domum primam; hic ſeptimam.

Quod ſi eleuatio poli ſupra circulum poſitionis ſtellæ non fuerit æqualis alteri duorum numerorum polarium præfatorum: certum eſt, ſtellam non eſſe in cuſpide alicuius domorum memoratarum: vnde ſi minor fuerit numero polari 11. domus, conſtabit ſtellam eſſe in 10. domo vel 9. vel 4. vel 3. prout quarta ſtellam ipſam tenens edocebit.

Si vero dicta eleuatio maior fuerit numero polari 11. domus, minor tamen numero polari 12. ſtella erit aut in 11. aut 8. 5 aut 2. ſi autem eleuatio poli ſæpe memorata exceſſerit numerũ polarem, 12. domus ſtellam ipſam aut in 12. aut 6. aut 7. aut prima, modo ſupra ſcripto, comperies.

Nullo ferè negotio inſeruntur ſtellæ aut planetæ reſpectu eorum longitudinum: loca ſuis conuenientibus locis inſcribentur, ſi obſeruato ſignorum & graduum numero ſucceſſione ac ordine vnuſquiſque in domum illam ſtatuatur, quæ complectitur gradum in quo planeta verſatur, dummodo ſtellis declinatio aut latitudo non magna ſit.

Exemplum in ſtella Algol, vbi declinatio eſt 39. 27' Borea ſupra terram, Aſcenſ. R. 40. 57. ad annum 1618. iuxta figuram cœleſtem probl. 8.

Diſt. Alg. à M C. 24. 59' ſinus 962568.
ſinus compl decl. 39. 27. eſt 988772. ſinus decl. 1980305. cum radio.
ſinus [illegible]1340 ſinus compl. 997558. tang. 1046220.

1 *Inuentum* 19. 2. ſinus 982747.

2. *Inuentum* 42. 14. [illegible] polus loci.

3. *Inuentum* [illegible] ſinus eius 999[illegible]
1046220. tangens ſeruata ſuprà.
104[illegible] ſinus compl. 951[illegible]

4. *Inuentum.* 987668.

5. Altitudo poli ſupra circulum poſitionis 939[illegible]. ſinus 14.[illegible]

Cum itaque poli altitudo ſupra circulum poſitionis ſtellæ minor ſit eleuatione polari 11 domus; concludo ſtellam Algol eſſe conuenienter in 10 domo poſitam.

PROBLEMA XIII.

Vtrum duæ ſtellæ vtcunque propoſitæ in vno poſitionis circulo iaceant, explorare.

Aſtronomi tribus modis ſtellarum coniunctiones expendunt: primò quidem ratione longitudinis in Ecliptica, quando binæ ſtellæ ſunt in eodem latitudinis circulo, expolis eclipticæ per vtriuſque ſtellæ centra ducto.

Secundò, reſpectu aſcenſionis rectæ, ſeu gradus Mediationis cœli, cum circulus declinationis per mundi polos incedens, duarum ſtellarum centra connectit.

Tertio, ratione circulorum Meridiano & horizonti in duobus eorum ſectionibus coincidentium. Cùm ſcilicet duæ ſtellæ in vno eodemque poſitionis circulo, ſeu horizonte iacent. Quò etiam attinent ortus ſtellarum Coſmicus, & occaſus achronichus. Huic tertio generi magnam in natiuitatum iudiciis efficaciam Aſtrologi tribuunt; & præſertim haly expoſitor quadripartiti Ptolemæi. Hiſce tribus quartum genus à quibuſdam additur, propter circulos a zimutales, ſecundum quos ſtellæ coniungi queunt.

Primus coniunctionis modus ex eodem gradu longitudinis innoteſcit.

Secundus ex eodem gradu aſcenſionis rectæ, ſeu mediationis cœli.

Probl. 22. Dir. Reg.

Tertius eſt huius loci proprius. Nam vt Regiomontanus docet, ſi ſtellis propoſitis vna & eadem fuerit eleuatio poli borealis ſupra circulum poſitionis, coniunctas modo tertio concludemus. Hoc eſt, ex eadem aſcenſionis obliquain eadem eleuatione poli, ſeu quod idem eſt, ex eodem gradu ecliptica ſub eadem eleuatione polari, modò ipſæ ſtellæ in iiſdem quartis Meridiano & horizonte diſtinctis, nunquam in diuerſis conſtituantur.

Exemplum.

In themate cœleſti reperio ♂ 15m in 26. 7′ ♌ ad cuſpidem ſecundæ domus accedentem, quoniam altitudo poli ſupra circulum poſitionis ipſius ☉ eſt 45. 15′. quæritur vtrum in hac eleuatione polari. Mars, etiam cum aliqua ſtellarum fixarum in vno eodemque poſitionis circulo coniungi poſſint? Vt huic quæſtioni facilius ſatisfacere valeamus, ſtellarum fixarum Catalogus varias poli eleuationes includens conſulendus eſt (cuiuſmodi, Deo fauente, paucis diebus extabit in noſtris Ephemeridibus.) In quo quidē nulla ſtellā inuenio, quæ ſimilem gradum 26. 7′ ♌ in latitudine poli 45. gr. obtineat, ſed tantum ſtella cor ♌ ad latitudinis 45. gr. quæ Mars ad huiuſmodi coniunctionem applicat.

PROBLEMA XIV.

Prorogatorum directiones ad Ptolomæi mentem enucleare.

Prorogator. Ptol. ἀφέτης, Arabicè Hylec.

Directio eſt arcus Æquatoris inter duo ſigniferi loca interiecti deductio, ſeu progreſſio. dicitur & ſyderum obuiatio. Græcè ἔφεσις.

Fundamentum directionis ad Regiomontani mentem abunde tradidimus in doctrinâ primi mobilis parte 2. cap. 6 probl. 7. Quare hoc loco modum, quo Ptolomæus in deductionibus vſus eſt, veluti faciliorem, nec poſitionum circulis, neq; declinationibus laborioſum exponemus, quem vtique peritiorum Aſtrologorũ bona pars approbant, vt Garcæus, Stadius, Naiboda, Maginus in tab. direct. primi mob. canone 46, Origanus, Argolus Pezelius, Hil. Altobellus in ſuis tab. Regiis & Campanella.

Terminus à quo fit numerationis initium, vocatur Ptol. ἀφετικὸς locus præcedens ab aliis ſignificator: veluti terminus ad quem directio tendit appellatur ἐπωμὸς conſequens, vel prorogator, aut Apheta, & à modernis promiſſor: ſignificator enim beneficium aliquod vel malum ſignificat, veluti ſol dignitates & honores; promiſſor vero idipſum certo temporis ſpatio portendit ſeu promittit. Vt ſi ſol dirigatur ad ♂ ſignificantur dignitates Martiales; ſi ad ♃ dignitates eccleſiaſticæ.

Directionum alia eſt directa, alia conuerſa; Duplicem enim prorogationis modum conſtituit Ptolomæus; alter ſecundum ordinem ſignorum, qui vocatur ἀκπτοβολία proiectio radiorum, cum videlicet prorogator eſt in locis Orientalibus, hoc eſt à medio cœli ad horoſcopum; alter verò non ſolum conſequentia verſus, ſed & in præcedentia ſigna peragitur in horimea, cum prorogator fuerit in locis medij cœli cadentibus. Lib. 3. c. 14. iuxta Proclì Diadochi periphraſin.

Directio igitur directa eſt, quæ fit εἰς τὰ ἐπωμὰ, qua ſcilicet locus præcedens ſecundum ordinem ſignorum ad ſimilem in cœlo cum prorogatore ſitum deducitur.

Etenim in directione directa ſignificator mobilis inuadere promiſſorem fixum atq; ſignificatum abipſo petere videtur quod radij ſui vel præſentia corporis determinauit.

Directione conuerſa vtimur, hoc eſt contra ſignorum ordinem dirigimus, quando vitæ dominator exiſtit in quadrante cœli à decima domo ad ſeptimam quaſi promiſſorem.

Significatores præcipui in quolibet cœleſti themate conſiderati ſunt ♄, ☉, ☽, horoſcopus, M. C. & horoſcopus Lunaris, aut pars fortunæ, quibus addunt etiam aliquando planetã, qui in quibusdam locis figuræ principalibus dominum obtineat, & vitæ præſit. Sunt etiam nonnulli, qui præter hos ſignificatores etiam omnes alios planetas dirigunt; quod ſemper aliquid ſignificent.

Promiſſores quam plurimi ſunt de quorum numero ſunt planetarum

corpora, eorum oppoſitiones, radij quadrati, trini, ſextiliſque non ſolum in Zodiaco, ſed etiam in Æquatore.

Item termini planetarum, ſtellæ fixæ, præſertim illæ, quæ Zodiaco vel æquatori proximæ ſunt atque Zodiaci partes, quæ ſignificationem aliquam ſortiuntur.

Hinc ſignificator eſt planeta, vel radius, aut alius Zodiaci locus; qui aliquem promiſſorum dirigitur, ita dictus, quod certum aliquod accidens nato ſignificet, ſeu deſignet. Sic vitæ ſignificator eſt horoſcopus, morborum ſignificator eſt domus ſexta, &c.

Promiſſor eſt planeta, vel eius radius, aut Zodiaci locus, quicunque ad locũ ſignificatoris transfertur, vt in directione directa, vel ad quem ſignificator deducitur, vt in directione conuerſa.

Promiſſor, ſeu prorogator conſideratur in genere, quando planeta, cuius progreſſu, vel directione exploramus ſpatia temporum in quibus aliquid in vita lętum expectamus, aut aliquid mali ex occurſu corporum, aut alicuius planetæ radiorum timemus.

Abſciſſores, Græcè ἀφαιρετικοὶ μοῖραι, ſunt partes lætales & interimẽtes, quæ in progreſſionibus vitæ ſignificatori obuiant, aut mortem, aut vitæ periculum nato decernunt. Cuiuſmodi ſunt planetæ malefici aut eorum aſpectus. De quibus plura apud Aſtrologos.

Perficiuntur autem directiones tribus modis; prout planetæ aut eorum radij vel in M. C. aut imo Cœli; vel in Oriente aut Occidente, vel extra angulos collocantur.

Modus dirigendi ſignificatorem in angulo medij cœli, vel imi cœli conſtitutum.

Excerpatur aſcenſio recta tàm ſignificatoris quàm promiſſoris ex tabula aſcenſionum rectarum pag. 30. ſi nulla ſit latitudo, ſi verò latitudinem habuerint, conſulatur tabula Mediationum Cœli, pag. 44. &c. & ſubductâ aſcenſione recta ſignificatoris ab aſcenſione recta promiſſoris aſſumpto circulo ſeu 360. grad. ſi ſubtractio fieri nequit, reſiduum ſeu differentia erit arcus directionis.

Exemplum.

Proponatur ſignificator M. C. in 17. 20' ♈. (iuxta figuram prob. 8.) dirigendus ad 11. domum quæ eſt in 0. 20' ♓ cuius aſcenſio recta colligitur [illegible] 9', à qua ſi demptur aſcenſio recta ſignificatoris, quæ eſt [illegible] gr. reſtabit directio quæſita 42. gr. ♈.

Exemplum aliud.

Sit idem ſignificator dirigendus ad oculum ♉, Aldebaran cuius longitudo

gitudo eſt 4. 19′ ♓ cum latitudine 5. 31′ Merid. Conſulo igitur tabulam Mediationum Cœli pag. 46. In qua reperio aſcenſionem rectam ſtellæ (ſumptâ parte proportionali, ratione longitudinis & latitudinis) eſſe 6[illegible]. ab hac ſubduct aſcenſione recta ſignificatoris [illegible] relinquetur 4[illegible] pro arcu directionis quæſitæ.

Modus deducendi ſignificatorem in horoſcopo aut in angulo Occidentis poſitum.

[illegible]

Directiones aſcendentis per aſcenſiones obliquas regionis; Directiones Occidentis, per deſcenſiones obliquas eiuſdem poli regionis expediuntur, aut per aſcenſiones obliquas locorum oppoſitorum. Vt ſi dirigatur aſcendens tanquam ſignificator ad aliquem promiſſorem, excerpendæ ſunt aſcenſiones obliquæ vtriuſque ſub altitudine poli regionis; & ſubtractâ aſcenſione obliqua aſcendentis ſeu ſignificatoris ab aſcenſione obliqua promiſſoris, remanebit directo quæſita.

Exemplum.

Sit aſcendens prædictæ figuræ 6. 22 ♌ ſub altitudine poli 48. 50′ dirigendus ad □ ſtellæ fulgentis Algeneb in gr. 26. 33 ♌ aſcenſio obliqua aſcendentis ſeu ſignificatoris colligitur ex tabula propria 105. gr. [illegible] aſcenſio obliqua promiſſoris ex eadem tabula decerpta eſt 133. gr. [illegible] ſubduco igitur aſcenſionem obliquam ſignificatoris, ab illa promiſſoris 133. gr. 52. & exit arcus directionis quæſitus. 27. gr. [illegible].

Exemplum 2.

Proponatur locus occidentis in eadem figura dirigendus ad corpus ♐ retr. in 27, 57. ♒ quod idem eſt, ac ſi ♐ deduceretur contra ſignorum ordinem ad gradum occidentalem, vt docet Ptol. lib. 3. Deſcenſio obliqua occidentis eſt 285. gr. 58′. quâ ſubducta de deſcenſione obliqua ♐ 314. gr. 2[illegible]. reſtat arcus directionis quæſitus 28. gr. 4[illegible], ſecundum quem arcum angulus Occidentis peruenit ad ♐, aut ♐ cõuerſâ directione peruenit ad occaſum. Eadem directio fieri poteſt per loca oppoſita, nimirum ſubtrahendo aſcenſionem obliquam horoſcopi 105. gr. 58′ ab aſcenſione obliqua loci oppoſiti ♊ 134. gr. 4[illegible] ſeruata tamen latitudine contrariâ, reſtat enim idem arcus directionis, 28. gr. 4[illegible] vt prius.

Modus dirigendj ſignificatorem ad Promiſſores cùm extra angulos exiterit.

1. Quæratur diſtantia tàm ſignificatoris quàm promiſſoris à M. Cœli, ſi ſignificator ſupra horizontem extiterit; ſi ſub horizonte ab imo cœli, quam obtinebis beneficio aſcenſionum rectarum ſeruata latitudine in ſi-

[illegible]

gnificatore & in promissore, si quam habuerint, tum vero gradu ecliptic æ eidem ascensioni conueniente quæsito.

2. Excerpantur horaria tempora & significatoris & promissoris sub conueniente [illegible] elevatione; per tabulam prop. pag. 56. repe[illegible]ue etiam facilè, si multiplicetur arcus semidiurnus per duo cum sem[illegible]s tabulam quantitatis semidiurnæ & seminoct. pag. 36. 37. &c. in [illegible]. generali ephemerid.

3. Addatur log-us logisticus distantiæ significatoris à Medio Cœli cum log. LL. temporum horariorum [illegible]; & à summa subducantur horaria tempora [illegible] & producetur log-us LL. distantiæ promissoris à M. C. in situ significatoris, quæ distantia debet addi vel subtrahi, cum distantia promissoris in situ suo iuxta tres subscriptas observationes.

Si fuerit.

1. Significator & promissor inter M. C. & horoscopum; vel inter I C & septimam domum, subtrahe productum, seu distantiam promissoris à M.C. in situ significatoris *à promissoris distantiâ* in situ suo.

2. Significator & promissor inter horoscopum & I. C. vel inter septimã & M. C. *subtrahe distantiam promissoris* à M. C. in situ suo *à producto.*

3. Significator inter 7 & 10, vel inter primam & I. C promissor verò inter 10 & horoscopum, vel inter 4 & 7. *Adde productum ad promissoris distantiam.* In situ suo.

Vt huius rei certitudo magis Astrophilo innotescat, exempla quædam Garcæi, de directionibus quæ vulgari Arithmeticâ soluit, adferemus.

Exemplum 1. in quo significator & promissor inter 10. & horoscopum existunt.

Sit ♄ significator in quadrante Orientali constitutus, nempe in 16 12′ ♌ ♐ promissor in 3 52′ ♏. Medium cœli 28. 37′ ♑, Ascensiones rectas cuiuslibet inuestigo, primùm Ascensionem R. M. C quæ colligitur 120. 45′. Asc. R. significatoris est 138. 41′. & asc. R. ♐ promissoris 155. 46.

Deinde subduco asc. Rectam M. C. ab asc. Rectâ & significatoris & promissoris & restat 17. 56. pro distantia significatoris à M. C. & 35. 1′. pro distantia M. C. à promissore.

Postea colligo horaria tempora tam significatoris quàm promissoris sub elevatione poli 53 grad. per tabulam quantitatis semid. vel seminocturnæ, pag. 41. hoc modo.

Cum loco Solis 16. 12′ ♌ excerpo arcum semidiurnum 7. 30′. quem multiplico per 2. & ½ & producuntur 18. 45. horaria temp. ♄, significatoris, & eodem modo cum loco ♐ 3. 52′ ♏ colligo arcum semidiurnum 6. 55′. quo per 2 ½ multiplicato conficiunt 17. 17. horaria tempora promissoris. Hisce repertis sic procedo.

Horaria tempora promiſſoris 17. 37½ L. L. 134412.
Diſtantia ſignificatoris à M. C. 17. 56. L. L. 120768.

Summa 245180.

de ſumma ſuducatur logus l. 28. 45. hor. tẽp. ſig. 116315.

producuntur 16. 31. ½ ferè. 128865. pro diſtantiâ promiſſoris in ſitu ſignificatoris, qua tandem ſubducta (per primam obſeruationem) à diſtantiâ promiſſoris à M. C. in ſitu proprio 35 gr. 1'. reſtat arcus directionis quæſitus 18. gr. 29. ferè. Vt habet Garcæus.

Exemplum 2. in quo ſignificator & promiſſor inter horoſcopum & imum cœli conſtituuntur.

Sit diſtantia ſignificatoris ab imo C. 27. 34. diſtantia promiſſoris ab imo cœli 8. gr. 25'. Horaria tempora ſignificatoris 17. 27. horaria temp. promiſſoris 19. 3.

Logus log. 19. 3. eſt 114728, qui cum L. L. 27. 34. nempe 77738. additus efficitur ſumma 192466, à quâ ſi dematur L. L. 17. 27' nimirum 123501 relinquetur L. L. 68965. producti, ſcilicet 30. 6. vnde ſubducta diſtantia promiſſoris ab imo cœli 8. 25 Garcæi, qui hoc loco eſt erroneus (aliiſque locis) quia productum collegit tantùm 29 32. loco 30. 6. vt cuilibet periculum alijs numeris tentanti patebit.

Exemplum 3. in quo ſignificator & promiſſor inter imum cœli & 7. collocantur.

Sit Luna ſignificatrix in 27. 5' ♒ ad ☌ ♂ deducenda ſub terra in 4 domo, promiſſor verò in 28. 16' ♈. Aſcenſio recta imi cœli eſt 300. 45. Aſcenſio recta ☽ 329. 19'. Aſc. recta ☌ ♂ 26. 15'.

Si diſtantia ☽ ab I. C. 28. 34. Diſtantia ☌ ☍ ab I. C eſt 85. 30'. Horaria tempora ☽ 17. 58'. nocturna; horaria tempora ☌ ♂ 12. 27. etiam nocturna proceſſus calculi hic eſt.

Horaria tempora promiſſoris 12. 27. L. [illegible] 7262.
Diſtantia ſignif. ab I. C. eſt 28. 34. L. L. 74210.

Summa 231472.
17. [illegible] L. L. 120[illegible]

Productum 19. 48. L. L. 110890. quod ſi dematur à diſtantiâ promiſſoris ab I. C. in ſitu proprio 85. 30. reſtabit directio quæſita 65.

Exemplum 4. in quo ſignificator & promiſſor in diuerſis ſignifer quadrantibus exiſtunt, nempe ſignificator inter 7. & 10. & promiſſor inter 10 & horoſcopum.

Horaria tempora promissoris sunt 11. 5. L. L. 168890.
Distantia significat. à M. C. 19. 3. L. D. 114728.

283618.

Horaria temp. significatoris 14. 10. L. L. 144147.

Productio 14. 54. 139279.
cui adde distantiam promissoris 17. 52.
prodibit directio quæsita. 32. 46.

Exemplum 5. vbi pars fortunæ significator & promissor sunt inter Horoscopum & imum Cœli.

Sit in prædicto themate pars fortunæ tanquam significator in 11 30 ♌, eius ab imo cœli distantia est 62. 0′. Promissor verò in 26. 35. ♎, cuius distantia ab imo cœli est 47. [illegible].

Horaria tempora (assumptis horis nocturnis, quando sit collatio ad imum cœli) promissoris nocturna sunt 12. 30′. ad eleuationem poli 48. 30′. Horaria tempora significatoris nocturnæ ad eandem poli altitudinem sunt [illegible].

Hic distantia significatoris ab I. C. cum excedat 60 sinum totum, sumenda est eius media pars, nempe 31, cuius L. L. est 66036.

Deinde iungatur log. us L. horariorum tẽp. promissoris 12. 30′. nempe 156861, & à summa 222897 subducantur log-mus l. horariorum temp. significatoris 16[illegible] & restabit 57[illegible] log-us l. 33. 4[illegible], quo duplato prodibit productum 67 24, à quo dempta distantia promissoris ab I. C. [illegible] restat directio quæsita 20[illegible].

SCHOLIVM.

Hæc directio non planè, sed (vt inquit Ptolemæus) proximè directionem, quæ circulis positionum absoluitur, congruit; Nam circulus positionis significatoris inuenitur in 48[illegible] & inde directio prodit 20. 52′. Ergo differentia inter vtramque e[illegible] Etenim Ptolemæus seu Procli Diadochi periphrasis in lib. 3 cap. 14. eiusdem Ptol. sic interpretatur: *Id verò illis contingit, qui proximi sunt in vno hemisphærio eorum, quæ meridiani, & horizontis sectionibus describuntur, quorum singula iuncta eandem positum proximè horam temporalem æqualem efficiunt. Quemadmodum itaque per dicta loca circumiens eundem situm & horizontis, & meridiani recurrit, temporaque inæqualia, diuersaque Zodiaci transitibus efficit, parimoda in positis aliarũ distantiarum per tempora illis inæqualia præterueheitur.* Quibus verbis apparet Ptolemæũ circulos positionum haud reijcere, & contendit Hil. Altobellus in suis tabulis Regijs, sed potiùs illos approbare, siquidem pluribus alijs præter directiones inseruiunt. Verbi gratia, ad solutionẽ probl. 21, 22, 23. &c. Regiom. dir. Equidem magis approbat viam, quæ temporibus horar. perficitur, vt ex ipsius verbis liquet, & præsertim eiusdem Procli, sic inquiens. *Nobis tamen vna tantum via probetur, vt scilicet nos sine Orientalem situm tenuerit*

tenuerit locus prorogator, & præcedens, ſiue meridianum, ſiue occiduum, ſiue aliam quamcunque pro ratione temporum, quæ ad locum prorogatorem conducunt, ſequentem locum ſumamus. Via autem hæc eſt: aſſumpta ſigniferi parte, quæ in medio cœli eſt, & precedente & ſubſequente primum quidem conſideremus, quem habeat habitum pars præcedens, & quot horis temporalibus à meridiano diſtet, & aſcenſionibus rectæ ſphæræ dinumeratis, quas inuenerimus interconſideratam; hoc eſt præcedentem partem, & medium cœlum, ſiue ſupra, ſiue infra terram interfuiſſe, diuidemus in multitudinem temporum horariorum partis præcedentis, aut diurnorum, aut nocturnorum; ſed ſi ſuper terram eſt diurnorum, ſi infra terram nocturnorum: Quandoquidem meridiani ſectiones iiſdem horis temporalibus à ſignifero diſtantes ſub vno, eodemque hemicyclio continentur &c.

De temporis ſpatio quod ſingulis gradibus direct. competat.

Tres apud Aſtrologos opiniones de quantitate motus Solis vni anno congruente in directionibus extant: quorum primus eſt cõmunis Aſtrologorum, qui verbis Ptol. lib. 3. cap. 15. innixi, vbi docet pro quolibet gradu accipe vnum annum. Ergo abſolutè abſque vlla diſtinctione gradum æquatoris vnum accipiunt, qui conſtat tantum ex 60 minutis: At cum experientiâ docti, plerumque prognoſtica non euentibus reſpondere percepiſſent, ſed modò ipſa præcedere, modò ſequi, & quidem cum differentiâ non exigua. Idcirco Cardanus & poſt hunc Valentinus Naiboda ſtatuerunt medium Solis motum 59'. 8'' anno integro congruere. Vt patet ex Canone 25 Tabul. Dir. Magini. Quod Origanus & alij obſeruãt.

Tertius eſt Nobilis Tychonis Brahæi Aſtronomiæ reſtauratoris lib. de Progymn. qui cenſet veram motus menſuram integro anno competentem eſſe ſolis motum, in Zodiaco, qui tunc fit, & metitur in Æquatore, in quo nunc ſuperat 60', nunc ab illis deficit; hæc vtique poſitionem Phyſicam eſſe & quidem ipſis Ptolemæi verbis conſonam videtur. Dixit enim Ptol. lib. 3. cap. de numero annorum nati, conuenienter autem pro quolibet gradu ſumes vnum annum, additque conuenienter, quoniam in ſolis motu diurno conueniunt modò 60', modo plura, & modò minora. Cui ſententiæ ſuffragatur Altobellus tabulis Regij pag. 193. tutiùs tamen cenſeo hic & vbique medium terminum, nempe 59. 8. donec experientia rerum magiſtra lumen aliud attulerit, obſeruare. Vt igitur temporis ſpatium, quod gradibus & minutis cuiuſque directionis congruit, elicere queas: Analogiam ſic ſtatue.

Vt 59 min. 8'', ad 1 annum; ita (exempli cauſâ) 20 gr. [illegible] arcus directionis quinti exempli, ad [illegible] annum [illegible]'' proceſſus calculi hic eſt.

arcus directionis	20. [illegible]	L.	L.	1[illegible].
medius ☉ motus	59.	8.	L.	L. 1459. ſubtr.
anni	20. [illegible]	L.	L.	10[illegible].

Tempus directionis paulò exactiùs obtinebis ex tabula ſequenti, in qua ſcilicet anni, dies & horæ in prima columna gradibus directionis reſpondent, & in ſecunda columna dies & horæ reſpondent minutis eiuſdem directionis.

Tabula conuerſionis gradus & minutorum Æquatoris in tempus pro direct.

Grad. & minuta direct.	Tempus pro gradibus An. d. h.	Tempus pro min. d. h	Grad. & minuta direct.	Tempus pro gradibus An d. h.	Tempus pro minut d. h.	Grad. & minuta direct.	Tempus pro gradibus An. d. h
1	1 5 8	6 4	34	34 182 0	210 0	67	67 358 16
2	2 10 17	12 4	35	35 187 8	216 4	68	68 364 0
3	3 16 1	18 13	36	36 192 17	222 9	69	70 4 3
4	4 21 10	24 17	37	37 198 1	228 13	70	71 9 11
5	5 26 18	30 21	38	38 203 10	234 17	71	72 14 20
6	6 32 3	37 1	39	39 208 18	240 21	72	73 2 4
7	7 37 11	43 6	40	40 214 3	247 2	73	74 25 13
8	8 42 20	49 10	41	41 219 11	253 6	74	75 30 21
9	9 48 4	55 14	42	42 224 20	259 10	75	76 36 5
10	10 53 13	61 18	43	43 230 4	265 14	76	77 41 14
11	11 58 21	67 23	44	44 235 13	271 19	77	78 46 22
12	12 64 6	74 3	45	45 240 21	278 0	78	79 52 7
13	13 69 14	80 7	46	46 246 6	284 4	79	80 57 15
14	14 74 23	86 11	47	47 251 11	290 8	80	81 62 24
15	15 80 7	92 16	48	48 256 23	296 12	81	82 68 8
16	16 85 16	98 20	49	49 262 7	302 16	82	83 73 17
17	17 91 0	105 0	50	50 267 10	308 20	83	84 79 1
18	18 96 8	111 4	51	51 273 0	315 0	84	85 84 10
19	19 101 17	117 9	52	52 278 8	321 4	85	86 89 18
20	20 107 1	223 13	53	53 283 17	327 9	86	87 95 3
21	21 112 10	129 17	54	54 289 1	333 13	87	88 100 11
22	22 117 18	135 21	55	55 294 10	339 17	88	89 105 20
23	23 123 3	142 1	56	56 299 18	345 21	89	90 111 4
24	24 128 11	148 6	57	57 305 3	352 2	90	91 116 13
25	25 133 20	154 10	58	58 310 11	458 6	91	92 122 21
26	26 139 [illegible]	160 14	59	59 315 20	364 10	92	93 127 5
27	27 144 13	166 18	60	[illegible] 321 4	370 14	93	94 133 13
28	28 149 21	172 23 [illegible]		61 326 [illegible] 3		94	95 137 21
29	29 155 6	179 [illegible] 63		62 331 21		95	96 143 7
30	30 160 14	185 8 [illegible]		63 337 [illegible] 6		96	97 148 15
31	31 165 23	191 11	64	63 342 14		97	98 153 14
32	32 171 7	197 16	65	65 347 23		98	99 159 8
33	33 176 16	203 10	66	66 353 7		99	100 164 17
34	34 182 0	210 0	67	97 358 16		100	01 170 1

PROBLEMA XV.

Ad quem Zodiaci locum perueniat cuiuſpiam ſignificatoris directio ſecundum ſignorum ordinem, ad quoduis tempus datum indagare.

Si ſignificator in radice geneſeos in Meridiano fuerit, ſiue ſupra, ſiue infra terram Aſcenſioni rectæ medij vel imi cœli iungatur arcus Æquatoris, annis, menſibus & diebus elapſis congruens, adhibita conuerſione annorum in gradus Æquatoris per tabulam conuerſionis gradus &c. & aggregatum erit Aſcenſio recta loci Zodiaci ad quem peruenit directio ſignificatoris ad tempus propoſitum, cuius arcum Eclipticæ ex 3. Probl. reperies.

Si verò ſignificator fuerit in horoſcopo, vel ſi horoſcopus ipſe ſignificator extiterit, Aſcenſioni obliquæ ſignificatoris ad latitudinem regionis ſumptæ, arcus Æquatoris dato tempori reſpondens, addatur; aggregatum enim erit Aſcenſio obliqua loci Eclipticæ, ad quem tunc peruenit directio, quem ilicò tabula Aſcenſionum obliquarum ſub polo regionis oſtendet. Quòd ſi ſignificator in Occidente conſtituatur, agendum erit per deſcenſiones obliquas ſignificatoris; etenim numero deſcenſionibus obliquis ſignificatoris addito prodibit deſcenſio obliqua arcus eclipticæ optati.

At ſi ſignificator extra angulos inuentus fuerit, inquirenda eſt eleuatio poli ſupra circulum poſitionis per 11. probl. tum verò ſub eadem altitudine poli ſumenda erit illius Aſcenſio obliqua, ſi ſignificator in medietate Orientali manſerit, vel obliqua deſcenſio, ſi fuerit in Occidentali parte, cui quidem arcum Æquatoris in tempus reductum adiungemus, & emerget aſcenſio obliqua, vel deſcenſio gradus eclipticæ quæſiti.

Exemplum.

Quæratur ad quem eclipticæ gradum perueniet directio ſolis ad annum 1636. diem 18. Ianuarij, in figura cœleſti 8. probl. Primò quidem circulus poſitionis ☉ inuentus per 11 probl. [illegible] eius aſcenſio obliqua 204. 42'. Deinde ſubtraho radicem 1618 die 18. Octobris ab anno dato 1636. & 18. diebus, & reſtant 17 anni, 91 dies, quibus in tabula 14 probl. reſpondent 17 gradus Æquatoris, quos adiungo cum aſcenſione obliqua ☉ 204 42' & conficitur aſcenſio obliqua puncti eclipticæ, ad quem peruenit directio, nempe 12 ♏ circiter.

PROBLEMA XVI.

Quò perueniat profectio ſignificatoris cuiuſpiam in tempore aliquo dato reperire.

Profectio eſt quædam æqualis aut regularis ſignificatorum progreſſio, ſecundum ordinem ſignorum, quam Ptolemæus triplicem ſtatuit, annorum ſcilicet, menſium, & dierum. In profectione annua, vnicuique anno ſolari ſignum tribuitur vnum, adeoque 12 annis totum Zodiacum percurrunt, & ineunte anno 13 de nouo incipiunt, & eodem tenore pergunt. Vt verbi gratia, in noſtra geneſi ſol exiſtens anno 1618. die 18. octobris in 25. 20' ♎ anno 1619. ſecundo ætatis nati, à die 18 Octobris inchoato, idem ſol erit in 25. 20 ♏. Tertio, eodem die Octobris, in 25. 20 ♐ & ſic deinceps.

Adſcribitur hic progrediendi modus omnibus Planetis & ſignificatoribus reliquis, qui in themate cœleſti conſiderantur, & euentum aliquem certum ſignificant; vt non ſolum annus alicuius euentus præteriti vel futuri, ſed tempus adhuc ſpecialius, menſis enim & dies, per profectiones innoteſcit.

Cùm igitur ſcire cupias, quod ſignum horoſcopus vel alius ſignificator hac profectione perambulet, ætatis nati anno quouis currente, ſume annos nati completos, eoſque per 12 diſtribue, reſiduo iunge numerum iſtius ſigni, in quo ſignificator in radice verſatur, aggregatum oſtendet numerum ſigni, ad quod in dato annorum numero ſignificator proficiſcitur.

Exemplum.

Quæratur profectio horoſcopi natiuitatis noſtræ in 6. 22' ♌ conſtituti, ſeu quinti ſigni gr. 6. 22'. anno ætatis 23, annos ætatis completos 22 diuido per 12 & remanent 10 ſigna, quæ numero ſignorũ horoſcopi 5. iungo, & fiunt 15, hoc eſt, 3 ſignis, reiectis 12 ſignis. Quare horoſcopus profectione ſuâ peruenit ad 6. 22 ♎ in principio 23 annorum. *Aliter per tabulam generalem profectionum.*

Anni dati 23 quærantur à latere ſiniſtro tabulæ, & in ipſius fronte ſignum ♌, tunc deſcendendo ſub columna ♌ è regione 23 annorum deprehendo eſſe ♎ vt prius.

Modus inquirendi menſes & dies, quibus profectio incidit per tabulam profectionum annuarum.

Hac tabulâ inuenitur quo die progreſſio annua alicuius ſignificatoris perueniat ad alicuius planetæ corpus, vel radios, veluti promiſſorem. dummodo diſtantia ſit intra 30 grad. facto priùs themate cœleſti reuolutionis illius anni.

Menſis autem ac dies profectionis, quibus quilibet ſignificator ſuo præmiſſori occurſurus eſt hoc modo inueſtiguntur.

Subtrahe locum ſignificatoris propoſiti à loco promiſſoris, accommodatis 30 gradibus, ſi ſubtractio fieri nequit; & reſtabit diſtantia promiſſoris à ſignificatore in partibus Zodiaci, quem illicò videbis ex ipſa tabula. Deinde hos dies à natiuitatis die numera, & habebis menſem ac diem, in quem data profectio terminabitur.

Tabula

Tabula ſtellarum aſpectibus aquandis inſeruiens.

Latitudo pro Ecliptica. vel Declinatio pro Æquatore.	Sextilis arcus. ✶	Tempus arcus. △	Latit. pro Eclipt. vel Decl. pro Æqu.	Sextilis arcus. ✶	Trigon. arcus. △
	o ′	o ′		o ′	o ′
	60 0	120 0			
1	59 59	120 1	31	54 19	125 41
2	59 57	120 3	32	53 52	126 8
3	59 55	120 5	33	53 24	126 36
4	59 52	120 8	34	52 55	127 5
5	59 49	120 11	35	52 23	127 36
6	59 45	120 15	36	51 50	128 10
7	59 40	120 20	37	51 14	128 46
8	59 35	120 25	38	50 37	129 23
9	59 29	120 31	39	49 57	130 3
10	59 22	120 38	40	49 15	130 45
11	59 15	120 45	41	48 31	131 29
12	59 7	220 53	42	47 [illegible]	132 17
13	58 59	121 1	43	46 [illegible]	133 8
14	58 50	121 10	44	45 58	134 2
15	58 40	121 20	45	45 0	135 0
16	58 29	121 31	46	43 58	136 2
17	58 17	121 43	47	42 51	137 9
18	58 4	121 56	48	41 39	138 21
19	57 51	122 9	49	40 21	139 39
20	57 37	122 23	50	38 56	141 4
21	57 22	122 38	51	37 23	142 37
22	57 6	122 54	52	35 42	144 18
23	56 49	123 11	53	33 49	146 11
24	56 31	123 28	54	31 43	148 17
25	56 12	123 48	55	29 20	150 40
26	56 52	124 8	56	26 36	153 24
27	55 31	124 29	57	23 22	156 38
28	55 8	124 52	58	19 21	160 39
29	54 44	125 16	59	13 53	166 7
30			60	0 0	180 0

Exemplum.

In figura cœlesti cuiusdam profectio ascendentis 3. 6'. ♑ in annum 66. quinto loco in sinistrum, ☌ ♄ 18. 58' ♑ : scire cupio, quo die anni horoscopus hunc aspectum attingeret. Primum subduco locum significatoris à loco promissoris, & restat distantia 15. 52'. cui distantiæ in tabula respondent 193. dies 4. h. 8'.

Deinde hos dies computo à natiuitatis die 5. Ianuarij currente, & inuenio profectionem hanc incidere in 16 Iulii, diem anni 1608. horam vespertinam ferè.

Vice versa ex tempore dato, arcum profectionis ad datum aliquod tempus ex eadem tabula inuestigabimus, quod sanè confert ad gradum horoscopi per profectiones annuas corrigendum. Etenim cognito anno, mense ac die alicuius accidentis, statim ex tabula profectionum annuarum innotescit, an eo anno, mense ac die horoscopus ad ipsius accidentis promissorem perueniet. Atque hoc modo Schonerus suum thema cœleste rectificauit, quod cùm sit admodum insigne hic subiungam. Natus est Schonerus, anno 1477, die 16. Ianuarij hora 11 circiter post merid. Caroloſtadij, cuius latit. est 50. annò ætatis 58 currente, sub eius finem scil. 1535. primo die Ianuarij casum fecit ab alto, cuius causa tribuitur ♄ in ♌ Re, in M C.

Ab initio anni [illegible] usque ad huius accidentis diem numerauit [illegible] dies quibus in tabul[illegible] conueniunt 28. 40'. hi gradus & minuta Zodi[illegible] loco Saturni promissoris ablati reliquerunt verum horoscopi gradum ♐. 42'. ♎

PROBLEMA XVII.

Aspectus planetarum latitudinem habentium in Ecliptica, vel Æquatore, reducere, seu distantiam dati aspectus in suo peculiari circulo definire.

Modum attulimus id exequendi ad quamuis latitudinem probl. 1. cap. 6. parte 2. primi mob. Vbi quidem intelligitur, aut vnus solus planeta latitudinẽ habere; aut amborũ planetarũ latitudines esse inter se æquales, easquo vel plagæ diuersæ, vel eiusdem. At quia quandoque contingere potest planetarum latitudines, aut quantitate, aut plagâ diuersa discrepare; nequid in hoc opere desideretur, aspectus computandi rationem omnibus hisce cautionibus adferemus.

Exemplum primi casus, in quo aspectus est quadrante minor.

Detur aspectus semisextilis 30 gr. vbi Planetæ vnius latitudo sit 7 gra-

duum. Subducatur ſinus complementi (Neperi, aut Briggij additâ vnitate ad ſinum compl. aſpectus) latitudinis à ſinu complementi aſpectus dati; & ſinus complementi reſidui definiet arcum Eclipticæ, ſeu diſtantiam aſpectus dati. Vt operatione liquet.

Semiſextilis aſpectus 30 gr. ſinus compl. 14584.
Latitudo vnius pl. 7. gr. ſinus compl. 748.

Diſtantia aſpectus 29. 18. ſinus compl. 13676. In Ecliptica. Atque hac ratione computata eſt præced. tabula.

Exemplum 2. vbi aſpectus eſt quadrante maior.

Sit aſpectus biquintilis 144. gr. eius ſuppl. eſt 36, cuius ſin cõpl. eſt 21193.
latitudo vnius 7. ſin. cõpl. 748.

ſinus compl. 35. 24. 20445.

Auferatur 35. 24 de 180, & reſtabit aſpectus reductio, nempe 144. 36. In Eclipticâ.

Exemplum 3. in quo latitudines planetarum æquales quidem, ſed plagæ diuerſæ.

Sit aſpectus quintilis 72 gr. latitudines vnius 5 gr. Borea, alterius 5 Auſtrina. ſubducatur ſinus complementi latitudinis 381, à ſinu compl. [illegible] nempe à ſinu 54 gr. 21193, & remanebit 20812 ſinus 35. 42′, cuius duplum 71. 24′ eſt diſtantia aſpectus in Eclipticâ.

Sit idem aſpectus quintilis cum latitudine 5 in vtroque planeta, eiuſdem plagæ ſubducatur ſinus compl. latitudinis 381, ſinu 36 gr. dimidij aſpectus 53139, & reſtabit 52758 ſinus 36. 10′, cuius duplum 72. 29 eſt aſpectus diſtantiâ in Ecliptica.

Exemplum 4. in quo aſpectus tam in Eclipticâ, quam in Æquatore inquiruntur.

Sint indaganda latitudines hexagonæ Sirij ſeu Canis maioris tàm in Eclipticâ, quàm in Æquatore, huius ſtellæ longitudo ad annum 1600 ſecundum Tychonem eſt 8. 35. 69, cum latitudine 39. 30′. Auſtrina eſtque ipſius declinatio 16. 11′ Auſtrina, & aſcenſio recta 96. 53′. proceſſus calculi hic eſt. Ex lib. 5. primi mob. Magini deſumptum pag. 215.

Aſpectus 60. o ſinus compl. 69314.	69314.	
Latitudo 39.30 ſinus compl. 25915.	4043. ſinus compl. decl. 16. 11′.	
Arcus 49.36. ſinus compl. 43389.	65271. ſinus compl. arcus 58. 37.	
In Ecliptica.	In Æquatore.	

Iam verò, ſi iungatur arcus diſtantiæ In Eclipticâ longitudini ſtellæ ♊ 35′. ♋ emerget locus hexagopi ſiniſtri eiuſdem ſtellæ 28. 11 ♌. Contrà

verò idem ſublatus ab eadem longitudine manifeſtat hexagonum dextrum in 18. 59 ♉.

Deinde arcus Æquatoris vltimò inuentus 58. 37′ additus Aſcenſioni re. ctæ [illegible] oſtendit radiationem hexagonam huius ſtellæ ſiniſtram terminare in 155 30′ Æquatoris. Idẽ verò ab eadem Aſcenſione recta ſublatus, relinquet 38. 16′ Æquatoris, vbi incidit hexagonus dexter radius. Quibus exploratis patent facilè radiationes Trigonæ tàm in Æquatore, quàm in Eclipticâ, vt etiam quadratæ, vt hic infrà videre eſt.

	In Ecliptica.		In Æquatore.	
Sextilis	28. 12′ ♌		155. 30′	
Quadratus	8. 35. ♎	ſiniſtri.	186. 53	ſiniſtri.
Trinus	18. 58. ♏		218. 16	
Sirij aſpectus.				
Trinus	28. 12 ♒		335. 30	
Quadratus	8. 35. ♈	dextri.	6. 53	dextri.
Sextilis	18. 58. [illegible]		38. 16	

Vt habeatur △ differentia, arcus 49. 36 ad 60. quæ eſt 10. 26, iungatur cum [illegible]o. & prodibit differentia △ [illegible]. 24, quæ tandem lon-

10. 24. (130 [illegible]98. 35.

[illegible]30. 24. [illegible]8. 59.

[illegible] gitudini ſtellæ addita, prodit arcus continuus longitudinis nempe, id eſt 18. 59′ ♏ pro Trigono Sirij *ſiniſtro*.

Deinde vt habeatur △ dexter eiuſdem Sirij, accipe locum ſextilis oppoſitũ, nempe 28. 12. ♒ & pro □ locum etiam oppoſitum, ſcilicet 8. 35′ ♈.

Atqui hi ſunt harum tabularum vſus præcipui, quibus plura Aſtrophilis vtilia, ſequenti tomo accedent, ſi Deus nobis vitam atque vires conceſſerit, cui ſit in æternum, *honor & gloria.*

FINIS.

[illegible]

De Crisis definitione, causa, genere, eiusdemque diuisione, ac differentiâ.

CAPVT I.

CRISIS, teste Galeno, est velox & repentina morbi mutatio, quâ infirmus vel ad salutem, vel ad mortem deducitur. Definitio, seu Crisis descriptio.

Omnis autem velox & subita mutatio, siue ea in lunâ, siue in aëre, aut in morboso corpore fiat, Crisis Galeno vocatur; hæc sanè actum, seu sententiæ iudicialis executionem facere videtur, siue sit pro vitæ decumbentis naturâ, siue in ipsius interitum.

Vocabulum Crisis Græcum est, ἀπὸ τοῦ κρίνω, quod Latinis iudico, decerno, & sententiam fero significat; Arabicè Alhabarim. Vnde dies Critici, iudiciales seu iudiciarij, decernentes seu decretorij nuncupantur, sumpta scilicet metaphorâ de foro iudiciali ad artem medicam. Similia enim quodammodo hæc esse videntur *Capitis causam dicere*, & acutè laborare; *Ab actore, seu accusatore infensissimo in iudicium rapi*, & à morbo hoste naturæ infestissimo in vitæ discrimen trahi. Porrò vt tria sunt, quæ forum constituunt *actor, reus, & iudex*; ita tria sunt etiam, quibus medicina constat, ac omnis curatio perficitur; morbus, natura & Medicus; accidentia, testes. Origo seu etymologia Crisis.

Causa Crisis duplex est, alia interna, alia externa.

Causa criseos interna sumitur à suo proprio principio, quæ rursus duplex est; aut enim natura humorem morbicum foras conatur expellere; aut ipse humor nodum concoctus, nec ad excretionem præparatus sua mole vel qualitate naturam grauans foras erumpit. Quod etiam innuere videtur Hipp. lib. 4. de morbis, sic inquiens. *Conturbatur homo dum febricitat, cuius rei signum est, quòd horor aliàs atque aliàs per corpus transcurrit.* Alij causam efficientem Criseos proximam ipsi naturæ adscribunt; Nam vis naturæ quasi morborum medicatrix humorem morbum committentem coquit, noxium à proficuo secernit, eumque ad excretionem præparat, ac tandem foras expellit.

Causa verò externa fit à spiritus, seu aeris alteratione, cum scilicet humores à naturâ alterantur & de frigido statu in calidum, vel de sicco in humidum, & contrà immutetur.

Calidum autem & humidum statum Crisim promouere docet Hipp. Aph. 6. comm. 5. & alibi lib. de natura hum. Morbi, inquit, alij quidem à victu fiunt, alij verò à spiritu, cuius inspirati beneficio viuimus. Victus ratio, quatenus humores tales, aut tales in corpore creat, *causæ internæ*; spiritus seu aër *causa externa* rationem sortitur.

Alterari autem qualitates à stellis, & præsertim à luminaribus nulli dubium esse debet, siquidem in dies, horas, aut quatuor anni tempora, aër, plantæ, animalia, &c. varijs modis alterantur & mutantur. Vnde

spiritus cùm sit aëreus, & humores aquei, quando excitantur, magis operari videntur, veluti cùm cithara pulsatur, homo ad choreas mouetur; sic tubâ sonante ad bellum.

Hinc Crisium causa vniuersalis est cœlorum influxus; corpora enim cœlestia, calore, lumine, motu & configuratione seu aspectu, quibus addit S. Augustinus afflatum, & D. Thomas aptitudinis efficaciam, agunt non solum in 4 elementa, sed etiam in omnia elementa, & potissimum in hominem ab eius nascendi principio, ad ipsius interitum, nunc tristitiam, nunc hilaritatem, nunc morbos, nunc sanitatem illi excitando. Nam, vt ait Arist. Ex irroratione cœlorum fœlicia & infœlicia germinant in terris. Bonum, malum, vita & mors, diuitiæ & paupertates à Deo sunt. Porrò de causâ crisis efficiente radicali, Philosophi penitiùs perscrutantes eam ipsi monadi tribuunt, quippe quæ primariò & radicaliter in vniuerso mundo agat veluti actor, & actus primus, à quo, per quem, & in quem omnia resoluuntur, Vnde Pythagorici monadem seu vnitatem Apollinem vocitabant: siquidem non aliter quàm ab vno solo omnia; ita ab vnitate omnes numeri originem & incrementum accipiunt. Certè idem actus, qui est verbum, centraliter agit (Deum in cœlis contineri, veluti centrum in circulo) solus à centro ad circunferentiam, sed modo diuerso, secundum varietatem subiecti in quo tanquam organo operatur, non mutata agentis seu actoris formâ, siue essentiâ, quæ est semper permanens & eadem. Hinc ergò euidens est, quòd vnicus sit in qualibet regione mundana actor, vnicusque ipsius actus; at effectus varij iuxta multiformem subiecti organici & recipientis siue patientis conditionem. De his plura apud Rob. Fludd. in Cris. mysterio.

Apostolus 1. Cor. Deus operatur omnia in omnibus, & alibi, Ex ipso per ipsum, & in ipso sunt omnia.

Genera Crisium principalia duo sunt, vnum quidem in morbis acutis & lunaribus; Alterum verò, in morbis diuturnis, seu Chronicis & solaribus.

Crises autem, quæ à proprio principio, seu ab internâ causa originem sortiuntur, quales sunt Crises synochorum, à lunæ motu pendent.

Quæ verò ab aëre, seu ab externâ causa, quales sunt febrium pestilentialium, illæ cùm à ☉ tùm à luna gubernantur. A sole quidem, si totius anni; à lunâ, si mensis tantum respectus habeatur.

Itaque morbi acuti lunæ motum sequuntur, eiusque configurationes, seu aspectus ad ipsius locum, in quo morbus incepit. At notandum est, in morbis acutis aspectus seu lunæ radiationes videlicet quadraturas, & oppositiones, non prout à solis Synodo incipiunt, sed à loco, in quo ad morbi principium luna reperitur, obseruari per septimanas, donec ad punctum morbi principij radicale (quod quidem in 27 dies 8. hor. contingit) reuertatur. vt infra videbis.

Morborum acutorũ, alij sunt acuti simpliciter, alij acuti ἐξ μεταπτώσεως seu decidentia, vel ex mutatione, & degeneratione; alij peracuti, & alij perperacuti. Simpliciter acuti sunt, qui ab 8 per 10, 11, 14, 20 & 21 diem ad summum excurrunt, & menstrui quibusdam dicuntur, quoniam intra mensis lunæ spatium absoluuntur,

Morbi acuti ex decidentiâ, seu degeneratione sunt, qui modo imperfecto iudicantur; nam ratione symptomatum modò ingrauescunt, &

modò remittuntur, prout luna, siue benignis, siue malignis beneficorum aut maleficorum radijs occurrerit; & multoties ex acuto in chronicum degenerant, vt si pleuritis abit in empyema, vel abscessum thoracis; si febris continua in febrim hecticam transit; vel intermittens febris in continuam degenerat, & contra. Atque hi morbi intra dies 40 iudicantur.

Peracuti sunt, qui die 5. 6. 7. & 8. iudicantur. Hisce morbis ascribuntur febres causones, Synochæ, Cholera, angina, petipneumonia, lethargus, & his similes.

Perperacuti sunt, qui intra triduum, vel ad summum quatriduum absoluuntur, & cum salute, vel morte terminantur, cuiusmodi sunt febres pestilentes, apoplexia, pleuresis, phrenesis, &c.

Morbi Chronici motum solis sequuntur, & post 40 diem Crisim acquirunt, & iudicio petuntur, cum sol ad propriam diametrum & quadrata attingit, vt patet in hecticis, hydropicis, quatarnariis. Cum verò ad Sextiles, & trinos aspectus, fiunt quidem aliquæ motiones indicatiuæ eorum affectuum qui sequuntur in ☌. Solent tamen anticipari, & postponi, prout planetæ obuiantes fauent, aut obstant; & in melius, si benefici; in peius, si malefici occurrerint. Quod etiam in cursu totius vitæ fit: Nam & morbus est modus vitæ partialis. Vt notat Campanella, lib. 4. Medicinalium.

Porrò Crisium alia quidem perfecta est, alia imperfecta.

Perfecta autem contingit, quando morbus integrè & absolutè iudicatur, seu quando morbus vehementer immutatur, estque hæc species vel *laudabilis* cum morbus ad salutem iudicatur; *illaudabilis*, cùm morbus integrè quidem iudicatur.

Imperfecta cùm morbus leuiter immutatur, tunc verò morbus integrè & absolutè non iudicatur, tendit enim vel ad salutem, & laudabilis imperfecta vocatur; vel ad mortem, atque illaudabilis imperfecta nuncupatur. Alij sic generaliter distingunt.

Crisium alia est
- Salua, quę fit absq; magnis & pernicioſis accidentibu.
- Dubia, seu suspicioſa, quæ cum magnis & pernicioſis accidentibus euenit, & periculoſa est.
- Iudicata, seu periclitata, quando die quarta signa concoctionis apparent, & inde morbum die septima fore iudicandum præsagiunt.
- Non iudicata, cum scilicet Crisis absoluitur die 7. & tamen die 4. à nullo concoctionis signo erat iudicata.

Hinc dies ipsi in tres distinguntur classes; alij namque generico nomine Critici dicuntur; alij iudicatiui, in quibus fit iudicium, alij intercidentes, qui ponuntur inter iudicatiuos & criticos, & in quibus morbus remittitur. De hisce Crisium distinctionibus plura apud Medicos extant, non enim hic instituti nostri omnia, quæ medicinæ; sed solùm quæ Astrologiæ sunt recensere.

Vbi ratio numerandi dies criticos ex antiquorum ac modernorum ſententia, tum per numerum ſeptenarium, tum per quaternarium enucleatur.

CAPVT II.

GAlenus ex Hippocratis ſententiâ duplicem dierum criticorum enumerationem ſtatuit, vnam ſcilicet per numerum ſeptenarium; alteram verò per quaternarium.

Formalis numeri ſeptenarij proprietas ex naturæ ſinu, ſeu myſterijs tum diuinis, tum naturalibus erui credebatur antiquitati, quæ Palladem ſeu Mineruam ſeptenarium vocitabant, ſcribente Macrobio lib. 1. ſomn. his verbis. Huic autem numero, inquit, id eſt ſeptenario adeò virginitatis opinio inoleuit, vt Pallas quoque vocitetur. Virgo enim creditur, quia nullum ex ſe parit numerum duplicatus, qui intra denarium includatur, quem primum limitem conſtat eſſe numerorum. Pallas ideò, quia ex ſolius monadis fœtu & multiplicatione proceſſit, ſicut Minerua ſola ex vno parente nata perhibetur. Tanta verò eſt ſeptenario numero innata diuinitas, vt hoc præter omnes qui intra denarium exiſtunt, eximiam quandam prærogatiuam habeat: Nam ex illis alij quidem gignunt nec gignuntur, alij gignuntur & non gignunt; alij vtrumque & gignunt & gignuntur, ſolus autem ſeptenarius in horum nullo membro cernitur, ſiquidem ad agendum exiſtat idoneus: Etenim luna, quæ vt ſeptimum infimumque & terris orbem proximum poſſidet, ita ſeptimo menſe infanti geſtato in vtero dominari & multis dotibus ipſum beare dicitur, dum largâ ſua frigiditate, humiditateque infantulo auctiori copioſiùs nutrimentum ſufficit, dum humores 4, & humiditas etiam corporis partes, pinguedinem & medullas adauget, dum vterum etiam humectat, & veluti ad partum acetabula ipſius largo humore relaxando præparat. Quòd ſi infantulus ex quauis cauſa ſeptimo menſe in lucem edatur, aura vitali fruetur; eò quod omnium 7 planetarum vires beneficiaque ſenſerit: ante ſeptimum hac ipſa ratione viuere negant Aſtrologi.

Philo Iudæus lib. de mundi opificio.

Quòd ſi 8 menſe, cui præeſt Saturnus in lucem edatur, natus frigiditate, ſiccitateque dominantis planetæ perimetur, nec vllo modo viuere poteſt: Nam per tenelli corporis poros, & per adaperta humiditate lunæ (quæ ſeptimo menſe fœtum diſpenſabat) ſpiracula, frigiditatem Saturni ſeſe penitus inſinuat, atque ad vitæ principia vſque penetrantem calorem natiuum, qui tum etiam exiguus eſt, ſuffocat. Harum autem cauſarum Chaldæi rationem oſtendunt qua fiat, vt ſeptimeſtres vitales ſint, octimeſtres minimè, hoc modo. Ac primum dicunt illi, parem numerum imperfectum, materiam & item fœminam eſſe. Imparem contrà, perfectum formam & marem. Vnde & Virgilius eius perfectionem admiratus dixit, *Numero Deus impare gaudet.* His enim verbis Deum re perfecta & omnibus numeris abſoluta delectari ſignificat. Iam ſi quæratur

tur quare ternarius & quinarius primi impares perfecti formæ & mares, idem quod septimus non præstent? Respondent, verum quidem esse illos & impares & perfectos, formas item esse & mares; sed præter hæc omnia aiunt etiam requiri solere materiæ præparationem, haud aliter ac in morborum Crisibus fieri assolet. Neque enim vt Crisis fiat, satis est diei naturam & conditionem adesse; sed & materiam etiam coctam & præparatam esse oportet, vt tutò morbus iudicetur. Ideircò igitur ternarius & quinarius primi impares perfecti, formæ & mares de partu decernere non conantur; quia illo tempore materia vtero contenta incocta adhuc est, id est, nondum planè conformata, ac excerni parata. Hactenus de numeri 7 proprietatibus. Plura apud Rob. Fludd. qui de vtriusque scilicet & septenarij & quaternarij virtutibus abundè disserit tractatu de Crisium mysterio. nunc proximum est, vt Galenus mentem de criticorum dierum enumeratione per numerum septenarium & quaternarium explicemus, quod sic paucis. Galenus numerationem criticam quadam dierum septimanæ intermediorum repetitione ordinauit, vt numerus crisεos motui lunæ congrueret: Equidem in imparibus diebus permultæ crises acutorum morborum contingunt, non quòd hisce diebus decernendi primaria vis insit, sed per accidens quoddam sic euenit. Galen. li. 2. 8. de dieb. decr.

[Et paulò infra subdit, neque enim septimi, vt neque etiam quarti diei numerus crisεos causa est & auctor; sed quia luna innouante & immutante hæc terrena, motum quoque circuitus ad hos primos numeros venire contingit, meritò in ipsis quasi stata alterationum tempora deprehenduntur. mutationes enim non à numeris, sed à luna rebus terrestribus contingunt.] Neque enim septenarius, neque quaternarius, neque vllus alius siue par siue impar dierum numerus crisεos causa & actor est; sed luna, quæ toties veluti innouat & immutat hæc inferiora terrestria in quæ imperium obtinet, quoties motuum eius periodi seu circuitus ad principes numeros vt quaternarium, septenarium, & alios his proportione respondentes, perueniunt, vt non mirum est, quòd in primis illis numeris res quasi stato & fixo tempore alterari immutarique deprehendantur. Hinc dies, tum Critici, tum indicatiui, cùm ex lunæ motu fiant, illi dicuntur, in quibus luna Zodiacum perlustrante ad aspectus, principalesque phases videlicet tetragonas, diametrales, octiles seu semiquadratas, aliasq; irradiationes peruenit à limite, in quo luna ad morbi principium cõstituta fuit. Motuum autem lunæ periodos ad principes numeros peruenire, nihil aliud est, quàm lunam abs sui circuitus initio, ad tetragona, seu quadrata, tetragonorum media seu octiles aspectus, & diametra loca seu oppositiones peruenire, quibus in locis, ægritudo vel quælib. incœpta res alteratur, vnde prodit Crisis. Vt autem vno quasi intuitu series seu numerationis Criticæ progressio nobis innotescat, hic ordinis seu dispositionis abacum ad Hippocratis & Galeni mentem adiunximus.

Septimanæ.	Dies.								Nota.
Prima.	1.	2.	3.	4.	Secunda.	8.	9.	10.	11.	Tertiæ septimanæ eadem ratio, quæ primæ.
	4.	5.	6.	7.		11.	12.	13.	14.	Quartæ eadem ratio.

Tertia.	14.15.16.17. 17.18.19.20.	Sexta.	34.35.36.37. 37.38.39.40	quæ secundæ. At 20. non repetitur, quoniam non est medius septimanarum, neque quartarum, ideoque dicimus 21.22.23.24. Qui autem ephemeridibus vtitur, non indiget his dierum numeris, sed graduũ lunæ in Zodiaco.
Quarta.	21.22.23.24. 24.25.26.27	Septima.	41.42.43.44 44.45.46 47	
Quinta.	27.28.29.30 31.32.33.34	Octaua.	47.48.49.50 51.52.53.54.	

Prisci Medici, quibus latebat lunæ motus ac plurimorum aspectuum vires, in mense tantùm 8 dies tam critici, quam indicatiui numerabant, nempe 4. 7. 11. 14. 17 20. & 27; & cum erant in 14. eundem numerum replicabant, vt ipse tertij septenarij etiam esset initium; alioquin vigesimus esse 21, & non conuenirent cum lunæ cursu, qui sanè est fundamentum, cui doctrina dierum criticorum inititur, atque adeò hanc enumerationem fallacem corrigere potest; siquidem pro maiori vel minori velocitate lunæ citiùs vel tardiùs eueniunt Crises.

De syderum sympathiâ & antipathiâ, atque aspectuum virtute & efficaciâ in Crisium mysterio, necnon de tempore seu termino, à quo dies critici principium ducunt.

CAPVT III.

De symp. & antip. vide Rodolph. Goclenium in Physic. generali, li. 2. Et Rob. Fludd. in Philosoph Moysaica.

ANtequam ad crisium prognosin accedamus, sciendum est, quandam esse inter cœlestia & terrena sympathiam & antipathiam, id est amicitiam seu consensum, & odium seu discordiam, verbi gratia, inter vnum Zodiaci signum & aliud est amicitia & odium, iuxta eorum naturam & qualitatem, quæ deprehenditur esse tàm in stellis fixis quàm erraticis; Nam signa Zodiaci ignea contrariantur aqueis, nocturna diurnis; sic Planetarum alij aliis fauent, vt Venus Marti; alij aliis aduersantur, vt Sol Mercurio, &c. Vnde non mirum est, si quidam homines leui de causâ dissentire, occultæque simultatis studio sibi inuicem repugnare videntur, licet alter alterum nec verbis, nec dictis, nec factis læserit vel prouocauerit, cuius rei causam exastrorum influxu aduersantibusque horoscopis adducunt Astrologi. Nam exempli gratia, sit in cuiusdam genesi horoscopus in ♑, & in ipso constitutus Mars; horoscopus alterius ♈, & in ipso existat Luna, dico, ob contrarietatem & pugnantiam vtriusque horoscopi, tum etiam hostilem aspectum Lunæ in horoscopo secundi, & Martis in horoscopo primi, hanc informari & imprimi antipathiam & contrarietatem, qua primus secundum semper aduersatus fuerit. Neque enim in signis est tantùm contrarietas, sed etiam in ipsis planetis horoscopantibus, hostilique quadrato se pulsantibus. Cùm igitur corpora prima, & qualitates primæ sibi è regione aduersentur, pugnare inter se, nunc cedere, nunc superare necesse est, vt existat rerum & generatio & corruptio, vnde rerum vicissitudines eueniunt. Quòd si album nigrum-

que in eodem simul esse loco nequeunt, nec humidi quidem, nec sicci vis simul esse in eadem atque cœli parte potest. Quocirca, vt inquit Pontanus, rectè accommodatéque alia humida signa, alia sicca dixere, id est, hanc illamve qualitatem magis, minusue fouere, augere, & excitare. Quòd quidem obseruationes quotidianæ eorum, quæ subinde contingunt, testantur; Luna siquidem in humido aut arido signo constituta plerumque illa excitat, quæ signi naturam sequuntur. Porrò vt singula elementa binas habent qualitates sic etiam signa, pro naturâ elementi, cuius ipsa naturam excitant; signa enim aerea humida sunt & calida; Terrea, sicca & frigida; Ignea, calida & sicca; Aquea, frigida & humida: de quibus plura in nostris ephemerid.

Præterea sedulò notandæ sunt stellarum tùm fixarum tùm errantium congressus & configurationes, quarum quidem alij sunt minaces & noxij, vt aspectus □ & ☍; alij verò auxiliares & beneuoli, vt △ & ✶. Equidem Astrologiæ maxima pars in configurationum consideratione versatur; Nam ex syderum congressibus, eorumque radiis variæ iuxta Zodiaci loca, in quibus vel aspectu vel ☌ concurrunt in inferioribus alterationes, vel ad bonum, vel ad malum pro stellarum naturâ conueniente vel discordante, atque adeò effectus diuersi producere solent: Quando enim binæ stellæ aut simul coniunguntur, aut aliquo radio sese aspiciant, seminatia quidem effundunt in hæc terrena inferiora pro naturâ & conditione eorũ, cum quibus configurantur. Quapropter si antipathiâ & dissensu inter se opponantur, spermata impluunt malitiosa. Vt enim coniunctione spermatum duorum ventorum oppositorum, videlicet Borealis & Australis, & præsertim vbi Auster dominium habet, fulgura, tonitrua & vapores pestilentiales (idque præcipuè quando ☿ & ☽ se inuicem aspiciunt) generari percipimus: Ita in morborum exasperatione, vel alleuatione iusta stellarum beneficarum concursus cum ☾ in eius peragratione per Zodiacum, eueniet.

Porrò aspectuum pessimus censetur ☍ non propter signorum contrarietatem in naturâ & sexu, & pugnam naturarum in signis, sed potiùs ratione oppositionis: Etenim quæ opposita sunt atque maximè distant, maximè sibi aduersantur, & in vno quoque genere sunt sibi contraria. Sunt ergo duæ causæ disconuenientiæ in aspectibus; vna quidem & principalis est distantia maxima, altera verò minus principalis est pugnantia signorum in naturâ & sexu.

Quadratus aspectus est infelix & maleuolus, quoniam signa se inuicem mutuò aspicientia saltem qualitatibus actiuis, & quandoque tàm actiuis quàm passiuis, intuentur. Sic Sole in ♈, & Luna in ♎ existente, dissentiunt solùm in qualitatibus actiuis, nam ♈ est calidum & siccum ♎ verò est frigidum & siccum; discordant etiam in sexu, eò quod ♈ est masculinum, & ♎ fœmininum; etiam conditione; Nam ♈ est diurnum, ♎ nocturnum. Dicitur etiam perfectæ inimicitiæ, seu perfectè malus, quando sit in signis omnibus qualitatibus & sexũ & conditione discordantibus, Vt si Sol existat in ♈ & Luna in ♑. Nam ♈ est signum calidum & siccum, ♑ frigidum & humidum; tùm verò ♈ est masculinum ♑ fœmininum; ♈ diurnum, ♑ nocturnum.

Trigonus aspectus putatur prosper & fœlix, & perfectæ amicitiæ, quo-

niam signa se inuicem intuentia tàm in qualitatibus actiuis, quàm passiui conueniunt; sunt enim signa aut omnia masculina, aut fœminina, aut ignea, aut aerea, aut aquea, aut terrea. Vt ♈ & ♌ trigonum efficiunt aspectum, quem dico, in omnibus qualitatibus conuenire.

Sextilis aspectus huic affinis est, siquidem signa se inuicem mutuò aspicientia qualitatibus actiuis conueniunt. Vt ♈ & ♊, sunt ambo masculina & calida, & tantùm in qualitatibus passiuis differunt; cùm ♈ sit siccum, ♊ humidum. Sic ♈ & ♒, conueniunt in qualitate actiua, & dissentiunt in passiua: atque ob hanc causam votatur aspectus imperfectæ amicitiæ.

Dodecagonus, seu semisextilis aspectus iudicatur efficax, & infimæ inimicitiæ; Quoniam signum præcedens semper est consequenti signo in sexu & conditione contrarium. Eius autem efficacia in morbis peracutis, vbi dies critici spatio minori continentur, atque etiam in morbis Chronicis animaduertitur. Vt notat Campanella.

Octilis, seu semiquadratus aspectus censetur etiam efficax, cùm enim Luna à sole discedit post ☌ in 45 gradu apparet, tunc verò significationem influit super mutationibus ab ista lunatione manantibus, quòd Ptolemæus, & alij experimento comprobarunt. Hic aspectus vtique vim & efficaciam, & præsertim in hac crisium doctrina sortitur, siquidem dies quartus (quo tempore ad octilem peruenit) est index septimi, in quo scilicet Luna radium quadratum effundit ad locum, quem initio decubitus ægroti tenebat: non autẽ indicaret nisi virtuosa esset eius pars, vt sextilis est trigoni. Igitur, quoniam in morbis peracutis numeramus per tertios dies, in quibus est tantùm signi vnius mutatio, sicut in cæteris per quartos, in quibus est signi vnius & dimidij mutatio, palam est vtrumque esse efficacem, præsertim in rebus velocibus & facilis passibilitatis: Vnde in mutationibus aeris, & aquarum, vterque aspectus non erit contemnendus.

Admittitur & à Ptolemæo aspectus hexadecilis seu 16 laterum vt ex centiliquo eius 6 o constat. Est autem aspectus tetragoni quarta pars, quare aliquid ex eo virtutis elicere valet.

Videtur quoque dimidij signi mutatio, id est, vigesima quarta pars circuli, in perperacutis morbis efficere validum aspectum, quod Oceanus etiam iuxta dies Lunæ crescens & decrescens in Britannia comprobat, & auis indica cum diebus Lunæ colores immutans. Multiplices imò innumeros præter ☌ aspectus efficiunt inter se planetæ in cœlo erga nos, quoniam infinitæ figuræ regulares effabiles, aut saltem scilicet in circulo per continuam laterum duplicationem inueniuntur. De his aspectibus abundè in nostris Directionibus.

Porrò ex prædictis aspectibus sciendum omnium esse coniunctionem efficacissimam, principalemque aspectum, cuius radij sunt validissimi, eiusque natura indifferens: Nam si planeta bonus cum bono coniungatur, influxus erit optimus, si è contra, pessimus Equidem planetæ coniunctio cum Sole semper mala est, quia Sol efficaciam planetæ destruit.

Licet autem propriè ☌ aspectus non sit, tamen si vox aspectus latiùs accipiatur, coniunctio etiam dici potest; siquidem in eâ planetæ vires suas habent coiunctas.

Postremò

Postremò notandum est aspectus vnius speciei aliquando naturam alterius induere, & proinde aspectibus alterius speciei æquiualere; sextilis enim æquiualet quadrato, quando est in longis ascensionibus: Trigonus quadrato, quando in breuibus; & vice versa, quadratus aspectus Trigono, quando in longis ascensionibus; sextili, quando in breuibus. Quod verò dicitur de ascensionibus applicari debet descensionibus vel longis, vel breuibus, ita tamen vt ascensiones ex parte Orientali, descensiones ex parte Occidentali desumantur.

Concludimus igitur in Crisium mysterio saltem 8 configurationum species obseruari debere, nimirum *Synodum*, seu coniunctionem, *Trigonum*, *Tetragonum*, *Hexagonum* seu sextilem, *Octogonum* seu octilem, *Dodecagonum* seu semisextilem, *Hexadecagonum* seu hexadecilem, aut 16. laterum, & *Icositeſſeragonum* seu 24 laterum.

Cæterùm de termino seu tempore, à quo dies critici principium ducunt, hæc paucis.

Cùm ergo in illis diebus Criticis, seu decretoriis aliqua morbi notabilis aut ad salutem, aut ad mortem, vel ad morbi perseuerantiam, alteratio, siue mutatio decerni queat, necesse est, vt à primo notabili inuasionis morbi puncto numerationem incipiamus. Equidem morbo principium assignare difficile est; Nam vt docet Galenus lib. 1. cap. 6. Exacte primum principium ferè est insensibile. At eius temporis quo ægrotus decubuit, principium decubitus quidem esse potest, sed non tamen morbi principium: Etenim homo robustior morbum facilius tolerat, & tardius decumbit, quàm mollis animo quispiam imbecillis, & timidus, qui leui de causa suspicios us statim decumbit. Attamen in compluribus morbis vt vertigine, epilepsia, paralysi, apoplexia, hemorrhagia, pleuritide, & similibus facile est principium seu horam inuasionis morbi præcisam consequi. Communis autem in re Astrologica eruditorum opinio censet & affirmat illud temporis momentum pro morbi principio, assumendum esse, quo quispiam in corpore manifestam sensérit læsionem doleremue; aut cùm manifestè febricitare decubuerit; non autem quando, vel capitis dolorem, aut aliquod aliud symptoma patitur, quippe quæ non sunt febres, sed potius febrium nuntij. Sic Hippocrates suas obseruauit indicationes à die quo febricitauit homo, non autem ab illo die, quo vel corporis grauedinem, vel capitis dolorem ægrotus deprehendebat Nam quo febris acutior, eo quoque sensui manifestior, & impossibile est, vt eius aduentus, seu actus primordialis patienti deliteſcat.

CAPVT IV.

In quo Modus acquirendi dies criticos at indicatiuos, primò quidem per figuram octogonalem ex Hippocratis & Galeni sententia; tum verò per figuram hexadecagonalem seu 16. laterum iuxta Ptolemæi sententiam, tùm demùm per dodecagonalem, qua passim hodie omnes vtuntur Medici Astrologi traditur.

IN cap. 2. huius tractatus, rationem, quâ Hippocrates & Galenus in radicali dierum criticorum ordine & enumeratione vtebantur, attuli-

mus; iam verò proximum est, vt modum aperiamus numerandi ac certiùs illos dies criticos statuendi per Lunæ motum, siquidem radix & fons doctrinæ crisium in lunæ efficacia, motu ac Zodiaci partium positione omnibus Astrologis vel ab ipso Hippocrate & Galeno consistere indicatur. Modus autem inquirendi dies criticos & indicatiuos per figuram octogonalem iuxta Hipp. & Galeni sententiam hic est.

Quæratur primum ex ephemeridibus Lunæ locus in principio decubitus ægri.

Deinde descripto circulo in 8 partes æquales distributo, Zodiacum referente, in quo) circumferri fingitur, ponatur locus Lunæ verus ad horam decubitus ægri in angulorum figuræ cœlestis primo, qui tanquam ascendens, seu domus prima censeatur.

Tum verò huic Lunæ veluti loco radicali adiiciantur 45 gradus (totidem enim graduum anguli figuræ octogonalis inter se distant) vt habeatur locus Lunæ in secundo angulo, qui dicitur *primus indicatiuus*, cui quoque additis 45 gradibus prodibit locus Lunæ in tertio angulo, in quo celebratur prima Crisis, & semper à loco radicali per 90 gradus elongatur.

Posteà additis etiam 45 gr. ad locum Lunæ in tertio angulo erit locus Lunæ in quarto angulo, in quo fit secundus indicatiuus, cui pariter additis 45 gr. fiunt 180, vbi designatur oppositio, & sic deinceps additione continua 45 gr. donec Luna ad locum decubitus radicalem peruenerit. Atque ita erunt 4 anguli principales, in quibus obseruantur Crises, & 4 minus principales, vbi dies indicatiui denotantur. Figura tandem sic delineata, planetæ suis conuenientibus locis prout in ephemeridibus horâ inuasionis morbi reperti sunt, inscribantur.

Iam verò cùm ex supra dictis constet dies criticos in morbo fieri in eo tempore in quo Luna ab initio decubitus, seu primi febris paroxismi ad quartam Zodiaci partem seu 90 gradum peruenit, in quo primam efficit Crisim siue subitam in morbo mutationem, quod quidem die septimo plerumque euenire solet, poterit tamen die 6, si velox fuerit Lunæ motus, aut etiam 8 die, si lentus extiterit. Cùm verò hic aspectus sit natura malus ob signorum disconuenientiam in qualitatibus aut passiuis aut actiuis; ideoque pugna tunc inter morbum & virtutem contingit, vnde merito iure dicitur Criticus primus, in quo si acciderit Lunam à ♄, vel ♂, vel à mortis domino affligi, crisis ipsa vt plurimum ingraueſcente morbo ad mortem tendet. At si morbus illo die critico non finierit, tunc expectandum est quousque ad suum diametrum seu locum oppositum peruenerit, quod circa diem decimum quartum plerumque, & eadem ratione prout Lunæ motus velocior, vel tardior extiterit in decimo tertio, aut 15 contingere potest; nam in isto loco secundæ Crisis effectus sentietur, in quo si nondum soluatur morbus, tunc vigilandum est pro Lunæ aduentu in alterum aspectum tetragonum, in quo cernetur crisis tertia, die scilicet 20, vel 21, iuxta tardiorem aut concitatiorem lunæ motum. Quòd si adhuc morbus pergat spectandum erit donec redierit Luna ad locum radicalem, seu ad eundem Zodiaci gradum, in quo erat inuasionis morbi

horâ; tunc verò mensis Lunaris absoluetur, cuius periodus est 27 dierum & 8 horar. vbi crisis in morbis acutis quarta & vltima efficitur; Quapropter si morbus vltra mensem Lunarem perseueret, ad solis motum, vel aliorum planetarum respiciendum erit, tunc enim acutus in chronicum seu diuturnum degenerat, vt febres quartanæ & similes.

Quoad secundam locorum Criticorum speciem attinet, quos vocant indicatiuos, vt pote, quorum sedes sunt exactè in medio cuiuslibet quadraturæ; cùm enim Luna ad sui quadrati dimidium peruenerit, lustrauerit que in Zodiaco ab inuasione morbi 45 gradus, qui octilem aspectum efficiunt, ibi ratione eadem agere incipit, qualiter in loco critico proximè sequenti solet operari, siue ad bonum, siue ad malum, quod quidem die 4 contingit. Vnde ab Hippocrate & Galeno dies quartus dictitatur.

Iudex diei septimi sequentis

Secundus verò indicatiuus (quem Hippocr. & Galenus statuunt vndecimum) decimo die, ac 11. etiam esse poterit, prout Luna in loco intermedio à primo quadrato ad ☍ lustrauerit; atque ab ipso decubitus initio 135 gradus qui trioctilem aspectum componunt, percurrerit: & sic de cæteris, iuxta ordinem in exemplo sequenti positum.

Vt autem obtineas tempus vel Criticum, vel indicatiuum, quo scilicet morbus alteratur, quære primùm ex Ephemeridibus diem, tum verò per tabulam nostram fœcundissimam inuenies horam & minutum ingressus Lunæ in quemlibet 8 angulorum figuræ cœlestis; Postea cœli dispositionem in Ephemeribus pro tempore in quo Luna peruenit ad præfatos angulos obseruare debes, idque iuxta præcepta, & Aphorismos seu Canones quos cap. sequen. adducemus. Sed rem, vt magis illucescat, exemplis illustrabimus.

Exemplum 1. seu obseruatio prima.

Quidam Lutetiæ Parisiorum ex acuto morbo decubuit anno 1641. die 11 Ianuarij horâ 8 circiter post meridiem, ad quod tempus ex Epheme rid. nostris inuenio Lunæ locum esse in 10. 19′ ♒. pono igitur hoc signum cum gr. & minutis in primo angulo tanquam in ascendente. Deinde loco Lunæ radicali 10 19′ ♒ adiicio 45 gr. & producuntur X 25. 19′ pro Lunæ loco primi indicatiui, ad quem pariter addo 45, & nascitur Lunæ locus pro tertio angulo nempe 10. 19′ ♉, In quo quidem prima Crisis animaduertitur; atque ita additione continuâ 45 gr. prodit angulus quartus in 25. 19′ □ qui est secundus indicatiuus. angulus quintus, in quo secunda crisis obseruatur, occupat 10. 19′ ♌, locum scilicet ascendenti oppositum; sextus angulus tenet 25. 19′ ♏ tertium indicatiuum designans. Septimus, in quo tertia Crisis celebratur, possidet 10. 19′ ♏; Octauus tandem & vltimus in quo quartus indicatiuus percipitur, obtinet 25. 19′ ♑. Hisce verò adquisitis, planetarum loca conuenientibus figuræ angulis inscribo.

Deinde quæro ex Ephemerid. quando luna perueniet in 10 19′ ♈; nam tunc temporis efficiet aspectum completè quadratum ad locum decubi-

tus, nempe ad 10 19′ ♒, hoc tempus euenire deprehendo die 19. Ianuarij hora 8. circ. Tum verò cœli dispositionem, seu statum & configurationem syderum, ex ijsdem Ephemeridib⁹ excerpo pro singulis phasibus criticis, vt videre est ex abaco subsequenti.

Abacus seu synopsis calculi figuræ Octogonalis.

Species dierum Criticorũ.	Lunæ motus.	Tẽpus cuiusque phasis Criticæ.	Status ☽ respectu loci decubitus, atque Zyzygiæ tùm Lunares, tùm Planetarum mutuæ. *Ianuarij* 1641.
Decubitus	gr. 1′	dies. h. ′	
Primus	10. 19. ♒	12. 8. 0 p.m.	☽app.☿ & ♄. ☌☽♂. □⊙♂. □♅☿
Indicat.	25. 19. ♓	16. 5. 43. manè	Octilis seu semiquadratus. [♂⊙♅& ☿.
1. *Critic.*	10. 19. ♉	19. 8. 0. p.m	Quadratus sinister. ♊♂☿ h. :. 11′.
2. *Indicat.*	25. 19. ♊	23. 2. 36. p.m.	Trioctilis sinister △♄. 10. 57′. indicans malam Crisim.
2. *Critic.*	10 1. ♌	27. 5. 50. manè	Oppositio.
3. *Indicat.*	25. 19. ♍	30. 3. 44 p.m. Februar.	Trioctilis dexter △♅. 4. h. 28′. denotans Crisim propitiam.
3. *Critic.*	10. 19 ♍	2. 9. 1. p.m.	Quadratus dexter △☿ hor.
4. *Indicat.*	25. 19. ♑	3. 12. 9. p.m.	Octilis.
4. *Critic.*	10. 19. ♒	8. 16. 17. p.m.	Locus proprius radicalis.

Historia huius obseruationis est de persona quadam, quæ tempore supra enarrato, post magnam itineris defatigationem repentè correpta fuit febre continuâ, cum tussi sicca & pleuritide: Hæc febris ad περιπλευμονικὰς accedebat, siquidem nox ante accessionem molesta extitit, ac tertio die simpliciter sine horroribus fuit, nec patienti minimam intermissionem attulit. Cum scilicet Luna 10. 19 ♒ signum infirmitatis permeabat, applicãs ☿ & ♄, in ✶ longo ♂. Quo tempore Mars Iouem & ☿, à Sole combustos, ac etiam ipsum ⊙ radio □ affligebat.

Die 16.

Die 16. eiusdem mensis Ianuarij morbus ingraueſcebat, quo quidem tempore Luna peruenit ad octilem seu semiquadratum aſpectum, vbi celebratur primus indicatiuus, in quo tempore nullus cum Luna erat aſpectus: Quare dubia vel infausta crisis erat expectanda.

Die 19. circa horam 8. prima crisis paruo sudore prodijt, circa quod tempus, tàm tussis quàm lateris dolor patientem reliquit; at eius pulsus 5. horis inordinatus permansit manente tritæophia. Vnde Galenus lib. 1. Epid. proprium est febrium τριταιοφυῶν, vt & malignorum exacerbari diebus Criticis. Quod etiam arguere videbatur ♂ radio □ ☿ feriens circa idem tempus. Adde quòd vterque tetragonus nimirum Lunæ ad locum decubitus ♉ ad ♒, & □ ♂ ad ☿, ♈ ad ♑ dissentiunt in qualitatibus tàm actiuis quàm passiuis, quæ malum eò peius arguunt. Dignum etiam consideratione est, quòd ♒ & ♉ sint infirmitatis signa.

Die 23. quando Luna trioctilem aſpectum, in 25. 19 ♊, obtinuit, ♄ radio △ Lunam affligens malam quoque crisim tremendã esse indicabat.

Die 27. hora 5. 50′ mane Luna ☌ loci decubitus occupante, vtpote 10. 19′ ♌, cùm nullus aderat cum Luna radius, neque bonus, neque malus. Vnde nulla salutis ægrotanti spes inerat, atteſtantibus ipsis Medicis. Et quidem tunc patiens sese deterius habebat; Attamen

Die 30. horâ 4. circiter cùm Luna versabatur in 25. 19′ ♍, ad trioctilem loci ☽ radicalis in tertio indicatiuo, ♃ benignè Lunam irradians aſpectu △ circa idem tempus crisim euenturam annunciauit propitiam.

Die 2. Februarij hora 9. circiter post Meridiem Lunâ 10. 19′ ♍ peragante, in quem incidit secundus dies Criticus, cùm scilicet Luna Trigono ☿ radio applicabat, quo quidem tempore, crisis propitia & salutaris se præbuit; Nam eo ipso die febris illa assidua patientem deserere incœpit, vnde posteà bene conualuit. Quod sanè miram rerum medicatum cum cælo harmoniam & consensum arguit. Verum enim vero, vt causa huius crisis àsyderibus orta magis eluceſcat, figuram cœlestem modo rationali constructam cum Astrologicis prognosibus adiungam.

Iudicium Astrologicum ex figurâ decubitus rationali.

Significatores huius figuræ præcipui sunt. Ascendens, eius Dominus ☽ in ♑ signo mobili, retrogradus, combustus in quinta domicilio ♄; domus sexta; eius Dominus ♄ in ♒ signo fixo, fortis & potens in domo sua; Luna in cuspide sextæ domus in ♒, ☉ in 5. domo à ☽ in ♈ signo igneo & domino 8, ad morbi initium radio □ pulsatur, vnde morbus indicatur cholericus ex humore bilioso genitus per 17. Aphorismum 6. huius tractatus. Porrò ♅ in signo mobili in quinta domo (quæ stomacho, epati, lateribus &c. præest) combustus ac radio □ à ♂ sauciatus pleurisim ægrotanti excitauit. Tùm verò ☿ à maleficis infortunatus redditur malcuolus, vnde tussim siccam ægroto attulit.

Deinde Luna in ♒ applicans Saturno, morbi principium arguit à lassitudine, aut itineris defatigatione, iuxta Hermetis aut Hippocratis doctrinam. *Iam verò pro morbi diuturnitate, aut breuitate coniectanda, hæc notentur.*

Sexta domus in signo fixo, morbi longitudinem pollicetur. per 1. Aph. cap. 8. huius tractatus.

Item Saturnus existens dominus sextæ, & in signo fixo longum præsagit morbum. per 2. Aphor. eiusdem cap.

Rursum Saturnus dominus sextæ domino Ascendentis fortior, morbi incrementum denotat. per 3. Aph. eiusdem cap.

Postremò, Luna domino sextæ applicans, incrementum morbi portendit. per 6. Aphor. eiusdem cap.

Cùm igitur ♂ in signo igneo luminare vtrumque affligat, Solem scilicet à radio □, Lunam à ✶ longo, qui quadrato æquiualet: hinc principales huius morbi auctores esse colligo ♄ & ♂, qui sanè simul febrim causonidem perlongam excitarunt; tùm verò ☿ tussim siccam, & tandem ♅ pleuritidem, quæ quidem vnà cum tussi citiùs quàm febris terminata fuit, eò quòd Mercurius & Iupiter in signo mobili constituantur.

Obseruatio secunda, per figuram Hexadecagonalem seu 16. latcrum iuxta Ptolomæi sententiam.

Huius figuræ constructio nihil à priore discrepabit, si quælibet circuli 8. pars bifariam diuidatur; & loco Lunæ vero (ad horam decubitus ægri, in ascendente constituto) gradus 22. 30′, adijciantur: totidem enim graduum anguli figuræ Hexadecagonalis inter se remouentur, vt habeatur locus in primo intercidente, cui quidem si addantur 22. 30′, prodibit locus in primo indicatiuo: Et rursus huic additis 22 30′, proueniet locus ☽ in secundo intercidente. Item additis ad hunc locum gradibus 22. 30′, nascetur locus ☽ in primo die Critico: & sic deinceps additione continua 22. 30′. Vt ex abaco & figurâ decubitus videre est.

Abacus ſeu ſynopſis calculi figuræ Hexadecagonalis.


	Species dierum Criticorũ.	Lunæ motus.	Tẽpus cuiuſque phaſis Criticæ.	Status ☽ reſpectu loci decubitus, atque Zyzygiæ tùm Lunares, tũ Planetarũ mutuæ. *Decemb.* 1641.
		gr. ′	dies. hor. ′	
	Decubitus	27 18. ♎	9. 9 8 o manè	☽ defl. à △ ♄. appl ☽ ☿☿ & ♃.
0	*Intercid.*	19. 48. ♏	10 8 40. p m.	Hexadecagonus. app. ☽ ad ☊♄ horâ 7.
1				44. & △♂ hor 18 2.
2	1. *Indicat.*	12. 18. ♓	12. 21 12. m.	Octilis, ſeu ſemiquadratus.
3	2. *Inter.*	4. 48. ♈	13. 10 23. p.m	Seſquioctilis. ☌♃ & ☿ horâ 4 28.
4	1. *Critic.*	27. 18. ♈	15. paulo poſt m	Quadratum. ✶☽♂. horâ 1 mala criſis.
5	3. *Interc.*	19. 48. ♒	17. 3. o. manè	Seſquibioctilis. ✶☉♄. horâ 3 8. manè.
6	2. *Indicat*	12. 18. ♌	18. 8. 2. p.m	Trioctilis. ☽ appl. ☿☿ & ♃. ſalutarem criſim arguens,
7	4. *Interc*	4 48. ♈		
8	2. *Critic.*	27. 18. ♈		
9	5. *Interc.*	19. 48. ♉		
10	3. *Indicat.*	12 18. ♊		
11	6. *Interc.*	4. 48. ♋		
12	3. *Critic.*	27. 18. ♋		
13	7. *Interc.*	19 48. ♌		
14	4. *Indicat.*	12. 18. ♍		
15	8. *Interc.*	4 48 ♎		
16	4. *Critic.*	27. 18 ♎		

Hiſtoria huius ſecundæ obſeruationis eſt de quodam Venerabili religioſo, qui anno 1640. die 9. Decembris hora 8. circiter, ad 9. accedens manè aſſiduâ febre cum horrore laborans decubuit; poſtridie horror patientem reliquit, manente tamen febre continua, quæ quidem Hemitritea, ſeu cauſonidis affinis eſſe videbatur, à bilioſo & ſubtili humore orta, ſiquidem ſecundo die, noua fuit acceſſio, & tertio die exacerbatio. ex Hippocr. ſententiâ.

Locus ☽ ad initium decubitus erat in 27. 18′ ♎ quo tempore ♄ Lunam radio △ pulſabat. app. ☽ ad ☿☿ & ♃ &c. Vt in abaco videre eſt.

Die 15. circa meridiem, hoc eſt, die 6, ab inuaſionis initio, criſis cum ſudore prodijt paulò poſt meridiem, at nullis vel validis remedijs aſſidua febris ceſſit, niſi poſt triduum, nempe die 18. circa horam 8, cum ☽ applicabat ☿☿ & ♃ ſalutarem & propitiam criſim arguens, quo tempore ventris eiectiones duæ penes ſeruerunt cum vrinâ perturbatâ, duabus circiter vicibus; & tandem poſtridie eius eiectionis ægrum febris deſeruit. Hoc ſanè circa idem tempus nimirum inter 18. & 19. diem, radij ſalutares ✶ ♃ ☿ & ☽ pollicebantur. Cauſa malæ criſis hoc Aphoriſmo innititur. Luna non afflicta in morbi principio, ſi in die critico à maleficijs affligitur, bona criſis haud eſt expectanda, ſed ſaltem ſanitatis retardatio. per 15. Aph. 5. cap.

Figura decubitus Hexadecagonalis.



Judicium Astrolog. figuræ cœlestis rationalis.

In hac figurâ Horoscopus est in ♑ signo mobili, à nullo malefico læsus, eius dominus est ♄ velox cursu, fortis & potens in suo domicilio.

Planetæ in Ascendente constituti sunt ☿, ☽ & ♃. Sexta domus in ♋ eius dominus ☽ in bono cœli loco in 9. domo posita, ✶ aspectu prospitio, Solem aspiciens. ☉ in 12. domo in ♓ à ♂ radio □, & ♄ aspectu ✶ afflictus. Iam verò cùm ☉ à ♂ ad initium □ radio infortunetur, morbus ideoque cholericus ex humore bilioso ortus arguebatur. per 17. Aphorif. cap. 6. Deinde

De morbi genere Aphor.

☽ fuerit in ♎ eamque aspexerit ♂ □ vel ☍ morbus erit ex sanguine, & febris erit vehemens, aderuntque vigiliæ & mentis turbatio. At si aspexerit eam malefícus morietur. ex 9. cap.

Signum sextæ domus breuitatem morbi denotabit. per 1. Aphorif. cap. 8.

De morbi breuitate, & mortis periculo.

Si Luna postquam excesserit à ☌ ☉ incipit in velocitate augeri, & appropinquat ad aspectum aliquem cum ♂ & præcipuè ♊, ☌ & ☍, eueniet quòd morbus sit periculosus & lethalis: At si pariter perueniat ipsa ad ♎ aut ☿ sanitatem recuperabit. Aphorif. 37. cap. 8.

Signa salutis.

♃ & ☿ in Ascendente Solem dominum 8. non respicientes, liberi à malefício, præsente ☿, qui hoc loco egregiè beneficorum naturam induit signum salutis annunciant. quæ omnia, cum præcedentibus indicijs conueniunt. Vnde patienti salus planè indicatur, circa tempus suprà enarratum.

Domus

Abacus figuræ cœlestis decubitus rationali modo constructæ.

		Domus 9. est in 2.34. ♎ In qua ☽ est in 27.18. ♎
Domus 11 est in 23. 4′ ♏	Domus 10, in 4. 0′ ♏ In qua ☊ in 19.40. ♏	
Domus 12, in 9.50′ ♐ In qua ☉ est in 17.51. ♐		Domus 8. est in 10 50 ♌
	1640. *Ad Merid. Lutetiæ Paris.*	
Domus 1. est in 1. 39. ♑ In qua sunt ☿ in 2. 5 ♑ ♀ 8. 23 ♑ ♇ 12. 57 ♑		Domus 7. est in 1. 39. ♋
Domus 2. est in 10. 5. ♒ In qua ♄ in 25.19 & ♂ in 24.31 ♓		Domus 6 est in 9 50. ♊
Domus 3. est in 2. 34. ♈	Dom° 4. est in 4. 0. ♉ In qua ☽ est in 19.40 ♉	Domus 5. est in 23. 4′ ♉

CAPVT V.

In quo præcepta quædam & Aphorismi generales ad morborum prognosim spectantes, exponuntur.

IN prognosibus ex figurâ cœlesti ad morbi principium erectâ, sciendum est morborum tàm vniuersalium quàm particularium significatores esse horoscopum, dominum horoscopi, domum sextam, dominum sextæ domus, planetam vel planetas in 6. domo constitutos, & denique luminaria & præcipuè Lunam, quorum quidem alij sunt principales, qui per se & secundum suam substantiam significant, vt ☽, ☉ & ascendens; alij verò minus principales, qui per accidens & ratione dominij significant, vt ♄ & ♂, vel alius planeta; sunt enim tantummodò significatorum principalium dispositores seu domini per accidens. In morbi naturâ, per se domus 6, vel planeta in eâ positus consideratur: per accidens, eius dispositor, vnà cum maleficis, qui corporis significatores quocumque modo afficere queunt.

Itaque diligẽter Lunæ motus eiusq; status in toto decubitus tẽpore, & præsertim in diebus criticis & indicatiuis est obseruandus; Vniuersaliter enim Luna transiens super ♃ & ♀ aut eorum radios mala & sæua remittit symptomata, & patientem aliquomodo subleuat; & contra, super ♄ & ♂ incedens, omnia exasperat, & accidentia reddit infausta. Particulariter autem in decubitu lethali Luna transeunte super ♃ & ♀, aut eorum radios præsertim salutares & propitios △ & ✶, vtique beneficorum vires percipientur, accidentia namque prius sæua mitigabuntur, tunc verò spes euadendi à morbo effulgebit.

Tum verò locus planetæ, & ipsius status, à quo Luna se separat, maximè obseruandus est; planeta enim statum ægri denotabit, & quid æget ipse

ante decubitum fecerit.

Deinobseruetur, cui planetæ Luna tum posteà proximè applicat, & in quo signo planeta versatur; & ipsius natura, an sit maleficus, aut beneficus, masculinus aut fœmininus, nocturnus vel diurnus, calidus vel frigidus. Atque etiam signi qualitas seu natura, hoc est, an calidum, vel frigidum, igneum, vel terrestre, humidum, vel siccum, fixum, mobile, vel commune &c. & postea cui membro corporis dominetur, & quibus morbis præsit.

Situs etiam obseruetur, an scilicet planeta significator sit in angulo, succedente, aut cadente, an prope cuspidem, an in do o in qua gaudium habet, & quarum rerum significationem præbeat illa domus, & cui corporis membro dominetur.

Item affectio planetarum, an scilicet significator sit directus, retrogradus, velox vel tardus, an combustus, sub radiis solis, aut radios solares exiens, an Orientalis vel Occidentalis, an significator fortunetur aut infortunetur, an sit fortis vel debilis potens in domo sua, exaltatione, triplicitate, termino, aut facie, scilicet termino bonorum vel malorum, & an liberè significator vires suas exercere queat vel non.

Postmodum videatur quomodo planetæ vel benefici, vel malefici se habeant cum significatoribus, scilicet cum luminaribus, Ascendente, eius domino, sexta domo, & octaua morti assignata, tum inter se configurétur.

Porrò discrimen Astrologi adferunt inter morbi significatores, & morbi autores; vocant enim significatores, quos iam supra recensuimus: Autores verò nuncupant maleficos duos ♄ & ♂, necnon eorum infœlices radios ad morborum significatores præfatos Possunt tamen malefici, eorumque radij tàm significatores, quàm morborum autores esse, cùm scilicet illis non modò lædendi vis insit, sed etiam in superiori significatorum numero ponantur Vt si alter eorum sit dominus horoscopi, vel sextæ domus & vtroque incommodo laboret, hoc est, sit imbecillis, & simul alium significatorem inficiat. Quinetiam, in figura decubitus Astrologi & Medici tenent ascendentem, seu primam domum, & Lunam cum ascendentis dispositore dominium obtinere præcipuum, in ægroti vitam, eiusque corpus ac humores & quandoque etiam solem.

Sextam verò, tanquam domum ægritudinum considerant; quia, vt inquit Pontanus, nullam cum horoscopo seu vitæ domo configurationem habet, vnde Græcis ἀσυνδέτου dicitur. Nonnulli septimam expendunt, vt ipse Pontanus & Cardanus. Vbi enim maleficæ in quouis illorum trium locorum, puta horoscopo, 7. & sexta domibus inuentæ fuerint, malignitatem suam faciliùs exercent; siquidem septima domus propter eius situm: nam ascendenti opponitur, & inde tenebræ erumpunt, vitæ quoque nati, cuius quidem horoscopus significator est, & corpori, cuius constituendi ius magna sibi ex parte idem vendicauit, hostilem aduersatur in modum. Sexta verò domus, quoniam aliqua ratione ab horoscopo disiuncta est, nihilque cum illo familiare, aut amicum habet, vitæ incolumitati, bonæque corporis valetudini insidiatur, & tanquam è latebris bellum parat. Quocirca iure optimo tria hæc loca sunt considerandæ, & qua

ratione configurentur, scilicet an stellæ ipsæ partiliter, an platicè loca ipsa percutiant: Nam aspectus partilis longè est platico validior & efficacior.

Octauam domum significationi mortis adscribunt. Decimam Medico attribuunt. Quartam, eiusque dispositorem nonnulli medicinas, astantes & ægroto seruientes indicare autumant. Hisce tandem expositis & præmissis ad Aphorismos generales accedemus.

1. Domus cœlestis momenti maioris est, & efficacior in operatione quàm ipsius signum, & pariter signum quàm planeta, & tandem planeta quàm stella fixa cum illis inuenta.

2. Si ascendens, luminaria, aut luna tantum, eorumque domini malè afficiantur, ratione domus, vel signi, malum ægroto portendit: si damnati sint à maleficis, erit mortis periculum; maximè verò si cum domino mortis cognationem habuerint, absque sufficienti beneficorum auxilio. Contrà, si benè afficiantur, atque à maleficis liberi sint, salubritas in morbo speranda erit. Planeta tamen signo præstare videtur, ob terræ proximitatem.

3 Beneficus in 6, vel 7 domo, morbum absque medicamentis curat; maleficus verò, morbum in aliud morbi genus traducit, & malum plerumque finem comminatur.

4. Beneficus in 10. domo Medicos salutares arguit, maleficus, ibidem inutiles.

5. Si beneficus 4 domum occupauerit, medicamenta nato proderunt; si maleficus, illa, quæ prodesse debebant, morbum ipsum augebunt.

6. Si Luna fuerit ♃ vel ♀ coniuncta, vel in eorum ✶ radio, aut △, & ♃ & ♀ in suis dignitatibus existunt, salubritas in morbo, ac bonum euentum decernitur. Fauent etiam eorumdem beneficorum radij □ aut ☍ cum Lunâ, minus tamen quàm ▽ aut ✶: siquidem benefici semper aliquo modo prodesse, nec nocere solent. Auxiliatur magis ♃ morbis frigidis, sicut ♀ cholericis.

7. Maleficus in horoscopo collocatus præsentiâ sua locum ipsum inficit, quinimmò septimum in locum ab aduersa fronte radios mittit.

8. Beneficæ stellæ locorum vitiorum contagione infectæ, humores etiam, quibus præsunt, inficiunt, valetudinesque ingenerant; maximè, si à maleficis quoque vexabuntur.

9. Mercurij & Lunæ ☌ vel noxia, vel salutaris est, prout ☿, naturæ versatilis beneficus, aut maleficus extiterit: Nam Occidentalis & radiis maleficis affectus, aut corpore absque sufficienti beneficorum auxilio maleuolus erit; Contrauerò propitius, si beneficorum naturam quouis modo induat.

10. Luna in die critico soli coniuncta semper malum arguit; sic aliquo modo in □, aut ☉ ☍. Radius ☽ trinus & sextilis cum ☽ sunt propitij in die critico.

11. Si Luna in die critico malefica per coniunctionem applicuerit, consideretur quis eorum validior extiterit, & de eius natura coniectandum.

12. Luna in die critico transiens super Martem, ♄ aut ☉; Si fuerint hi

planetæ domini octauæ, mortis periculum pollicentur.

13. Lunæ transitus est obseruandus, non solùm in diebus criticis & indicatiuis, sed etiam intercidentibus in toto decubitus tempore, ex quo transitu miranda Medicus experietur: Nam transeunte super beneficas stellas, vel beneficorum radios, æger subleuari sentietur, & symptomata erunt remissiora; sicut incedente Luna super maleficos omnia exasperantur.

14. Luna in die Critico, fortis in suis dignitatibus absque planetæ nec benefici, nec malefici aspectu, crisim propitiam indicat, nisi in morbi principio admodum à maleficis afflicta fuerit.

15. Luna non afflicta in morbi principio, si in die critico à maleficis infortunetur, bona crisis haud expectanda est, at saltem salutis retardatio. Si verò Luna cum beneficis extiterit, propitia & salubris crisis est speranda.

Vt autem facilius Astrophilo innoteſcat, quibus membris ipsi planetæ præsint, & cuiusmodi morbi decernantur, vnde posteà de morbi genere iudicium ferre queat, subiiciemus primùm certa & conuenientia membra atque etiam morbos, qui Planetis adscribuntur: Tùm verò, quibus humani corporis partibus, in vnoquoque signo Zodiaci planetæ præsint πινακικῶς, exponemus; & tandem quo modo ipsis signis ac domibus membra corporis humani iuxta signorum & domorum ordinem assignata, docebimus.

♄. Significator & auctor infirmitatum hæc membra significat, aurem dextram, splenem, vesicam, dentes, ossa; Et horum membrorum infirmitates sunt omnes morbi frigidi, qui oriuntur ex defluxu humorum, podagra, scabies, & melancholicæ infirmitates, lepra, cancer paralysis, tabes, icterus niger, quartana febris, iliaca passio, hydrops, tussis, pituitosi catharri ad pulmonem & pectoralia delabentes.

♃. Significat pulmonem, costas, cartilagines, epar, arterias, pulsum, semen, & horum membrorum affectiones peripneumoniam, apoplexiam, pleuritidẽ, cardiacam, anginam, conuulsionem & stuporem, inflammationem epatis, dolores capitis, passiones spinæ dorsi, ventositates in corpore, & morbos, qui ex flatibus & fœtore, & putrefactione oriuntur.

♂. Significat aurem sinistram, fel, renes, venas; pudenda, testes, & horum morbos, vt sunt vulnera, præsertim in facie, pestem, apostemata feruentia, acutas febres, ictericam flauam, erysipelas, carbunculos, fistulas, epilepsiam, dysenteriam, tertianam & quartanam febrem, & alias ægritudines siccas & frigidas.

☉. Significat cerebrum cor, visum, oculum dextrum viri, sinistrum mulieris Horum morbi sunt syncope, spasmus, palmus, cardiaca, opthalmia, oculorum fluxus, catharros, choleram rubram etiam habet.

♀. Significat matricem, renes, genitalia, mammillas, guttur, lumbos, epar, sperma, & affectiones horum membrorum, passiones matricis, suffocationes, inclinationem ad latera, diabeten, difficultatem agendi, gonorrhæam, stranguriam, epatis & stomachi imbecillitatem, scabiem Gallicam, lienteriam.

☿. Significat cerebrum, spiritus, imaginationes, memoriam, linguam,

manus

manus, digitos. Horum ſunt morbi, mania, priuatio ſenſus communis, lethargus, balbuties, & linguæ impedimentum, raucedo, tuſſis, morbus caducus, abundantia ſputi, &c.

☽ ſignificat cerebrum, oculum ſiniſtrum viri, & dextrum mulieris ventriculum, inteſtina, veſicam, guſtum. Horum ſunt morbi, epilepſia, paralyſis, colica, menſtrua, apoſtemata, phlegmatica, copulationes crudorum humorum, fluxus ventris, ſolutiones.

Tabula membrorum humani corporis, quæ Planetis in vno quoque ſigno ſubijciuntur.

	♄	♅	♂	☉	♀	☿	☽
♈	Pectus.	Venter.	caput.	fœmora.	pedes.	Crura.	Caput & genua.
♉	venter.	dorſum.	collum.	genua.	caput.	pedes.	collum & crura.
♊	pudenda & quę ſuc. cedunt.	pudenda & ſucce-dentia.	pectus & ſuccedentes partes.	crura & talos.	collum.	caput.	brachia, humeros & fœmora
♋	venter.	fœmora & genua	pectus.	pedes.	brachia & humeros.	guttur & oculos.	caput, pectus ſtomachum.
♌	pudenda & partes ſuccedẽt.	fœmora.	ventrem	caput.	cor.	humeros & guttur.	cor ſtomachum, collum.
♍	pedes.	genua & ſuccedẽt	ventrem.	collum.	ventrẽ & ſtomachũ	cor.	humeros, diaphrag.
♎	Genua & ſuccedẽt.	caput & oculi.	pudẽda & ſuccedẽt.	humeros.	caput.	ventrem.	cor, ilia, nares.
♏	tali & eorum ſuccedentia.	pedes.	caput brahia, fœmora.	cor.	pudẽda & partes ſuc cedentes.	dorſum.	ventrem & genitalia.
♐	pedes.	caput & crura.	pedes & manus.	ventrem.	fœmora & brachia	cor & pudenda.	dorſum & fœmora.
♑	caput & pedes.	oculi & genua.	crura & humores.	dorſum.	femora & cor.	pudẽda & partes ſuccedentes.	fœmora & genua.
♒	caput & collum.	humeri, pectus & pedes.	cor & talos.	pudenda & ſucce-dentia.	genus & partes ſuc cedentes.	fœmora & cor.	pudenda vbera.
♓	humeri brachia & collum	caput & collum.	ventrem.	pedes & partes ſuc cedentes.	collum, dorſum.		fœmora & pedes.

Quibus membris humani corporis singula Zodiaci signa præsint.

Signa Zodiaci, quibus membris dominantur.

♈ Capiti, facici, oculis, auribus, & morbis, qui in capite generantur, & choleræ præest.

♉ Collo, cervici, gutturi, melancholico humori præest.

♊ Habent humeros, brachia, scapulas, manus, mammillas, sanguini præsunt.

♋ Pulmonem habet, pectus, epar & costas, & dominatur salso phlegmati.

♌ Stomachum, ventriculum, cor, dorsum, latera, diaphragma, & cholericum habet humorem.

♍ Præest ventri & intestinis, & eorum ægritudines portendit: generat melancholiam.

♎ Lumbos, vmbilicum, renes, vesicam, fœmora, & inferiora ventris: sanguini præest.

♏ Inguina, pudenda, anum & vicinas partes obtinet, ac phlegmati dominatur.

♐ Coxis, natibus, fœmoribus, item choleræ præest.

♑ Poplites, genua habet, quanquam & oculorum impedimenta denotat, melancholicum excitat humorem.

♒ Crura, tibias & fibulas possidet, & habet sanguinem.

♓ Talo & pedibus dominantur, & phlegmati præsunt.

Quibus partibus corporis singulæ domus cœlestes præsint.

Domus cœlestes quibus partibus præsint.

Prima domus indicat caput, oculos, aures, faciem, polypum, oris sororem.

Secunda collum, guttur, glandulas.

Tertia humeros, brachia, manus.

Quarta pectus, pulmonem, œsophagum & splenem.

Quinta dorsum & scapulas, stomachum, epar, cor, neruos & latera.

Sexta inferiorem ventrem cum intestinis, ventriculum, epar & renes.

Septima fœmora cum ilijs, vesicam, matricem & membra genitalia.

Octaua spinam dorsi, inguina & anum.

Nona coxarum partem inferiorem.

Decima genua & poplites.

Vndecima crura & tibias.

Duodecima pedes.

Atque hi sunt morbi, quos Astrologi passim cuilibet Planetæ adscribunt; neque tamen hæc ita accipere debemus, quasi morbos omnes afferat nobis morborum significatio, sed ex alijs circumstantijs judicanda sunt, vt ex naturâ signorum, situ Planetarum, & locorum cæli configuratione ad luminaria. Verbi gratia, ♄ significator vel auctor morborum, multos qui-

dem morbos significat in genere, sed in signo aqueo, & à ☉ combustus in sexta, lepram tantùm portendit.

Ita etiam de signis cælestibus intelligendum est: Nam ♈ capitis omnes morbos denotat, si tamen infeliciter à Planeta feriatur; maculæ in facie vel dentium dolores aut aliæ capitis ægritudines nato promittuntur.

Si Leo male excipiatur; præcordiorum dolores, aut stomachi cruditatem decernunt.

Si Virgo; intestinorum, & ventris ægritudines. Si Scorpio, hæmorrhoidum dolores, aut vrinæ vitia denotat, vt infra patebit.

CAPVT VI.

In quo natura & morbi genus ex figurâ cælesti ad initium decubitus erecta indagatur.

NAtura & morbi qualitas eruenda est ex 4 potissimum circumstantijs, iuxta Ptol. doctrinam. Primò quidem ex Orientis seu primæ domus vel septimæ, sextæ, vel 12 naturâ, quarum domorum hæ morbos, illæ vitia seu læsiones plerumque indicant. Secundò ex naturâ duplici locorum in Zodiaco, nempe à syderum imaginibus, quas μορφώματα vocant, & à decatemorijs, quæ ab intersectione vernali numerantur. Tertiò ex natura ipsorum vel maleficorum vel affectorũ syderum. & denique ex naturâ stellarum illis configuratarum; quæ omnia ex Aphorismis sequentibus illustrabuntur.

1 Si *Saturnus* fuerit morbi significator longas producit ægritudines; at verò cũ beneficis existens de malo minuetur, si cũ malis, malũ augebitur.

2 Si ♄ fuerit in ♌, ♏ cum ♂, vel ☊, aut ♀ combustâ, vel cum stellis violentis, vt est cor ♏, febres erunt pernicioſæ ac pestilentes.

3 ♄ fuerit in signis igneis, vt ♈, ♌ & ♐, quæ calida & sicca sunt, hecticas febres arguit.

4 Si ♄ in signis aqueis ♋, ♏, ♓ extiterit, ægritudinem ex materiâ frigidâ & humidâ generat, maximè verò, si Planeta humidus, vt ☽ & ♃ testimonium præbuerint: tunc verò morbi materia erit grossa, & vitiosa cum paroxismis longis, fluxionibus, frigiditate, horripilatione, vel tremore.

5 ♄ in signis fixis, ♉, ♌, ♒ febras longas, subintrantes, quartanas, morbos articulares, lepram, chyragram, podagram adducit.

6 ♄ in signis mobilibus ♈, ♎, ♑, ♋ humorum fluxiones toto corpore, putà hydropem.

7 ♄ in signis communibus ♊, ♍, ♐, ♓ ægritudines compositas, & morborum transmutationem eosque longiores.

8 Si ♃ afflictus extiterit, morbos ex mala hepatis affectione aut ex sanguinis superfluitate, & inflãmatione, aliisq; causis naturæ ♃ congruẽtibus.

9 ♃ in signis igneis febres sanguineas absque putredine producit.

10 ♂ cum ☉ coniunctus, febres synochas, seu sanguineas etiam cum putredine generat.

11 ♂ in signis igneis affligens luminaria, ascendens, vel dominum ascendentis, febres ardentes, & pestiferas portendit, cui si admisceatur Saturnus melancholicas excitabit.

11 ♂ in signis communibus ♊, ♍, ♓, ♐ morbus erit varius, & recidiuum patietur, in quo si Saturnus cum bonis extiterit, in illo recidiuo sanabitur, si cum malis, in illo morietur.

Alij hanc regulam ita proponunt, si ♃ in signis communibus versabitur plures erunt ægritudines, & acutæ cum recidiua, cuius accidentia erunt repentini motus, & crises veloces in bonum vel malum pro naturâ aliorum significatorum.

13 ♂ sub ☽ in 6 domo vel in 12 in signis igneis, febres æstuosas ac incendentes & pernicioſas adducit.

14 Si ♂ febris causa extiterit, & in ♌ versabitur, humorum ebulitionem & causonidem excitabit, cuius minera erit in venis magnis prope cor.

15 ♂ morbi significator, breues morbos, sed acutos significat,

16 Si Sol ad initium decubitus à Saturno vel ☌, □, vel antiscio affligatur, ægritudinem decumbenti Saturninam ex humoribus melancholicis ortam excitabit.

17 ☉ à ♂ ad initium morbi quouis modo infortunatus, ægritudo erit cholerica ex humore bilioso orta.

18 Si ♀ malè affecta fuerit, morbi erunt ex intemperantiâ orti, vel nimia crapulâ, vel ex malâ ventriculi affectione, vel circa pudenda, aut alia causa veneri cognata.

19 ♀ in signis igneis febres ephemeras ingerit; sed Mars Veneri commixtus, putridas febres ex pituita procreat.

20 Si ♀ infortunatus extiterit, affectionibus cerebri laborabit æger, nempe aut animi inquietudine, vel phrænesi, vel etiam epilepsiâ, tussi & similibus ♀ adscriptis.

21 Si dominus nonæ fuerit in sexta, fit morbus à venefico, vel magicis incantationibus, aut ratione quadam occultâ.

22 ☽ in ♈ in 8 domo calidâ infirmitate in capite & in pectore producit.

Qualitas & tempus ægritudinis, atque tempora accidentium, quæ homini contingere valent, certius ex directionibus, perfectionibus & reuolutionibus (si thema natiuitatis per accidentia correctum habeatur) præuidentur; cum sæpe ex figurâ decubitus nullam causam inueniamus. Vnde patet, quòd morbus ex aliqua directione validâ aphætarum ad Planetas hostiles, aut sæuis profectionibus, vel infausta reuolutione obortus fuerit: siquidem rarò contingunt ægritudines absque infausta directione luminarium, vel horoscopi ad maleficorum corpora, aut eorum radios. At verò cùm pluribus suæ natiuitatis hora lateat, vnde figura geneseos etigitur; Idcircò facilius & quidem omni tempore ex figura decubitus ad morbi principium erectâ prognosin & coniecturam tum de morbi qualitate seu naturâ, tum de breuitate, ac eius longitudine hisce subsequentibus Aphorismis consequemur.

CAPVT VII.

CAPVT VII.

De corporis parte, in qua morbus erit, atque an morbus ſit in animo, vel corpore.

VT nobis innoteſcat in qua corporis parte; nimirum an in dextrâ, vel ſiniſtrâ &c. & quo in membro morbus erit, obſeruetur ſignum, quod planeta dominus ſextæ poſſidet, & præſertim ſi planeta prædictus infortunium in illo ſigno patietur, vt ſi fuerit in ♈, arguit caput laborare; ſi in ♉ collum, & ſic de cæteris iuxta dominium ſignorum, quæ membris humani corporis præſunt. De quo ſuprà cap. 5.

Deinde conſideretur domus in qua verſatur maleficus morbi auctor, (ſi quidem morborum ſeu infirmitatum effectrices ſunt maleficorum corpora, & eorum hoſtiles radij) ſi enim extiterit in aſcendente capiti infirmitas imminet; ſi in ſecunda, collo, & ſic de alijs. Equidem ſigna & planetæ ſinguli has corporis partes per ſe ſignant, verùm ipſi planetæ ſignificationes mutant, prout in alijs Zodiaci ſignis verſantur, vt ☿ per ſe ſignificat matricem, venas, hepar, pudenda, ſignificat. At in ♏ tantùm pudenda ſignificat. Vt in tabula cap. 5. videre eſt.

1 ♄ Dominus ſextæ in ♉ in domo 10. morbo afficiet vniuerſum corpus, cum tibijs, ſed præcipuè in ſiniſtro latere.

2 ♄ Dominus 6. in vltimo gradu ♊ aut in primo gradu ♋ in 12. faciet dolorem in læuo latere, eritque quaſi punctura quædam. Si in ♌ in 9 domo, in ſtomacho.

3 ♄ Dominus 6. in ♎ in domo 2. faciet morbum in corde, ſanguine & dorſo. Si in ♑ in 12. domo in capite. Si in ♐ in 3 domo, & ſi Orientalis, & motu lentus, erit in lumbis & renibus, vt eſt calculus, aut ſanguinis exitus per vrinam.

4 Si ♄ dominus ſextæ in domo 5. in ♒ non corruptus, nec infortunatus, dolor eſt in inferiori corporis parte, vt in cruribus, tibijs, aut pedibus, in dextro latere, & pede dextro.

5 ♂ Dominus 6. in ♏ Retrogr. in domo 5. faciet morbum generaliter in omnibus corporis partibus cum interno dolore. Si in eodem ♏ Retrog. in aſcendente Orientalis efficit dolorem in externo corporis; idque vniuerſaliter ex puſtulis & vlceribus doloroſis. Si in 6. extiterit in ♏ faciet illud idem. At ſi ipſe dominus 6. ſit in ♎ in ✶ ☿ erit dolor in dorſo, renibus & humeris, tam ex vnâ quàm exaltera parte. Si in ♑ in 4. domo erit dolor per totum corpus, ſed præcipuè in ſiniſtra tibia & latere.

6 Luna in angulo terræ, ſeu imo Cœli verſante in ☌ cum ♂ aut ♄ aut ab ijs infortunata dolor ſentietur in pulmonibus cum difficultate reſpirandi.

7 Si ☿ ſit domina ſextæ & infortunata à ♂, in ♈, ☌ aut ☍ idem accidet.

8 ☿ Domina 6. in ♊ in domo 6. in ✶ ♂ facit dolorem circa dorſum & humeros atque lumbos. Si in ♊ combuſta in 10. in △ ♂ morbus eſt in læuo latere, circa ſplenem & in maiori corporis parte, vt in ſtomacho, bra-

chijs, capite & lumbis. Si domina 6. & in ♑ in domo 10, morbus est in sinistro latere & genu.

9 Si dominus 6. sit infortunatus, aut corruptus supra terram, hoc est, in horizonte nostro, aut signum aliquod sit in terra corruptum, erit morbus in latere dextro corporis, & in parte superiori eiusdem.

10 Si dominus 6. sit sub terra, hoc est, extra horizontem nostrum, aut corruptus in signo diurno, morbus erit in superiori & anteriori parte corporis, vt in fronte, aut stomacho &c. si fuerit in signo nocturno, malum erit in posteriori corporis parte.

11 Si dominus 6. sit corruptus ac infortunatus supra terram, tunc erit dolor in superiori parte corporis in dextro latere circa humeros, aut spatulas: si sub terra, erit malum in parte sinistra corporis.

12 Si dominus 6. sit in ♌ in ♎ domo erit malum in superiori corporis parte in dextro latere circa humeros siue spatulas.

13 Si aliquis planeta masculinus vt ♄, ♃, aut ♂ in domo masculina & signo masculino Occidentalis, corruptusque per aspectum sui inimici, tunc vnus æquiualet alteri in effectu, erit morbus tàm in vna quàm in alia parte.

14 Si signum causæ morbi, quod est dominus 12. domus aut 6. secundum tempus & statum ☾ sit masculino planeta, & in masculino signo & domo, tunc morbus est in dextro latere. Si verò sint duo masculini & vnus fœmininus, est in latere sinistro & contra.

15 Si significator causæ morbi sit in signo fœminino, & fœminino planeta & domo, est morbus in læuo latere. At si sint duo fœminini & vn° masculinus est in dextro latere, & è contrà. Vt ♀ domina 6 in ♏ in 12 morbus est in matrice, & renibus versus sinistrum. Nam locus significatoris affecti partem affectam indicat. In genere verò sciendum est, quòd pars dextra afficiatur, si corporis significator sit supra terram: sinistra verò si sub terrâ.

An morbus sit in animo vel corpore.

16 Antequam huius quæstionis resolutionem aggrediamur, notandum est horoscopum, ☽, & dominum domus ☉ spiritum hominis arguere: atque dominum ascendentis & dominum domus ☽ membra tum externa, tùm interna denotare.

17 Si Ascendens, Sol & Luna damnati fuerint, ægritudo erit in toto corpore: si verò horũ dispositores vel omnes, vel duo saltem afflicti fuerint, erit ægritudo in spiritibus cum mentis alienatione. Huius rei ratio est, quòd Ascendentis & Lunæ dispositores propriè sunt significatores animę ipsius nati & infirmitatum, quæ eidem accidere possunt, vt alienatio mentis & rationis, mania, melancholia, phreneſis, & id genus alia.

18 Si horoscopus, ☽ & dominus domus ☉ sint omnes vel eorum duo impediti, tunc morbus erit in animo, seu spiritu.

19 Si horoscopus & Luna sint ambo impediti, & eorum signorum dominus liber, erit morbus in animo, non autem in corpore.

20 Teneatur pro regula generali, quòd ♄ naturaliter melancholiam arguit, & vexationem à melancholiâ & per consequens animi perturbationem. Quare vbicumque inuenitur Saturnus dominus ho-

roscopi, aut horæ, aut 12 domus, aut sextæ secundum tempus, aut si ☽ separetur à , aut si Saturnus fuerit in 6 domo, aut in ascendente, aut ☌ ☍ □ cum domino Ascendentis, afficietur æger dolore animi, seu vexatione & curâ, qua valde animo perturbabitur. Iupiter non facit animi, sed corporis vexationem.

21 Si dominus domus ☽ & dominus horoscopi, sint cum ☉ infortunati, combusti aut sub radijs, morbus erit in corpore.

22 Si dominus domus ☽, dominus ascendentis & dominus domus ☉ sint corrupti, tunc morbus erit in animo & in corpore simul

23 Si dominus domus domini Ascendentis, & dominus domus ☽ sint infortunati, in casu, aut corrupti, magis dominatur morbus in animo quàm in corpore.

24 Si planeta Ascendens, atque dominus domus ☽ sint oppressi in domo 12 per ✶ ♂, tunc morbus est cum in animo tum in corpore.

25 Si horoscopus & locus ☽ & eorum domini sint omnes impediti & infortunati, tunc morbus erit cum in corpore tum in animo.

26 Si planeta infortunatus aspiciat horoscopum & non Lunam, & dominus domus Solis sit infortunatus, tunc morbus inest animo non autem corpori.

27 Si gradus ascendentis & loci Lunæ magis affligantur quàm eorum domini, magis regnat morbus in animo quàm corpore.

28 Si dominus domus ☽ & dominus horoscopi magis affligantur quàm horoscopus aut loci Lunæ gradus; magis regnat morbus in corpore quàm animo.

29 Si dominus ascendentis & Sol fuerint in suis exaltationibus, & dominus loci ☽ sit in detrimento & casu, corpori morbus inest, non autem animo.

30 Si dominus loci Lunæ, & dominus domus ☉ exiterint in suis detrimentis, casibus aut peregrini, retrogr. vel combusti sint, & gradus horoscopi in □ ☽, liberi à maleficis ♄ & ♂, tunc afficietur æger animi cruciatu.

31 Si ☉ dominus Ascendentis aut horæ aut domus 12, tunc oritur animi vexatio à superbiâ, philautiâ, vanagloriâ & vini crapulâ.

32 ♀ arguit luxuriam & coeundi appetitum, vnde tàm animum quàm corpus perturbat.

33 ☿ significat animum & sensus atque etiam imaginationes, excitatque ipsarum perturbationem cum timore. Quapropter vbicumque ☿ inuenitur esse ascendentis vel dominus horæ vel 12, aut 6, secundum tempus, ☽ in horoscopo, aut si sit in aliquo aspectu cum ☽, aut ipsa à ☿ separetur, aut si ☿ sit in ☌, ☍, □ ad horoscopum morbus prouenit à vexatione, & nimio animi cruciatu & cholerâ.

CAPVT VIII.

An futurus sit morbus breuis, an longus, aut lethalis.

IVdicatur de morbi facilitate, vel difficultate ex figurâ decubitus, hoc est, an natura facilè vel difficile, citò vel tardius expelli possit, prout

corporis significata magis aut minus afficitur, & cũ alijs planetis aut stellis fixis configuratur. Vbi potissimũ anni temporis habenda est ratio; nam hyberno tempore morbi longi, æstate breuiores, verno tempore salubres, Autumno pernicioſi, & lethales excitantur. At sciendum est quòd morbi frigidi & sicci, quos Saturnus ingerit, longiores & diuturni sunt, & in genere à sole gubernantur : Calidi verò & sicci, qui à ☉ & ♂ generantur, & à Luna reguntur, breues fiunt. Solet autem Saturnus in specie morbos Chronicos seu diuturnos adducere: ♃ & ☉ breues; ♂ breuissimos, ☿ mediocris, ♀ varios & instabiles; Luna tandem sæpè reuertentes vt vertigines, comitiales, podagras &c. In hoc capite 100. continentur Aphorismi, ex authoribus peritissimis à nobis collecti, quæ in 3 membra, nimirum in signa diuturnæ aut breuis ægritudinis, signa vitæ & salutis, & signa mortis distinximus.

Signa diuturnæ aut breuis ægritudinis.

1 Si sexta domus signum habuerit fixum, ægritudinis longitudinem arguet, si mobile breuitatem, si commune mediocritatem seu mutationem morbi, vel recidiuam Si vero vltimus signi gradus fuerit in sexta, denotat morbum ad suum finem accedere, & in melius aut deterius fore commutaturum. signum fixum indicat humores, qui sunt morbi causa, duriores & firmiores esse, & per consequens difficilioris expulsionis seu digestionis.

2 Si ♄ fuerit dominus sextæ longum præsagit morbum, si ♈, ♂ aut ☉ mediocrem, si ☿ aut ♀ aut ☽ breuem.

3 Si dominus sextæ domino ascendentis fortior sit, argumentum erit, quod morbus sit validior quam quem natura superare queat, arguitque morbi incrementum. At si dominus sextæ sit ascendentis domino debilior, indicium est, quod natura morbum superabit & in fine causam ipsius expellet.

4 Si dominus sextæ sit maleficus in sexta, malum est omen, at si bonus citò curabitur.

5 Si signum mobile fuerit in domo sexta, morbus non durabit, at si signum commune illam occupet domum indicat morbum haud in vno statu permanere, sed quandoque per vices transiturum, & quandoque venturum.

6 Si ☽ domino applicet, morbus augebitur, at si ipsa sit ascendentis domina, & in domo sexta applicans ad ☿ in ♌, patiens est in causa sui morbi, partim ratione prauæ diætæ, & partim societate alicuius fœminæ.

7 Si dominus sextæ applicet ad dominum ascendentis in □ vel ☍, arguit morbum in dies increscere, & nondum ad suum statum peruenisse.

8 Dominus sextæ in 8 aut 12 malum est signum.

7 Si malus Planeta fuerit in domo 6. transibit ab vna in aliam infimitatem.

10 Dominus sextæ retrogradus, vel combustus, aut in 8, in □, ☌, vel ☍, cum ♄ vel ♂ arguit malum, vel mortem.

11 Dominus sextæ in 8, & dominus octauæ in 6, & si adsit aspectus ✶ inter vtrumque patiens citò sanabitur.

12 Si

12 Si fuerit ☌, ✶, aut △ inter dominum sextæ & Iouem in 9, & Luna transeat à domino sextæ ad ☍ in 9 domo, tunc medicina facit in principio patientem ægrotare in sua operatione, & sentietur in extremis partibus, sed postea magnam percipis alleuationem.

13 Saturnus aut ♂, vel alius Planeta infortunatus in sexta periculum in ægritudine minatur, si verò beneficus & bene affectus in 6, qui non sit morbi causa, morbi denotat alleuationem.

14 Si dominus 12 fuerit in 6 vexationem à dæmonio seu malo spiritu denotat.

15 Dominus ascendentis in sexta, & dominus sextæ in ascendente morbus erit chronicus & prolongatus donec aliquid eorum decesserit à signo, in quo versatur. Quod si aderit maleficorum aspectus mortem minatur.

16 Dominus sextæ afflictus à domino ascendentis per □, vel ☍, in gradibus azemenis, in angulis morbum annunciat incurabilem cum dolore perpetuo.

17 Si dominus 6 sit in ascendente, durabit morbus, sed non semper dolebit, at si fuerit in domo cadente, tunc nec durabit morbus, nec semper dolebit, & citò euadet.

18 Si dominus 6 sit maleficus, vel afflictus, vel mali planetæ in 6, malum præbetur omen, si verò illic benevoli planetæ fuerint, citò sanabitur.

19 Si malus planeta fuerit in 6 domo, transit morbus ab vno in alium, similiter dominus 6, in 6, 8, vel 12 domo malum importabit.

20 Si dominus ascendentis & Lunæ sint liberi, à ☌, □, aut ☍ ♄ vel ♂ aut alicuius planetæ infortunati, sed directus, non combustus, nec peregrinus, nec in detrimento, aut casu, nec in domo 6 aut 8, nec respiciat dominum 6, 8, aut 12 domus, bonum importabit omen.

21 Dominus ascendentis in 4 domo vel 8, sanitatem prædicit; at si in 4 sit infortunatus cum difficultate sanabitur.

22 Si dominus ascendentis sit afflictus in seipso, & in domo, retrogadus, peregrinus, combustus, aut in detrimento, vel casu, aut obsessus à maleficis, potest tamen curari. At cum semel curabitur, aut incidet tùm postea in recidiuam & morietur, aut in alium morbum periculosum.

23 Dominus ascendentis infortunatus à Domino 6 domus vel 12, & ipse vel Lunam aspiciat, infortunium minatur. Et maximè Saturnus in dignitatibus suis tardus, diminutus & retrogradus, diu ægrotabit patiens: è contra, si velox & cito exeat signum illud, in quo versatur.

24 Si dominus ascendentis sit in angulo & extra alicuius malefici planetæ configurationem, atque in loco laudabili, neque sub solis radijs, neque retrogradus, nullum patienti periculum inest.

25 Si dominus ascendentis sit velox & celer in suo cursu, atque in aliud signum intret, vel de domo sua in aliam; ita tamen, vt non ingrediatur dominus 6 vel 12 breui tempore finietur morbus.

26 Si significator non tam male afficiatur, nec grauiter ab infortunatis, aut planetis contrariæ fortitudinis opponatur; sed est potius cursu velox, & cum fortunatis coniunctus, siue configuratus, arguet naturam infirmi es-

sa satis robustam, & consequenter morbum diu contra eam durare non posse denotabit.

27 Si significator ægrotantis affligatur ab infortunio arguit ægroti infortunium, quod eo maius erit, quo significator vitæ debilior fuerit.

28 Si significatores morbi sint in signis fixis de natura & conditione eorum, morbus non facile curabitur, sed diu perdurabit.

29 Si significator sit planeta infortunatus applicans ad dominum ascendentis coniunctione aut aspectu, sanitatis tarditatem indicat.

30 Si Luna sit cum domino ascendentis & tarda cursu, sanitatis tarditatem arguet, si velox, breuitatem.

31 Si Luna decrescit lumine & motu, & perueniat ad ☌ □ aut ☍ ♄, nisi morbus sit in decremento, & patientem relinquat. Vt primum ☽ transit à ♄ erit morbus lethalis.

32 Luna coniuncta cum planeta Orientali directo & velocis motus, breuem indicat ægritudinem, at Occidentali tardo & retrogrado, longam.

33 Horoscopante signo ♏ infirmus erit causa sui morbi: Nam in 6 erit ♈, & Mars vtrique loco dominatur. Quod si Mars in ascendente versatur morbus in deterius verget.

34 Si ambo luminaria in cadentibus ab angulis, & eorum dispositores, atque dominus ascendentis à maleficis afflicti fuerint, periculosam ægritudinem arguunt: At si beneficorum auxilium aderit, morbus prolongabitur, & ex acuto chronicus fiet, & præter spem seruabitur ægrotus, si beneficæ præualebunt.

35 Si ♂ sit dominus ascendentis, & in 6 domo in ☌, ✶, vel △ ♀, aut in □ aut ☍, non erit malum. Si dominus 6, sit retrogradus, combustus, aut in detrimento, aut casu & in 8 domo in ☌ aut ☍ ♄ aut ♂, arguit morbum duraturum vsque ad mortem, idque eo magis si Luna applicet ad dominum 8 vel ad planetam maleuolum.

36 Si Luna aut ascendentis dominus, cum planeta benefico retrocedente, per coniunctionem aut aspectum sociabitur, salutem quidem adducit, sed morbi longitudinem.

37 Si Luna postquam recesserit à ☍ incipit in velocitate augeri, & appropinquat ad aspectum aliquem cum ♂, & præcipuè □ ☍ & ☍, eueniet quod morbus sit periculosus & lethalis: sed si pariter perueniat ipsa ad ♃ aut ♀, sanitatem recuperabit.

38 Si Luna veniat ad bonum planetam, morbus subito relinquit infirmum.

39 ☽ in ☌ □ aut ☍ cum ♄, vel applicans est malum signum. Similiter Luna impedita præsagit malum.

40 Si ☽ fuerit in ascendente in ☌, □ aut ☍ ad ♄ vel ♂, aut aliquem planetam malignum infortunatum in figura decubitus, erit in malum, nisi dominetur ægro in natiuitate sua, aut quod Luna ab illo recipiatur.

41 Luna existente in loco malo & signo fixo prolongabitur morbus: in signo mobili, cito sanabitur; in communi, tempore mediocri permanebit morbus.

42 Si fuerit translatio luminis à domo ☽ ad ascendentē malum importat.

Signa vitæ.

43 ♃, ♀, ☉ aut ☽ in ascendente non respicientes dominum 8 aut 6 domus, & liberi à malefico, & in bonis signis, salutis signum annunciant.

44 Coniunctio ☽ cum ♃, prospera est, maximè si contigerit in ♋, vbi vterq; planeta dominium obtinet, minus tamen bona est in ♑, in quo vterque cadit à dignitate suâ.

45 ☽ applicans domino ascendentis existens libera à domino sextæ vel 8 salutem significat.

46 ☽ in angulo benè affecta vel in succedente in suo incremento luminis & motus, & libera à ♄ & ♂ salutem indicat.

47 Luna in laudabili loco sita, vt in ascendente, 10, 5, 11, 9, 2 vel 3 coniuncta domino Ascendentis, vel in △, aut ✶, aut antiscio, etiam si fuerit maleficus, dummodò non sit læsus ab alio malefico, & tam Luna, quam maleficus sint cursu aucti, & lumine, salutem pollicentur.

48 ☽ ad initium morbi sine aspectu, si in die critico bonum sydus aspexerit, bonum erit; similiter ☽ ad □ vel ☍ perueniens sine aspectu, si fuerit in domo sua, vel exaltatione, bonum erit indicium.

49 Luna in suo domicilio, aut Iouis, aut ♀ cum eorundem aspectu absque maleficorum radio, morbus ad salutem tendit.

50 Cum in morbi principio Luna & Sol horoscopi dominus, infortunijs, mortisque domino fuerint liberi, nulla aderit mortis sequentis suspicio.

51 Si benefici maleficis potentiores extiterint, & configurati cum Ascendente vel Lunâ sanitatem æger consequetur.

52 Etsi Luna cum Saturno vel ♂ fuerit, si benè Iouem aut ♀ aspiciat liberabitur æger.

53 Si Luna à debili malefico separetur, & potenti benefico applicet, sanitas ægroto restituetur.

54 ♄ Orientalis à ☉, si morbus fuerit à frigore, conualescet tandem infirmus; pariter Saturnus Occidētalis à ☉, si morbus sit à calido cōualescet.

55 ♂ post Solis oppositionem non est adeò formidandus, vt erit, cum ante ☍ foret. Coniunctio ♂ cum Luna perniciosa est, minus verò radij ☍ & □, vt etiam Martis intuentia: magisque nocet Lunâ crescente, quàm lumine diminutâ; sicuti magis ♂ Orientalis, quàm Occidentalis.

56 Dominus ascendentis receptus à domino 8, & vterque à malcuolis liberatus, post sanitatem desperatam æger conualescet.

57 Dominus horoscopi in receptione domicilij cum domino 8, auxilijantibus beneficis euasionem è morbo denotat.

58 Si dominus ascendentis fuerit beneficus, & laudabili loco constitutus, absque maleficorum radijs maximè ad sanitatem conducit. Similiter haud parui momenti res est angulos cœli perpendere horâ decubitus, si enim dum morbus incipit, benecuoli adsint horoscopo planetæ, aut medio cœli, Luna tandem in □ vel ☍ cum maleficis, non erit inde auxilium leue ad salutem consequendam.

Signa mortis.

59 Dominus ascendentis in 6, & vicissim dominus 6 in ascendente ad

initium morbi aliqua ex parte afflicti chronicam ægritudinem aut mortis periculum pollicentur.

60 Dominus Ascendentis in 8 domo afflictus à maleuolo, absque radijs beneficis, & Luna etiam infectata mortis periculum annunciant. Idque ex inordinato patientis regimine, vel errore alio prouenit.

61 Dominus ascendentis, vel ☽ infortunatus, mortis periculum, aut ægritudinem chronicam denunciat.

62 Dominus ascendentis in ascendente combustus mortem præsagit.

63 Dominus ascendentis & dominus 8 infortunati mortem annunciant.

64 Dominus ascendentis in 4, 6, vel 7, à maleficis afflictus, & dominus 8 in medio cœli mortem portendunt.

65 Si dominus ascendentis retrogradus à sydere mortis domino separetur, interitum denotat, nisi propter retrocessionem à ☉ combustus fuerit.

66 Planeta in ascendente præpollens, si sit dominus 8, & horæ, mortem portendit: maximè verò si fuerit aliunde afflictus, & morietur quando peruenerit ad 8 domum. Idem de planeta dominium in 6 domo sibi vendicante censeatur.

67 Dominus 8 in □, ☌ vel ☍ cum ☽ malum & mortem indicat, nisi receptio fuerit inter eos, præsertim si retrogradus & infortunatus extiterit.

68 Dominus 8 in angulo (præsertim in Occidente) & Luna & dominus ascendentis in cadentibus, vel à maleficis infestati, signum mortis arguunt; magis verò si octauam maleuolus disponat, hoc est, si in 8 fuerit vel illic dominetur.

69 ☽ in ☌ cum ♄ & ♆ parumper ægroto proderit, & vix è morbo euadet, nisi Saturnus fuerit retrogradus, & ♆ directus.

70 Cum dominus horoscopi domino mortis associatus fuerit, aut planetæ in eadem domo existenti; vel eos hostiliter aspexerit radio □ aut ☍, aut in eorum antiscio fuerit absque Iouis aut ☿ auxilio, mortis periculum indicat. & eò magis, si Luna modo aliquo à maleficis inficiatur. Quòd si receptio fiat inter ascendentis & domus 8 dominum corpore, vel aspectu, mortem quidem æger euitabit, sed non grauem & longum morbum. Meliùs tamen est, si dominus octauæ dominum horoscopi, quàm si dominus horoscopi dominum octauæ excipiat.

71 ☽ cum ♄ & ☽ sine aspectu ad ♆ vel ☿ malum est, & quo tardior erit Saturni motus vt cùm retrocedit, eò peius.

72 Dominus ascendentis in 7, vel deiectus sub terrâ, præcipuè in 4, aut 6, domo, vel etiam in alijs domibus cadentibus à maleficis oppressus, & dominus 8 in Medio cœli, aut in Occidente, mortis præsagium decernit.

73 Maleficus prope cuspidem horoscopi, vel stella violenta intra tres gradus, vt Antarex, Lans, Australis, Pallilitium, caput Medusæ, mortis præbent indicium. Malum etiam important ♄ & ♂ in 7 constituti

74 ☽ Sine aspectu in morbi principio, & die critico aliquam stellam malo aspectu intuens, si stella sit mala, malum ægroto significat.

75 Dominus ascendentis in ♌ vel ♒ à domino sextæ, vel 12, per coniunctionem impeditus mortis periculum minatur.

76 Ambo Luminaria à Saturno afflicta chronicum seu longum indicant morbum; afflicta verò à ♂ breuissimam mortem portendunt.

77 Ambo Luminaria sub terra malè affecta patienti periculum mortis adducunt.

78 ☽ Non applicans & sine aspectu in □ vel ☍ sua, si in casu vel opposito domus, vel in maleficum impingat, malum est.

79 ☉ Sol ab initio morbi corporaliter à malefico quopiam, vel radiis □, ☍ afflictus, vel etiam per antiscium perfectum, & malefico applicet, & non defluat, mortem, aut grauem ægritudinem & longam præsagit.

80 ☽ Post initium morbi Domino Ascendentis opposita, & Dominus Ascendentis retrogradus, & combustus, accidentium acerbationem arguit.

81 Luna cum ♂ radiis ☌, ☍, vel antiscio iuncta, morbos acutos excitat, qui citò vel ad mortem terminantur, & præsertim si vterque quartam domum obtineat.

82 Saturnus in ☍ cum Domino 8. periculum mortis adfert.

83 ☽ in 4. domo cum ♂ maximè aspicientibus benevolis mortem annunciat.

84 Luna in Ascendente semper nocet, ibi enim corpus ægroti super quo vim & efficaciam sortitur, magis afficit, cùm ascendens & luna sint naturæ contrariæ, & quo vicinior cuspidi orientis, eò deterior coniunctio; & si malè affecta fuerit, signum mortis arguet.

85 Luna Orientalis non vltra 12. gradus à ☉ remota, mortis periculum minatur, & quo sol propinquior lunæ reperitur, eò peius.

86 Luna velox motu & decrescens (seu lumine diminuta) cum Saturno tardi motus, vel retrocedente coniuncta, morbum prædicit longum. At in signis disconuenientibus, & sine beneficorum suffragiis, mortis periculum adducit.

87 Luna inter vtrumque maleficum obsessa, vel inter ♂ & ☉, vel inter ♄ & ☉ absque beneficorum auxilio mortem minatur.

88 Si quis ægrotare cœperit à tempore, quo Luna è combustione exeat, crescit ægritudo, donec ad ☍ perueniat; tunc si malè iuncta fuerit, præsertim cum Domino 8, mortis periculum: aliàs, euasionem arguit.

89 Maleficus in 6 vel quicunque alius planeta ibidem infeliciter affectus periculum in morbo decernit.

Dum ☉ & ☽ sunt horæ Domini, & respiciunt Dominum 8, patiens minimè liberari potest.

90 Luna transferens lumen à Domino Ascendentis immediatè ad Dominum octauæ, mortis indicium præbet, at non semper in morbo periodico.

91 Lunæ applicatio ad stellam aliquam in 8, constitutam, lethalis est, sicut etiam ad ipsius 8 Dominum.

92 Luna combusta in 8, in ♌ mortem annunciat.

93 Luna in ♏ versante si ♄ & ☿ iungatur, morbus lethalis est.

94 Luna in pleiadibus, aut stellis violentis suprà enarrata in domo 8 pattiliter inuenta, mortem denunciat.

95 ☽ Impedita in morbi principio per malam radiationem & coniunctionem, crisim sæpè dubiam, & mortem portendit.

96 ☽ Domina 6, vel horoscopi combusta, vel Domina 8, Marti aut ♄ coniuncta, morbos excitat lethales.

97 Luna ad nodos, caput scilicet vel caudam draconis accedens intra 4 aut 5 gradus, mortis indicium præbet. Debiliùs tamen erit iudicium, si ☽ recedat à nodis.

98 Si Saturnus in Apogæo fuerit, & morbus ex nimiâ retentione proueniat, morbus in deterius euadet.

99 Si Luna Iouem & ♀ aspiciat motu aucta, & radiis ♂ & ☉ opponatur, mortis periculum significat.

100 ☽ Cum Saturno, coniunctione aut aspectu ☌, vel □ aut antiscio longum denunciat morbum, præcipuè verò si ♄ fuerit cursu tardus, tunc morbum magis aggrauat: velox enim non ita longum, at si retrocedat, recidiuas seu relapsus adfert. Orientalis calidos morbos intendit, & exasperat magis quàm occidentalis, quando frigidos magis adauget. ☽ Sic Saturno iuncta, si velox motu fiat, & lumine decrescat, timendum est de morbo diuturno & crisi horrenda. Si motu tardetur, & lumine augeatur, minus arguit mali, quàm si lumine diminuta foret.

Luna ad morbi principium constituta in □, ☌ solis malum est: Nam in diebus criticis Luna erit in ☌, vel □ cum sole. Et si in primo die critico, vel secundo, vel tertio contigerit Eclipsis, patientis erit pessima conditio: quo enim maior fuerit Eclipsis, eò maius periculum ægrotus subibit. Quantam humani corporis alterationem afferunt Eclipses Solis & Lunæ testatur Gul. Ballonius Medicus Parisiensis celeberrimus, Epidimiorum & Ephemeridum lib. 1. constitutione 4. nempe anno 1573 his verbis; *Febres cum sudoribus manantibus toto tempore; & mense Decembri dicebant solem nouum iam cursum instituere, Lunam & Solem ita affici vt Eclipsis contingeret: incredibiles, ingentes & vix auditæ in ægris mutationes apparuerunt: Corpora sana penè languebant, iamiam repentè & sine causâ manifestâ quasi quodam agente dæmonio agere videbantur animam, & nos qui nihil tale in Cœlo fieri auguraremur, tantæ tamque subitæ mutationis causam mirabamur. Numquam credidissem tantas turbas & mutationes excitari in istis Solis & Lunæ, & cœli affectionibus. Conuulsiones repentè incidentes, deliria & præter rationem nouæ & subitò incidentes in morbis mutationes eâ nocte satis fidem fecerunt:* Vnde abs re Hippocrates magnas aëris mutationes valdè obseruandas putauit. Alium notabilem adducit effectum de eadem Eclipsi, pag. 48.

CAPVT IX.

Hermetis Trismegisti totam fermè Iatromathematicam includens, in quo morbi & affectus, quos Luna quodlibet zodiaci signum peragrans, maleficisque commixta excitet; & quo remedio patientibus opitulandum sit, ostenduntur.

☽ in ♈

SI quispiam ægrotare cœperit cùm Luna versatur in ♈, & in congressu, oppositione, aut quadrato Saturni, maximè motu tarda, & lumine decrescens, huic origo morbi ex refrigeratione erit. Nimirum capitis grauedine, & oculis luscitudine grauatis, tum guttur & arteria catarrho occupantur, & humorum in pectus distillatione pulsus debiles sunt & inordinati: Noctu vehementia morbi intenditur: Interiora omnia exæstuant: superficies corporis refrigerata; & partium extremitates frigore torpescunt: adest animi deliquium, ventriculi fastidium & sudores intempestiui. His conueniunt calefacientia, emollientia, ventremque soluentia: Sanguinis detractio inutilis est. Quòd si ☽ benefico non applicuerit, neque quadrangulo neque diametro aspexerit, æger non superuiuet, sed morietur. Sin ad beneficum, ea qua diximus ratione, iuerit, commode conualescet æger, aut certè ex vno morbo in alium recidet, deuolutus ad auersiones nocturnas.

Sin autem & ♂ ea, qua diximus configuratione ☽ venientem expectat, tum morbus non erit recidiuus, sed quando ☽ ad diametrum perueniet, morietur.

Luna in ♈ à ♂ afflicta.

Cuicunque decumbenti in eadem configuratione, aut ad ♂, aut ☉ feretur, huic ex capite oritur morbus, nimirum ex cerebri membranis afflictis, erunt & febres continuæ, vigiliæ insomniaque, os feruidum, sitis intollerabilis, & lingua turbulenta aridaque: pectoris æstus, iecoris inflammatio, pulsus alti, sublati, inordinati. His sanitatis studium erit à venæ sectione auspicandum, adhibenda sunt & refrigerantia & mitigantia. Aderit & mentis alienatio & phrenesis. Quòd si ☽ (potissimum concitatius eunte) nullus beneficus adfuerit, sed ♄ aut coniunctione, aut hostili aspectu applicuerit, quando ad illum perueniet ☽, tunc morietur. Quòd si benefico ☽ obuiauerit, etiam ægro deplorato valetudinem dabit integram.

☽ in ♉

Luna in ♉ à ♄ affl.cta.

Si tempore ingruentis morbi ☽ per ♉ progrediatur & diametro, quadrangulo, aut coniunctione ♄ afflicta fuerit, maximè tardius prorepente, & eadem lumine minuta, morbum ex crapula & plenitudine prouocabit, febris ex obstructione nascetur, præcordiorum & articulorum labores

molestabunt, sublati & alti pulsus, tum inordinati: totius corporis inflammatio, pulmonis exulceratio. His sanguinis minutio conducet, & omnia talem affectum reprimentia. Quòd si ad beneficum non ibit ☽, æger morbo ante diametrum intercipietur: sed à beneficis adiuta, aut illorum aspectu recreata, etiam ex valetudine desperata reuiuiscere videbitur æger.

Luna in ♉ a ♂ oppressa.

Marti vero si ☽ congressu opposito, aut quadrangulo in ♉ configurata fuerit, morbum decumbenti ex sanguinis plenitudine producet. Aderunt febres continuæ, totius corporis obstructio, ceruicis collique inflammatio, ossium cruciatus, vigiliæ immodicæ & insomnia, vini & frigidæ cupiditas. Hi venæ sectione multum leuabuntur, & his omnia extenuantia, tum mitigantia conducent. Si itaque hoc pacto sæuiente ♂, nullus benefici radius ☽ iuuerit languidum nono die extinguet: sed eius vi, per benefici cum ☽ configuratione repressa, post sextum diem releuabitur.

☽ in ♊

Luna in ♊ à ♄ oppressa.

Luna in ♊ à ♄ radijs afflicta, aut cum illo copulata maximè lumine decrescente, ex vigilijs, insomnijs aut itineris lassitudine decubitus causam dabit. Articuli velut soluti vix cohærere videbuntur: breui morbus sese aperit, aut certè post tertium diem increscere incipiet vsque ad tricesimũ: ingruent febriculæ, & totius corporis consumptio, noctu ægritudinis violentia grauius vrgebit. Rari sunt pulsus & parui, sudor molestus est, & dolor splenis. Si Mars aliunde infaustis radijs ☽ affecerit, valetudinarius quidem post decimum diem vitâ soluetur: Adsistentibus simul & beneficis, & ☽ suffragio suo iuuantibus sanitatem post diuturnam ægritudinem recuperabit.

Luna à ♂ in ♊ oppressa

Quicumque morbo corripietur, ☽ per ♊ rapidiore cursu & luminis incremento prouoluta, Martisque infausto aut congressu aut aspectu violata, ille exitiali & lethali valetudine affligetur: febribus continuis, perniciosè ardentibus, obstructionibusque: pulsus alti erunt & inordinati: sanguinis diminutione morbi leuamentum assequetur. Sin autem à nullius benefici aspectu exhilarata fuerit ☽, ipsoque adeo ♄ configurationem impediente, tum mors differetur vsque ad oppositum ☉. Quod si à beneficis ☽ aspicietur, periculoso morbo defungetur æger, & liberabitur.

☽ in ♋

Luna in ♋ à ♄ afflicta.

Aduersa valetudine ex balneis aut frigore orta conflictantur illi, qui morbi assultum sentiunt; ☽ in ♋ à ♄ afflicta: aderunt simul etiam in pectus distillationes, tusses, obstructiones, angustiæ, febres exiguæ. Quòd si ☽ nihil auxilij ex beneficis adest, sed conspiratione maleficorum opprimitur afflictus morte intercipietur.

Luna in ♋ à ♂ oppressa.

Similiter ☽ à ☌ in ♋ oppressa, ægritudinis initium dabit ex sanguine, cholera, ventriculi euersione, & morbus erit arcendus refrigerantibus. Quòd si fausti planetæ auxiliares ☽ radios non submiserint, circa proximum quadrangulum vita exuetur deploratus. Sin maleficorum impetus beneficorum auxilio retundatur, post proximum quadratum liberabitur.

☽ in ♌

Luna in ♌ à ♄ afflicta.

☽ in ♌ à ♄ afflicta, morbi originem ex sanguinis plenitudine & redundantia ciebit, excitabit circa totum pectus internos & externos ardores.

His

His calefacientia & mitigantia conueniunt, & nisi ☽ opitulentur benefici, moritur in opposito ♄ & ☽. Sin secùs accidat, & salutares occurrant planetæ, desperatus superstes erit.

Luna in ♌ à ♂ afflicta, morbos ex plenitudine sanguinis prouocabit. Aderunt febres fluxæ, vagæ, pulsus languidi, deliquium animi, nullus appetitus, corporis grauitas, & soporis impetus inexpugnabilis, & totius corporis extenuatio debilitasque, & cordis affectus varij. Hisce refrigerantibus & adstringentibus erit succurrendum. De morbi exitu dira minãtur radij maleficorum in Lunam impacti, & post nonum diem occident. Sed succurrentes benefici, morbum post oppositum ♂ propellent. Luna in ♌ à ♂ afflicta.

☽ in ♍.

Luna hostilibus radijs, aut iniquo congressu ♄ in ♍ afflicta, causam mali affectus ex concoctione, & ventriculi eruditate dabit. Intestina, & viscera, præcordiaque torminibus corripientur febres strictæ & inordinatæ aderunt Hi calefacientibus, emollientibus dissoluẽtibusque curandi sunt. Sin Luna ad beneficorum vel corpora, vel radios non fertur, circa 14. diem morietur. Sin fracta erit ♄ vehementia, aut à beneficis sanitati restitutus, longæuus esse poterit, sed valetudinarius erit. Luna in ♍ à ♄ oppressa.

Luna hostiliter à ♂ in ♍ circumcessa, ex fluxu ventris, intestinorum exulceratione, febribus exiguis, & fluxis decumbet æger: pulsus erunt remissi, densi, ventriculi euersio sequetur, & cibi fastidium. Horum valetudo obstruentibus est reprimenda Quòd si ♂ sæuitia à beneficis non reprimatur, ægrotum post 30. diem consumet, sed repressus à beneficis, pernitiem non dabit. Luna à ♂ in ♍ afflicta.

☽ in ♎

Luna à ♄ aspectu, aut congressu in ♎ afflicta, ex vini ingurgitatione & crapula, ægrum affectum suscitabit, præcipuè, & motu & lumine decrescẽs, fiet & morbi nocturnus insultus: circum caput & pectus ægritudines proritabit, distillationes, tusses, raucedines, pectus lassitudine grauabitur, cibi fastidio ventriculus: accessiones febriles noctu duplicabuntur, continui dolores infestant, pulsus sunt remissi. Hi sunt reficiendi calefacientibus. Quòd si Luna nullius aspectui obuiauerit, præcipuè verò quum ad diametrum peruenerit, morbum soluit. Sin per mascula signa moueatur, quousque ad circuli diametrum pertingens, vesperi oriatur æger inæqualiter & frequentiùs morbo impetitus reualescent. Sin tardè mota nullum in incremento, aut decremento motus, luminisque, aut quocunque modo interea aspexerit, sanguinis fluxum prouocabit, & circuitu suo morbum depellet, longo tamen tempore etiam restituti, pallescent adhuc & liuescent. Quòd si configurationem quadrangulo impediat, extinguetur, antequam in aliud morbi genus recidet.

Luna à ♄ in ♎ oppressa, ex sanguinis plenitudine morbum prouocabit, dehinc febres intensas, pulsus sublatos, vigilias, insomnia, & totius corporis inflammationem. In his à sanguinis minutione medela est exordienda: atque ab eis, quæ talem morbum depellunt. Sin benefica afflictam non iuuerit, in summum discrimen conijci tur, quousque ad diametrum Martis ☽ perueniet. Quod si beneficus radijs Lunæ suffragetur, reuiuiscet ægrotus. Luna in ♎ à ♂ afflicta.

☽ in ♏

Luna in ♏ à ♄ vexata.

Luna in ♏ à ♄ exulcerationibus, aut bubone secreta loca affliget, anum scilicet, aut pudenda. Si numero & lumine crescat, tollet ab ægro affectum.

Luna in ♏ à ♂ afflicta.

Quòd si à ♂ ☽ cursu & lumine minuta in ♏ impetatur, sucurrente benefica, morbidus conualescet. Eadem & de hoc signo intelligantur, quæ de reliquis dicta sunt, siquidem eandem Lunæ configurationem habeat.

☽ in ♓

Luna in ♓ à ♄ oppressa.

Luna à ♄ in ♓ oppressa, potissimum lumine motu decrescente, ex fluxu & tenuium acerborumque humorum decursu morbum prouocabit, tum articulorum dolores, febris horrorem, extremitatum refrigerationes, corripiet febrientes duplici accessu. His mitigantibus & calefacientibus est succurrendum, occursus etiam Lunæ & aspectus cum beneficis ægrum liberat.

Luna in ♓ à ♂ afflicta.

Lunæ, à ♂ in ♓ oppressa, lumine & motu acrescente, ex crapula & plenitudine lethales generat morbos; febres fluxas, biliosos affectus, ventris solutionem, pulsus remissos languidos. Isti sunt refrigerantibus & obstruentibus curandi. Quòd si Lunam benefícus non aspexerit, septima die morbidus intercipietur. Sin à benefico aspiciatur, vsque ad diametrum Lunæ cum ♂ ægrotus affligetur, deinde restituetur.

☽ in ♑

Luna in ♑ à ♄ vexata.

Si ♄, ☽ in ♑ opprimat, eaque tum lumine tum motu minuatur, ex balneo frigido destilationibus tenuibus morbum prouocat. Adest in pectore grauitas, & in pulmone difficultas respirandi, tusses noctu ingraescunt, febres intensæ sunt. Horum morbus mitigantibus & calefacientibus est propulsandus. Quòd si Luna benefica congrediatur, aut aspectu, aut coniunctione, producet ægritudinem & diuturnam faciet, non tamen lethalem.

Luna in ♑ à ♂ afflicta.

Luna ad ♂ in ♑ afflicta, morbum ex vomitu & bile prouocat, aut ægra concoctione. Affectus iste est periculo plenus deest ventriculo appetitus; molesta est neruorum intensio, ventris fluxus infestat, digitos acuta cholera exasperat, & exulceratio, continuæ & vagæ febres, tum pectoris inflammatio affligunt: pulsus sunt remissi. Huic obstruentibus & constringentibus erit opitulandum. Quòd si Luna beneficis non applicabit, quando ad ☍ oppositum perueniet, morietur. Si ☌ violentiam beneficus compescuerit, post septimum diem sanitati restituetur.

☽ in ♒

Luna à ♄ in ♒ vexata.

Quando ♄ ☽ & tardam, & motu velocem, lumine vel crescente vel decrescente, in ♒ opprimet ex labore, lassitudine, aut vigilijs morbum excitaturus est, & illum in remissione & intensione inæqualem, quousque ad oppositionem venerit, reualescet, & maximè beneficis Lunam aspicientibus.

Luna à ♂ in ♒ afflicta.

Si Lunam ♂ in ♒ & motu tardam & lumine decrescentem affliget, morbi causa exacerrimis acutissimisque affectibus erit, sed æger vno de vicesimo die vires recuperabit, testificante præcipuè benefica.

☽ in ♐

Luna à ♄ in ♐ afflicta, & motu & lumine minuta, ægros ex refrigeratione balneorum & distillationum dabit: molestæ erunt febres continuæ, rigores, accessionesque frequentes, suspirationes, mamillarum punctura, præcordiarum tensiones. His calefacientibus & mitigantibus erit succurrendum. Quòd si ☽ beneficis non occurrat, in ☍ ♄ morietur. Sin applicabit beneficis diametro superata sanabitur, sed longum & diuturnum neruorum cruciatum relinquet. Luna à ♄ in ♐ afflicta.

Luna à ♂ in ♐ oppressa, & veloce & accrescente, ex plenitudine & vini iugurgitatione morbi causas mouebit. Quare & affectus nocturnis intensionibus augebitur, aderunt deliramenta, phrenesis, capitis dolores, febres ardentes, sitis vehemens, & vini cupiditas. His à venæ sectione sanitatis initium exordiendum est, adhibenda sunt & ea, quæ malum hinc habitum abigere possunt. Si ☽ benefici non iuuerint, in proximo quadrato ♂ morietur. Si verò Luna cum ♆ aut ☿ in aliquo aspectu fuerit hoc est, aut quadrangulo, diametro, aut coniunctione. In quocumque etiam signo tempore decubitus progreditur, afflictus post proximam quadraturam aut oppositionem restituetur. Luna à ♂ in ♐ oppressa

Multum etiam refert, in qua hora primus morbi insultus deprehendetur, obseruare: an eo tempore benefici in ortu sint, aut medium cœli occupent. Plus namque sic constituti, collapsis alioqui viribus, opis submistrabunt, quàm præstantissimus posset Medicus. Scrutari igitur & diem horam decubitus exactè oportebit, & mundi positum examinare. Nihil enim homini superuenit, quod ex cœlesti consensu & sympathia non oriatur, & originem ducat. Hæc, ex I. stadij interpretatione.

CAPVT IX.

In quo quædam obseruationes Cardani, aliorumque peritissimorum Medicorum & Astrologorum è libello Clariss. Ant. Magini de legitimo Astrologiæ in Medicina vsu decerptæ, continentur.

Prima obseruatio, ex Augerio Terrerio desumpta.

INuasit quemdam tertiana duplex, anno 1547. die 13. Aprilis horâ 6 manè, quo tempore Luna Marti iungebatur die 26 sumpto purgante medicamento febris eum reliquit, quo die quadratus Solis aspectus obesse non potuit, quòd in initio morbi Solem Luna nulla potenti radiatione pulsasset.

Die 27, 28, 27, perfectè curatus videbatur, neque vlla febris vestigia apparebant. Die 30, qui octauus à principio ægritudinis erat, tetragonus ♂ radius febrem continuam cum periculosis accidentibus ex leuissima causâ excitauit; vt iam eo die & delirare inceperet, & flocos euellere, & ad oblata minimè benè se habere. Verum quia in morbi exordio. Luna

à ☽ congressu, Veneris aspectum petebat, cessare cœperunt periculo omnia symptomata die 6 Maij, qui decimus quartus erat ab initio morbi, quo Venus △ cum Lunâ proiecit. Nec oppositio ♂ rursus obfuit die 8 Maij quòd à ☽ ad Iouem, mox ad ☿ Luna feliciter pertransiret. Fortunas autem certum est præseruare, quocumque aspectu maleficas, vel Lunam attingerint. Hæc autem ita ventura iudicauerant sextiles trigonique Martis, & ☽ radij.

Abacus figuræ decubitur primæ obseruationis modo rationali constructæ.

Domus 11 est in ♌ 0. ♍	Domus 10 est in ♎ 7. 0′	Domus 9 est in ♐ 19 0′
In qua ☿ in ♌ 29. 50. ♍		
& ♀ ♌ 7. 35. ♎		
Domus 12 est in ♎ 16. 0. ♎		In qua ♄ ♑ 5. 29 ♄
In qua ☉ ♍ 11. 56. ♏		Domus 8 est in ♑ 1. 0 ♑
☿ ♍ 20. 35. ♏		
(qua ☽ ♏ 0. 6. ♐	1547.	Domus 7 est in ♒ 3. 0 ♓
Domus 1 est in ♐ 3. 0. ♐		In qua ♇ ♓ 0 6 ♓
In qua ♂ est ♐ 27. 28. ♐		
☽ ♐ 27. 30. ♐		Domus 6. est in ♈ 16. 0 ♈
Domus 2 est in ♑ 1. 0. ♑		
Domus 3. est in ♒ 19. 0. ♒	Domus 4 est in ♋ 7. 0′ ♋	Domus 5 est in ♉ 2. 0 ♉

Secunda Obseruatio ex Cardano.

Decubitus Joan. Antonij de Campionibus.

Ioan. Antonius de Campionibus (ait Cardanus) annorum circiter triginta exitinere ægrotauit, primum quidem vt visus est leuiter vsque ad 4 diem, quòd Luna esset in sextili ☿, & ☿ illam reciperet; ☿ erat in suis dignitatibus. Et quia Luna erat cursu valde tarda, morbus non est visus accipere incrementum, remorante vt dixi Venere, quæ Luna attigit partem 25 ♉ in diebus 3 horis 18, fermè, ob motus tarditatem, vnde protracta est quarta dies; tunc occurrit Iouis & Martis ✶ in ♋, & cum stellis humidis, ideò factum est incendium magnum & turbulentia in vrina, quæ ob protensam quartam diem visa sunt habere initium in quinta. In septima verò cum nondum peruenisset ad 90 gradum distantiæ ob motus tarditatem, sed ad Leonis initium tantùm, deterrimè se habuit, quoniam nulli beneficæ occurrit (immò incidit in antiscium Solis existentis in 6 domo, & in caput draconis) similiter in 8 & 9 morbus augebatur: quia tunc Ioui & Marti iunctis iungebatur, & quia erant inter humidas stellas, sudauit. Calor enim cum humido sudorem creat, & vrinam multam, quam reddidit. In 11 sudauit, fuit tamen cum magno labore; nam ☽ oppositum ♄ superauit, sed ei successit ✶ ☿.

Duodecima ægrè se habere visus est, quia multum delirauit. Sed tamen vrinæ concocta apparuere. Decima tertia ob Mercurij □ (quia inimicus est horoscopi) nihilo deterius se habuit, quia erat motus iam ad sa-

lutem

lutem; sed nec meliùs ob ☿: decima quarta sudauit iterum, & melius se habuit. In ea non potuit solui morbus, quia ☽ non peragrauerat nisi partes 174.22'. & oportuit extendi morbum ad 17. vsque. In decima quarta tamen occurrit Luna sextili Iouis & Martis, & □ ☿, ideo sudauit, decima septima liber euasit, cùm iam ☽ oppositum loci superasset, & trino ☿ applicuisset. Hactenus Cardanus.

Abacus figuræ Cœlestis decubitus secundæ obseruationis.

Domus 11 est in 24. 0' ♎
Domus 12 in 15. 0' ♏
In qua est pars f. 16.40 ♏
Domus 1 est in 0. ♐
Domus 2 est in 4 0 ♑
☿ est in 3. 6 ♒
Domus 3 est in 17. 0 ♒

Domus 10 in 27. ♍

1553. Maij.

D. h.
10. 8. 0. P. M.

Domus 4. est in 27 ♓
In qua ♄ est in 16. 5. ♓

♆ in 25. 0 ♌
♂ in 21. 7.
Domus 9 est in 17. 0
☉ est in 3. 6. ♌
☿ in 14. 11. ♋
Domus 8 est in 4. 0 ♋
Domus 7 est in 6. 0 ♊
☽ in 19. 20. ♉
Domus 6 est in 15. 0
♃ est in 10. 0 ♉
Domus 5 est in 14. 0. ♈

Tertia obseruatio ex eôdem Cardano.

Decubitus eiusdem, qui mortuus est die 14. Hic Lunam ab initio habuit in □ ☿, ex intemperie cibi & potus ægrotauit, celeriter grauatus est ob motum Lunæ velocem, in septima deterius valdè se habuit: Nam Luna erat cum ☉, & vacua à Iouis aspectu ibat ad ☍ ☿, & tunc sol □ ♄ affligebatur.

Octaua leuari visus est fluente è naribus sanguine, sed tamen virtus cecidit ob ☿ ☍.

Nona aliqualiter respirare visus est ob △ ☉. *Decima* fuit loco vndecimæ, cùm ad angulum, id est, Piscium initium peruenisset ad ☍ ♆, & ♂.

In vndecima par erat illum mori, cum ad ♄ ☌, horâ 10, ad ☉ □ horâ 18 peruenisset Mortuus est quinta Iunij hor. 3. ante meridiem, & fuit initium decimæquartæ, & Luna peruenerat ad ☍ loci sui ad vnguem. Hactenus Cardanus.

Causa morbi ex Hermetis doctrinâ cap. 9. huius erui potest. Decubitus lethalis ex Aphor. 84 & 87. cap. 8. Luna ergò vix limitem cuspidis Orientis excedens, & Saturni lumen per antiscium recolligens, ipsum defert ad ☿ in medio Cœli positam, horoscopum radio □ intuentem, atq; octauæ dominam. Licet autem Iupiter Lunam & horoscopum radio ✶ aspiciat, non potuit tamen ipsi opem ferre; sed tantùm ipsam ægritudinem prolongare: quia Iupiter à Marte obsessus est, qui hostiliter horoscopo ratione signi aduersatur.

Abacus figuræ 3. Obseruationis.

☊ est in 2.25 ♌	☿ 50.36 ♋	Domus 9 est in 14 ♊
☤ 26.16	Domus 10 est in 23	☉ in 11. 28. ♊
♂ 27.28	In qua ☿ 26. 9 ♋	Domus 8 est in 13. ♉
Domus 11 est in 29 ♌	1553. Maij.	Domus 7 est in 19 ♈
Domus 12 est in 26 ♍	D. h. o′	Domus 6 est in 26 ♓
☽ est in 18 ♎	23. 3. o P. M.	♄ in 16. 47. ♓
Domus 1 est in 19 ♎		Domus 5 est in 29 ♒
Domus 2 est in 13 ♏	Domus 4 est in 23 ♑	☊ 2. 25. ♒
Domus 3 est in 14 ♐		

Quarta obseruatio ex eodem Cardano.

INitium ægritudinis ex trãsfossione brachij Baptistæ Cardani, ex qua obijt. Hicalter (ait Cardanus) affinis meus erat & vir sexagenarius, cùm vulneratus est à Marte superabatur, & ♂ cũ capite erat, & Luna cum cauda; & applicabat ♄ & ☌ infœlicis opposito, non tamen statim grauatus est, quia Luna ibat ad ✱ ☿, & vulnus erat brachij transfossio. Quarta grauatus est propter ☉ □; carnit tamen febre, quia nulla maleficia oppugnabat, ob id vsque ad decimam adeò leuatus est, vt surgeret. In vndecima grauatus est hora noctis tertiâ, cum Luna ad ☍ ☉ tenderet. Hic autem erat anæreta, Dominus si quidem oppositi loci Lunæ. Et post ☽ ad ☿ ☍ ibat. Febre igitur, ex sanguinis profluuio correptus est 14 die, quæ fuit secunda Ianuarij hora diei tertia, cùm Luna corpore ♂ iungebatur, expirauit. Hæc Cardanus. Verificantur hic Aphorismi 70. 71. & alij capitis 8.

Abacus figuræ 4. obseruationis.

Domus 11 est in 23 ♈	Domus 10 est in 16 ♓	☽ est in 28. 28.
Domus 12 est in 5 ♉	♄ in 0. 34. ♈	Domus 9 est in
Domus 1 est in 8 ♊		☿ est in 10. 38. ♒
☊ 10. 38. ♌	1552. Decemb	Domus 8 est in 21 ♒
♂ 28. 49.	D. h. ′	Domus 7 est in 0. 0. ♒
Domus 2 est in 21 ♌	19. 4. 32. P. M.	Domus 6 est in ♓
☤ in 3. 28. ♍ Re.		
Domus 3 est in 16. 0. ♍	Domus 4 est in 16 ♎	Domus 5 est in 23 ♑

Quinta obseruatio ex Thoma Boderio.

QVidam anachoreta ægrotare cœpit, ac viribus destitui Luna permeante 30 ♌, seu initium ♍, ac constituta in aspectu Solis, ♂, & ☤ Domini domus mortis collegiati quadrangulari radiatione cum ♄. Ex his radiorum commixtionibus exoritur ægrotatio à fluxu ventris (pro Galeni sententia cap. de schematibus ☽ in ♍) cum dolore hypocondriorum,

venâ incisa, iuxta Medici mandatum, ac sumpto medicamento obiit die 9, ab initio morbi Luna diametraliter verberibus ♂ pulsata, ac stante ad ♐ Dominum octaui loci. Hactenus Boderius. Quod hic occubitus sit mortalis, colligitur ex Sole primùm qui dominus est horoscopi, cùm lædatur tetragono radio à ♄ in sexta domo, præsertim quod Sol est cum cauda, nec ipsi auxiliatur ♐ succedens, cùm sit dominus domus mortis. Præterea ☽ concurrit etiam ad significandam mortem cum sit in horoscopo transferens lumen Solis horoscopi domini ad ♐ dominum. Vide Aph. 40. 70. 89. cap 8.

Abacus figuræ 5. Obseruationis.

Domus 11 est in	29 ♏	Domus 10 est in	11 ♏	Domus 9 est in	12 ♑
Domus 12 est in	14 ♐	1551. Aprilis.		Domus 8 est in	19 ♒
Domus 1 est in	6 ♑	D. h. ′		Domus 7 est in	6 ♓
Domus 2 est in	19 ♒	6. 1. 0 manè		Domus 6 est in	14 ♈
Domus 3 est in	12 ♈	5. 13. 0. P. M.		Domus 5 est in	29 ♉
		Domus 4. est in	11. ♉		

Sexta obseruatio ex Thomâ Boderio.

QVidam Sacerdos non mediocriter grauatus morbo pleuretico decubuit hora infra annotata, ante □ sputa deiecit, Lunâ quadrangulum possidente supremum diem expleuit: huius Sacerdotis obitus causa in hac quadrangula radiatione decernitur ex Lunæ coitu intra duos gradus cum cauda draconis.

Manifestum est autem hunc occubitum perniciem esse allaturam, quia Sol luminare conditionarium constituitur in □ ♄ angularis & potentis; qui etiam ♐ infelicem oppositis radiis affligit, vt ille nihil auxilij potuerit præstare; præterea etiam ☿ horoscopi dominus alligatur Marti octauæ domui, suntq; ambo cum calamitosis hyadibus. Interiit itaque die 16. eiusdem mensis, hoc est in septima completa dum Luna attigisset proprium ♊ coincidentem cum ☊.

Abacus figuræ 6. Obseruationis.

Domus 11 est in	19 ♊	Domus 10 est in	6 ♉	Domus 9 est in	3 ♌
Domus 12 est in	26 ♋	1549. Aprilis.		Domus 8 est in	10 ♍
Domus 1 est in	21 ☊	Die h. ′		Domus 7 est in	21 ♎
Domus 2 est in	10 ♏	7. 0. 37. P. M.		Domus 6 est in	26 ♑
Domus 3 est in	3 ♒	Domus 4 est in	6 ♏	Domus 5 est in	19 ♓

Septima Obseruatio ex eodem Boderio.

LAbente anno 1545. die & hora, vt infrà (ait ipsemet Boderius) febre diutina cum thoracis & hypochondriorum grauitate non vulgariter fatigatus decubui, Lunâ ad medietatem primam aspectus perueniente à ♄, ☿ retrogradâ, & ☽ separata, ☉, ♅, & ♂ ipsi ☽ schemata porrigebant, in hexagono obtuso prædicta Luna à ♄, ☿, & Mercurio discreta Sol etiam, ♂, & ♅ sua schemata Lunæ porrigebant: quamuis isti dies critici opportunis prædictorum syderum radiationibus muniti essent, ad sanitatem minimè me reduxerunt, vt suprà scripsimus, Tropici sæpissimè mensem excedunt, septem septimanas prægrauatus fui ex illo in febres quartanas huiusmodi morbus pertransijt, meipsum, aggrauantes circiter 2 annos: prædicta Solis & ☌ synodus dictam ægrotationem portendit. ♂ enim morbos habet acutas, Sol chronicos, ☽ coitus cum ipsis maiorem vim præbet ad ipsos morbos producendum. Plurimum in nostro Caleto in Archiepiscopatu Rhotomagensi sito huiusmodi morbis aggrauati fuere, quorum nonnulli senectute confecti in hydropem lapsi sunt. Omnibus diligenter perpensis, Medicos plures accersiui, qui vno ore pronunciauerunt me fore hydropicum, natura tamen cœperat sublenari, nihilo seciùs vt mihi cauerem, ligni sancti decoctionem pro maiori cautela confeci ipsis Medicis refragantibus, de qua portaui 10 diebus ex illo valere cœpi, ac paucis postea mensibus corpus meum huiusmodi ægritudinibus defunctum, salubrius fuit, perfecteque conualui.

Ex hac noxa valetudine vnum mihi incognitum fuit, quod ☉ & ♂ coitus febres quartanas portendit, maximè si ☽ copulatur corpore, vel aspectu, Hæc ille.

Memorabilis profecto est hic occubitus, vt non pauci mirentur, cur mortem citam non attulerit, nam ♂ & Solis cum ☽ coitus morbum citò ad perniciem terminat. Sed cùm ♅ horoscopi dominus sit saluus ac potens in propria domo ac in angulo respiciatque △ radijs dicta luminaria cum ♂ coniuncta dubio procul ægrum ipsum à morte præseruare potuit, non tamen absque longa ægritudine, accedit etiam quòd ♄ mitigatur à radijs △☿, qui ♄ fuit in causa vt morbus transiret in quartanam. ♄ enim vt habetur in Aphoris. 9. decimi noni cap. in Ascendente compertus longos producit morbos.

Abacus figuræ 7. Obseruationis.

Domus 11 est in 29. 0. ♋
Domus 12. est in 15. 0. ♌
Domus 1 est in 6. 0 ♎
In qua ♅ 22. 17. ♎
Domus 2 est in 3. 0 ♏
♆ 3. 0. ♐
Domus 3 est in 19. 0 ♑

Domus 10 est in 1. 0 ♋

1545. Augusti.
D. h.
7. 2. 20. P. M.

Domus 4 est in 1. 0 ♈

☉ 23. 53 ♌
☽ 23. 31.
♂ 22. 40.
Domus 9 est in 19. 0 ♌
♇ 6. 18. ♑
☿ 6. 8.
☌ 3. 0.
Domus 8 est in 3. 0. ♑
Domus 7 est in 5. 0. ♊
Domus 6 est in 15. 0. ♉
Domus 5 est in 26. 0. ♈

Observatio 8. ex eodem Boderio.

VIcarius perpetuus Bellebonensis febre diuturna laborare cœpit, Luna 17 ♍ à Sole supra vnum gradum minimè disiuncta, vno circiter mense infirmitate molestissimâ cruciatus fuit, hæc febris diutina in tertianam versa est, de hinc in quartanam, postremò sputamine ejecto 12 antè diebus prædicta quartana salubriter recessit. In summa colligamus, ☽ radijs ☉ calefactam, morbi malignantis non autem lethalis iudicium afferre. Hæc ille.

Fatendum est certè, hunc decubitum debuisse esse lethalem, nam præterquam quod Luna combusta est à ☉ intra vnum gradum longitudinis, (quæ sola iudicatio videre potest sufficiens ad mortem causandam, vt patet ex Aph. 85 cap. 8.) sunt etiam ambo luminaria læsa à ♄ diametro qui dominus est horoscopi & ☉ octauæ præest domui, vnde congruit hic aph. 70. dictimet 8. capitis. Cæterum cum ♂ valde potens luminaribus ipsis affulgeat suo hexagono radio, & cùm Venus etiam auxiliares præbet radios horoscopo nil mirum si hic æger post longam ægritudinem salutem acquisiuerit, eoque magis, quòd ☽ recedit à ☉, præcipuè autem ratione latitudinis eius Boreæ, quæ ipsam occidentaliorem facit plus 3 gradibus, quod valdè consideratione dignum censeo.

Abacus figuræ 8. Observationis.

Domus 11 est in 24. 0. ♏
Domus 12 est in 9. 0 ♐
Domus 1 est in 1. 0. ♑
Domus 2 est in 10. 0 ♒
☊ 6. 0. ♓
♄ 16. 45. ♓
Domus 3 est in 2. 0. ♈

Domus 10 est in 5. 0 ♏

1551. Augusti.
D. h.
3. 3. 0 P. M.

Domus 4 est in 5. 0 ♉

♀ 29. 10 ♌
♂ 15. 50 ♌
Domus 9 est in 2. 0 ♌
☽ 17. 15 ♍
☿ 9. 0 ♍
☊ 5. 50 ♍
Domus 8 est in 10. 0 ♎
☉ 16. 50 ♎
26. 25 ♏
Domus 7 est in 1. 0 ♏
Domus 6 est in 9. 0 ♐
Domus 5 est in 24. 0 ♑

Nona Observatio decubitus Joannis Antonij Maginicelebrimi Mathematici.

AEgrotare cœpi, (ait ipse) febre quartana sub hac cœli constitutione, in qua ♄ morbi auctor & Ascendentis dominus sextam ægritudinum domum obtinet, & Luna à □ ♂ ac sextili ☉ & ☿ discedens, ferebatur ad sextilem ♂ sui dispositoris. Decernebat itaque hæc figura morbum quidem longum, sed ad salutem terminaturum, tum verò maximè

quod ♐ in loco radicali positus △ radios auxiliares ♄ porrigebat. Inuebat autem hanc ægritudinem in genesi directio ☉ vitæ prorogatoris ad △ ♄ in grad. 11. 20 ♌, cui succedebant antiscium ☿, & ✶ ☿. Porrò in hac ægritudinis figurâ ☉ est in ♂ ♄ radicis qui ♄ non longe abest à loco ipsius ☉ radicali, vt videre est in genesi nostra in tabulis Directionum posita sub anno 1555. Iunij die 14. horis 6. 57. P.M Enasi autem ab hac quartana, quando ☉ attigit 29 ♓, locum scilicet oppositum ♄ huiusce figuræ, non longè à ♐ sextili, idque die 21 Decemb. eiusdem anni, quod illa die vltimum paroxismum passus essem, nec imposterum quicquam mali sensissem: die enim 24 eiusdem mensis. Cùm solitam febris accessionem expectarem, nihil mihi superuenit, eratque tunc Sol in ♑ loco radicis, & ☽ in 18 ♓ posita recedebat à □ ☿ figuris, & applicabat ✶ ☉ in loco, quem ipsa à morbi initio possidebat.

Abacus figuræ 9. Obseruationis.

Domus 11 est in 5 o ♓	Domus 10 est in 16 o ♏	Domus 9 est in 19 o ♌
☽ 16 o		☿ 15.42 ♌
		☉ 10.41 ♌
Domus 12 est in 23. o ♓	1590. Octobris.	♂ 19.39 ♍
		♀ 4.36
Domus 1 est in 19 o ♑	Die h.	Domus 8 est in 2. o ♍
♅ 0. 2 ♒	4. 20. 30. horo.	♃ 0. 2 ♎
	4. 2. 14. P.M.	Domus 7 est in 19. o ♎
Domus 2 est in 2. o ♓		Domus 6 est in 23 o ♑
		♄ 28. 42. ♑
Domus 3 est in 19. o ♈	Domus 4 est in 16. o ♉	Domus 5 est in 5. o ♑

Obseruatio 10. Decubitus Ioan. Baptistæ Triandulæ Veronensis.

MEmorabilis est hæc obseruatio: quippe qui infœlicissimus hic adolescens dum Patauij studijs vacaret anno 28 suæ ætatis tempore infra dicto grauissimum vulnus in genu dextro suscepit, ex quo vulnere tandem totum crus eidem abscissum est. Licet autem grauissimè conflictatus fuerit, adeò vt sæpius de vita ipsius desperarẽt Medici, nihilominus tandem conualuit ac duobus circiter annis, ligneo deambulans crure superuixit. Siue itaque Luna sit horoscopi domina in hac figura, siue Sol (potest enim esse vterque, quòd duo solùm gradus ♋ post cuspidem primæ domus supersunt (& deinde ♌ imperium accipit) parum refert, sunt enim ambo luminaria à maleficis infecta, vtpote ☽ à ♄, & ☉ à ♂, per præsentiam, ac vicissim ☽ à ♂, & ☉ à ♄ per □, ipsis etiam luminaribus in □ constitutis. Vnde nihil mirum est sub tam infœlici syderum positu adolescentem hunc tot vndique molestijs afflictum fuisse; quibus tamen non succubuit; quod ambo benefici antiscijs mutuis conspirantes vtri-

que luminari subuenirent & maleficorum vires aliquantulum retunderent, siquidem ☽ Lunæ ac ☉ Soli, auxiliarem operam porrigit. De progressu autem ipsius ægritudinis & salutis tempore nihil mihi constat, siquidem magis solicitus fuit, vt viderem num accidens hoc cum genesi ipsius nati responderet, in qua cum radiorum in æquatore vsitato nobis modo factorum veritas egregiè eluceſcat, ad maiorem studiosorum vtilitatem non grauabor genituram nati adiicere. Natus est itaque dictus adoleſcens Io. Baptista Firandula Veronensis anno 1554. mente Iunij die Martis 12, horis 0. 35′ ab occasu sub adiecto Planetarum sine Cœli schemate.

In hac genitura nulla est directio significatorum in Ecliptica, quæ cum hoc accidente vulneris scilicet conueniat, neque enim possumus trinum ♂ recipere, vt occurrat tempore vulneris ipsi horoscopo; quippe hac ratione genitura tempus æstimatum (quod est ad horam 0. 45′ noctis sequentis) anteuerteret dimidia parte horæ, quod rationi non est consentaneum. Quamobrem facta directione horoscopi ad □ ♂ in Æquatore, tempus genituræ 10 solum minutis anticipat, & euentus optimè correspondet. Incidit autem □ ♂ radius in 334. 28′, & fertur ad horoscopum cum gradibus 10. 26 ♒ Eclipticæ, emenso arcu directionis 27. 25′ qui æquiualet annis 27 mensibus 5, secundum communem opinionem.

Potuisse autem ♂ tam infelicem eventum significare satis constat, si naturam eius in loco diligenter examinemus; quippe à compluribus stellis fixis, vt sunt hyades, & stellæ Orionis, cum quibus descendit, obsessus, in hexagono ♄ constituitur. Cæterum excessit è viuis hic adoleſcens post biennium ab accepto vulnere, morte tamen naturali anno scilicet ætatis suæ 29 à mensibus duobus, quando ☽ primaria vitæ datrix ferebatur per directionem ad quadratum Saturni in Æquatore, qui incidit in 269. 53′ Æquatoris. Nam sub circulo positionis Lunæ graduum 24 ferè est illius Ascensio obliqua graduum 240. 22′, quæ sublata à dicto □ relinquit arcum directionis 29. 31′. Præterea & Sol applicabat sextili ♂ tempore mortis, licet ille non obtineat potestatem hilegialem,

Abacus figuræ 9. Obseruationis.

Domus 11 est in 19. 0 ♉	Domus 10 est in 8 0 ♈	Domus 9 est in 10. 0 ♓
		♄ 22.28 ♒
		☽ 19.42
Domus 12 est in 30. 0 ♊	1581. Nouembris.	Domus 8 est in 19 0 ♒
		Domus 7 est in 28 0 ♑
		☊ 22.
♉ 22. 2 ♌	D. h. ′	♅ 15. 4 ♑
Domus 1 est in 28. 0 ♋	3. 2. 0	Domus 6 est in 30. 0 ♐
	5. 9. 16. P. M.	☿ 19. 4 ♐
		♀ 22. 41 ♏
Domus 2 est in 19. 0 ☊		☉ 21. 6
		♂ 19.50
Domus 3 est in 10. 0 ♍	Domus 4 est in 8. 0 ♎	Domus 5 est in 19. 0 ♉

Abacus genesis 10. Observationis.

☽ 24. 44 ♏	Domus 10 est in 6. 23 ♏	Domus 9 est in 5. 06 ♋
Domus 11 est in 26. 0 ♏		☿ 26. 36 ♍
Domus 12 est in 14. 0 ♎	1554. Iunij.	Domus 8 est in 17. 0 ♌
		☊ 12. 1 ♋
Domus 1 est in 7. 52 ♑	D. h. 0′	Domus 7 est in 7. 52
☊ 12. 4. ♑	☌ 12. 035 N.S.	♀ 7. 0
	12. 8. 18 P. M.	☉ 0. 16 ♋
Domus 2 est in 17. 0 ♒		Domus 6 est in 14. 0 ♊
♄ 29. 3 ☾	☌ præced. 19. ♊ Veronæ.	☋ 9. 1
		☌ 3 29 ♊
		pars fortunæ 2. 20 ♊
Domus 3 est in 5. 0 ♈	Domus 4 est in 6. 23 ♉	Domus 5 est in 26. 0 ♉

FINIS.

DE GNOMONICE TRACTATVS, OPE TABVLAR. ASTRONOMICAR.

De sciotericorum horologiorum definitione, diuisione, aliisque Gnomonices affectionibus.

CAPVT I.

I. *GNOMONICE est scientia, quæ rationem vmbræ gnomonis, seu styli radiis solaribus in superficie plana, aut sphærica, proiectæ inuestigat.* ἀπὸ τῦ γνώμονος.

II. Dicitur vulgò scientia horologiorum sciotericorum; nam σκιὰ vmbram significat; θηρᾶν verò venari, & indagare est.

Vnde sciotericorum descriptiones nil aliud sunt, quam vmbrarum proiectiones, quas sol quidem reipsa, cum post opacum corpus vmbram ad planum vsque profundit. *De vmbrarum proiectione plura ad cap. 2.*

III. *Horologium sciotericum* est instrumentum, ex quo horas per Solis aut Lunæ aliarumve stellarum vmbram colligimus.

IV. Sunt autem Horologiorum sciotericorum duo genera; nam alia sunt stabilia, quæ certo loco fixa manent, certumque situm in aliquo plano exigere videntur.

Alia verò sunt mobilia, quæ hùc illucve pro arbitrio circumferuntur, cuiusmodi sunt Cylindri, Astrolabia, Quadrãtes, annulli Astronomici, aliáque huius generis. Quæ pen-

dent è manibus.

Horologia ſtabilia, vel in ſuperficie plana, quæ circulo cuipiam cœleſti maximo æquidiſtat, delineantur, vel in ſuperficie conuexa, vel in Globo, aut Cylindro, vel in ſuperficie concaua vt in Hemiſphærio concauo.

Horologia, quæ in ſuperficie plana deſcribuntur, varia & multiplicia ſunt, pro multitudine circulorum ſphæræ maximorum, quibus plana horologiorum æquidiſtant & à quibus nomina ſumpſere.

V. Hinc planum horologij, eſt ſuperficies plana, lineis horarijs, ſtyloque recipiendis idonea, ſeu, Tabula plana in quâ circuli ſphæræ, certâ diſpoſitione & normâ, quatenus in Cœlo conſtituti ſunt, inſcribuntur.

VI. Circuli maximi ſitu & poſitione differentes, in Cœlo conſiderati ſunt nouem, ex Clauij ſententia. 1. *Horizon.* 2. *Verticalis Circulus* propriè dictus, incedens per verticem capitis, & communes ſectiones Æquatoris, atque horizontis. 3. *Meridianus.* 4. *Circulus hectemorius*, ſeu horæ ſextæ à Meridie, vel media nocte, per polos mundi & eaſdem ſectiones communes æquatoris atque horizontis ductus. 5. *Æquator.* 6. *Verticalis Circulus* quicunque à propriè dicto, ſeu primario verticali declinans, & ad horizontem rectus. 7. *Circulus maximus* ab horizonte declinans & per communes ſectiones Meridiani, Horizontíſque tranſiens, atque ad verticalem primarium rectus. 8. *Circulus maximus* ad horizontem inclinatus, qui per communes ſectiones Æquatoris, verticalis propriè dicti & horizontis deſcribitur, rectuſque eſt ad meridianum. 9. *Circulus* denique maximus, ad Horizontem & ad Meridianum, & ad verticalem primarium inclinatus. Quoniam verò horum circulorum quilibet præter horizontem duas habet facies, quæ interdiu à Sole illuſtrari queunt, vt verticalis tàm primarius, quàm ille qui ab eo declinat, vnam habet, quæ ad Meridiem, & alteram quæ ad boream vergit; Meridianus autē vnam, quæ ad ortū, & alteram, quæ occaſum reſpicit. Cæteri denique Circuli ad Horizontem inclinati, habent ſuperiorem vnam quæ ad Zenith, ſeu verticem capitis, & inferiorem alteram, quæ ad Nadir ſpectat. Duplicatis poſterioribus octo generibus, cum

Horizontali ſeptemdecim Sciothericorum horologiorum in plano ſtabili deſcriptorum ſpecies omninò exiſtunt.

1. *Horizontale*, quod horizonti æquidiſtat.

2. *Verticale*, quod Circulo verticali primario parallelum eſt, meridiémque reſpicit.

3. *Verticale* ad boream vergens, quod eidem circulo verticali æquidiſtat.

4. *Meridianum Occidentale*, quod Circulo Meridiano æquidiſtat, & ad ortum Solis vergit.

5. *Meridianum Occidentale*, quod eidem Circulo Meridiano eſt parallelum, reſpicítque ad Solis occaſum.

6. *Polare ſuperius* quod æquidiſtat Circulo illi maximo, qui per puncta veri ortus, & occaſus, hoc eſt per communes ſectiones, Æquatoris, Horizontis, & Verticalis, atque per vtrúmque mundi polum tranſit, tendítque ad Zenith.

7. *Polare inferius*, quod eidem Circulo maximo circulo per puncta veri, ſiue æquinoctialis ortus, occaſúſque, ac per vtrúmq; polum mundi ducto æquidiſtat, & ad Nadir ſpectat.

8. *Æquinoctiale* ſuperius, quod parallelum eſt Æquinoctiali circulo, reſpicítque polum mundi ſupra horizontem eleuatum.

9. *Æquinoctiale* inferius, quod eidem circulo Æquinoctiali æquidiſtat, ſed ad eum mundi polum ſpectat, qui ſub horizonte latet.

10. *Declinans* à meridie in ortum, occaſumve, quod æquidiſtat cuicumque circulo verticali, quià verticali propriè dicto declinet, & vergat ad Meridiem, non tamen directo, rectumque eſt ad horizontem; quale depingi ſolet in muro cuiuſuis ædificij, qui ad Meridiem reſpicit, ſed non directo, & ad horizontem rectus eſt.

11. *Declinans* à Boreâ, Septentrioneve in ortum, vel occaſum, quod cuilibet circulo Verticali parallelum, qui à primo verticali deflectat, & ad Boream, non tamen directo, ſpectet, rectumque eſt ad horizontem, quale deſcribitur in muro cuiuſlibet ædificij, qui ad horizontem rectus eſt, & non directò ad boream ſpectat.

12. *Declinans* ab horizonte ſuperius, quod ad Zenith ſpectat, & ad ortum, occaſumve directò vergit, æquidiſtatque

circulo maximo, qui ad horizontem inclinatus est, & ad verticalem primarium rectus, transitque per communes sectiones Meridiani, & horizontis. Huiusmodi horologium depingeretur in superiori facie tecti alicuius, quod ad verticacem circulum propriè dictum rectum esset, hoc est, directo in ortum, vel occasum spectaret.

13. *Declinans* ab horizonte inferius, quod ad Nadir spectat, & directò ad ortum, occasumve vergit, æquidistátque eidem circulo maximo, cui superius parallelũ esse diximus. Cuiusmodi Horologium describeretur in eodem tecto, in quo superius, sed in facie inferiori, quæ ad Nadir spectat, si facies tamen hæc inferior à Sole illuminaretur.

14. *Inclinatum ad Horizontem* superius, quod spectat ad Zenith, & ad Meridiem, Boreamve directò vergit, æquidistátque maximo circulo ad horizõtem inclinato, qui ad Meridianum rectus est, transitque per communes sectiones æquatoris, & horizontis. Quale esset horologium delineatum in facie superiori alicuius tecti, quod ad Meridianum esset rectum, id est, directò in meridiem, Septentrionemque spectaret.

15. *Inclinatum ad horizontem* inferius, quod ad Nadir spectat, & in directo in meridiem, vel boream vergit æquidistatque eidem maximo circulo, cui superius diximus esse parallelum. Quale esset horologium depictum in facie inferiori eiusdem tecti, in cuius superiori facie superius diximus delineari.

16. *Declinans* simul & inclinatum superius, quod spectat ad Zenith, sed neque directo in meridiem boreamve, vt inclinatum ad horizontem, neque in Ortum, aut Occasum, vt declinans ab horizonte, vergit; æquidistat tamen circulo maximo, qui nec ad horizontem, nec ad verticalem primarium, nec ad Meridianum rectus est, sed ad omnes hosce circulos inclinatus, itavt per nullius polos, qui sunt Zenith & Nadir communes sectiones meridiani & horizontis, atque sectiones communes horizontis & æquatoris transeat. Tale esset horologium descriptum in superiori facie alicuius tecti, quod directò non spectaret in ortum, occasumve, aut in meridiem, septentrionemve.

17. *Declinans* simul & inclinatum inferius, quod ad Nadir spectat, reliqua autem omnia communia habet cum superiori. Quale esset horologium delineatum in facie inferiori eiusdem tecti, in cuius superiori facie describi diximus. Authores tamen reperiuntur, qui plures horologiorum species admittunt, easque è varijs planorum inclinationibus ac reclinationibus deducunt, vt Xylander, qui 25. species annumerat: Primò enim tot reclinati plani species, quot erecti constituit; aliud scilicet Meridionale reclinatum directum; aliud Meridionale reclinatum declinatum dextrum; aliud Meridionale reclinatum declinatum siniſtrum; totidem numerantur Septentrionalia: Orientale verò & Occidentale est reclinatum sine vlla declinatione. Deinde tot esse inclinatorum species, quot reclinatorum subiungit, de quibus suo loco, iuuante Deo optimo, ad 2. caput agemùs.

VII. Hora est vna pars ex 24. diei naturalis, qui diēnoctémque artificialem complectitur ἀπὸ τῦ ὥρυ, id est, ab anno, quod sint insigniores anni partes. Annus ὥρος dictus est à Græcis à nomine Ægyptio ὧρος horus, quo Ægyptij Apollinem solemque nuncupabant. Cum enim Sol vniuersum orbem illuminans decursu Zodiaci annum efficiat, Græci Solis effectui, seu causę nomen per metonymiam tribuentes, annum ipsum Solis nomine ὧρον vocauere. A quo ὥρα, dictū est, pars anni pręcipua. Atque ab hoc nomine, & verbo λέγω, loquor, denominatur horologiū quasi diceres horoloquiū. *Hora quid eiusque origo*

VIII. Horarū autem duo prius sunt genera; nēpe aliæ sunt æquales, aliæ inæquales; hora æqualis est vigesima quarta pars diei naturalis, qui ex die, noctéque componitur, continens 360 gradus circuli æquatoris, seu Æquinoctialis, ita vt vna hora æqualis gradus 15. Æquinoctialis complectatur: Nam ex integra. Æquinoctialis reuolutione dies naturalis efficitur; Vnde & horæ etiam æquinoctiales vocantur. *Diuisio horar*

Hora inæqualis est duodecima pars tam diei, quàm noctis artificialis; dicuntur & horæ antiquæ; quòd nec omnes antiqui, vterentur; inæquales autem nominantur, non quod horæ vnius diei vel noctis inter se sint inæquales, sed quia horæ diei vel noctis longioris maioris sunt horis diei, vel noctis breuioris: vel quia præterquam in æquinoctiis, horæ diurnæ

sunt nocturnis inæquales, nec non hodiernæ crastinis, & cõtrà pro magnitudine dierum & noctium. Cum igitur duo sint horarum genera, æqualium vnum; & alterum inęqualium, æquales verò horæ initium habeant vel à Solis ortu, vel ab occasu, vel à meridie, seu à media nocte, itavt in quouis horologiorum genere quatuor horarum genera describi queant, & proinde respectu horarum quodcunque horologium quadruplex erit, & cuius hæc nomina erunt.

Astronomicum, quod horas indicat à meridie in mediam noctem, & à media nocte in meridiem, quibus & Europa ferè vniuersa, omnésque Astronomi vtuntur.

Italicum, quod horas à Solis occasu comprehendit, quibus vsui sunt.

Babylonicum, quod horas à solis ortu exhibet, quæ Babylonis in vsu fuerunt.

Antiquum, quod horas indicat inæquales, quibus antiqui vtebantur.

Circuli horarum à meridie vel media nocte qui sint. Clauius prop. 9. lib. 1. Gnom.

IX. Præter circulos, quos supra recensuimus, circuli admittuntur horarij, qui quidem pro varietate horarum variam sortiuntur in sphæra positionem. Si namque sphæram in partes seu horas 24. æquales initio facto à meridie, vel media nocte dirimatur; vtique circuli erunt maximi, & per mundi polos ac inæquales Æquatoris portiones incedent: cumque hi sint 12. numero, palam est illis Æquatorem, omnésque ipsius parallelos in partes 24. distribui; singuli namque Æquatorem duobus in locis sibi oppositis intersecant, quorum principalis est Meridianus, in quo signatur, vtrimque hora duodecima, ex vsu nostro, qui non ad 24. vsque horas numeramus; sed á duodecima iterum primam, & reliquas vt prius repetimus.

Circuli horarum ab ortu vel occasu qui sint. Clauius prop 10. lib. eiusdem.

X. Si verò Sphæram in 24. horas æquales, ab ortu vel occasu inchoatas diuidatur, ipsi quoque circuli erunt maximi, qui tamen per mundi Polos nõ transibunt; sed circulos duos illos æquatori parallelos, quorum vnus est semper apparentium maximus, alter verò semper delitescentium maximus in ijs locis contingent, vbi à circulis horarijs Astronomicis intersecantur; & proinde horum trium præcipuus est Horizon, à quo horarum initium ducunt; qui autem deinceps sequun-

tur, per æquales Æquatoris, omniúmque parallelorum portiones incedunt.

XI. Si denique cœlum in horas 24. inæquales distinguatur, licet ipsi horarij in centro mundi vt omnes alii circuli maximi sese intersecent; tamen neque per mundi polos transeunt, neque præfatos contingunt parallelos: sed omnia parallelorum segmenta tum supra, tum infra horizontem existentia in partes 12. æquales dispescũt. Hinc fit vt horæ vnius diei vel noctis, quando Sol aliquem ex illis parallelis percurrit, sint æquales inter se; vel horis alterius diei, cùm Sol ad alium parallelum eiusdem magnitudinis peruenerit. Inæquales autem comparãtis inter se diebus & parallelis, qui ferè omnes magnitudine discrepant, si hodierni semper crastinis conferantur; quanquam sex mensium dies, & paralleli ab Æquinoctiis, vel à solstitiis inchoati, aliorum sex mensium diebus & parallelis æquantur, si singuli singulis seruata dierum serie, altera ex parte respondeant. Huc pertinent horæ inæquales, & antiquæ, ex quibus horologium antiquũ componitur. Vbi notandum venit, omnes, qui hactenus de horologiis scripsere, in ea fuisse sententia, vt horæ illæ maximis interno scerentur circulis, qui scilicet per Æquatoris, & duorum Tropicorum diurnas aut nocturnas partes 12 describuntur, quod tamen doctissimus Clauius & acutè & solidè confutauit in suo Astrolabio, lemmate 39. lib. 1. & demonstrauit in sphæra obliqua non eosdem circulos, qui per inęquales horas Æquatoris & Tropicorum incedunt, etiam inęquales horas intermediorum parallelorum transire.

Circuli horarum inæqualium qui sint.

DE VMBRARVM *proiectione.*

CAPVT II.

VMBRARVM proiectiones in Gnomonicis oriuntur ex illo genere proiectionum primo, quod vocant *Orthographicem*, in quo (optice loquendo) oculus à re visa infinito interuallo abesse supponitur. Sũt autem illæ proiectiones, rebus Astronomicis, tum

Origo umbrarum proiectionis.

ad omnem demonstrandi rationem, perutiles necessariæ; harum nempe auxilio, cœlestes obseruationes, quę antea rudi quodam modo tradebantur, ad exactum calculum minutissimarum partium nunc sunt reuocatæ. Equidem in plano longè facilius quidquid libuerit designare, quàm in Globo solido, siquidem circinus & regula sunt instrumenta ad planas descriptiones certissima. Cùm vero antiqui animaduerterent Globos cœlestes, solidos minus esse idoneos, quibus exactè demonstrarentur astrorum motus, eorumque affectiones, vt ortus & occasus, &c. quæ certa lege, definito tempore, ac propriis locis suas absoluunt periodos, abstrusa quadam inuestigatione, longeque à sensibus dissitâ inscribere didiscerent Astrolabia, Horologia, & Gnomones sola regula, normaque, ac circino, quæ profectò nihil aliud erãt quàm circuli cœlestes, & signa in planum proiecta. Itaque hæc vmbrarum proiectio Opticæ proiectioni simillima est, atque ad Scientiam Gnomonices per necessaria. Etenim Sol est instar oculi à nobis infinito spatio remoti, id verò quod post se vmbram fundit, veluti corpus quod videtur: Vmbra demum tanquam radius est, quo forma corporis opaci in planum deportatur, ipsique occurrens, figuram aliquã in communi sectione exhibet, quam vmbræ *proiecturam seu proiectionem* vocant; aut breuius *Proiectio est rei solidæ in planum transcriptio* vt docet Aquilonius libro 6. qui fusè & non minus solidè quàm acutè, de tribus proiectionum generibus disseruit, ex quo sanè, vt etiam alijs eius opticorum libris plura ad vmbrarum proiectionem attinentia, collegimus.

Quid proiectio.

PROPOSITIO I.

Radius, puncti vmbrosus cum radio luminoso à quo procedit, in directum extenditur. Aquilonius lib. 5. prop. 57.



Esto radius luminosus AB, cuius terprofluẽtia corpore opaco B incipiatur: Dico vmbram corporis B, cũ radio luminoso AB, non efficiat vnam rectam lineam. Sit vmbra corporis B, à luminoso

luminoso A, proiecta BD, angulum cum luminoso à radio AB efficiens ABD, cui recta subtendatur AD cum luminosa AB & vmbra BD triangulum efficiat. Quoniam igitur angulus BAD infinitè diuidi potest more cæterarum magnitudinum, poterunt & infinitæ rectæ lineæ à puncto A ad oppositum latus BD produci: Atqui lumen rectis lineis euibratur per 2. prop. libri 5. Aquilonii: ergò per singulas hasce lineas rectas poterunt quædam luminis productiones à luminoso corpore A ad lineam DB deriuari; Imò nullum punctum in linea BD signari mente vel reipsa poterit, ad quod radius aliquis luminis non pertineat: Itaque linea BD non est vmbrosa, sed luminis particeps, contra hypothesin, quod fieri nequit. Eodemque modo cæteræ omnes rectæ lineæ, præter BC, quæ sola cum AB in directum extenditur, lumen ab'A accipere ostendi possunt. Igitur radius vmbrosus, cum luminoso à quo procedit, in directum extenditur; quod erat demonstrandum.

PROPOSITIO II.

Vmbra puncti semper est linea infinita.

Perspicua est huius veritatis demonstratio. Cum enim vmbræ magnitudo ex magnitudine intercepti luminis æstimetur, tanta erit vmbra cuiusque corporis opaci, quantum est lumen quod interiectu corporis vmbrosi sistitur, ac transitu prohibetur.

At punctum maiorem luminis partem prohibere non potest quam indiuisibilem; siquidem id tantum luminis impenditur, quod in ipsum corpus opacum cadit: in punctum verò opacum indiuisibile lumen procedit indiuisibile.

Igitur indiuisibile est id luminis, quod ab indiuiduo puncto opaco arcetur: Quocirca vmbra puncti semper est linea, illa scilicet, quæ cum interrupto luminis radio in directum extenditur.

Est porrò infinita longitudine hæc linearis vmbra: quippe eousque procedit, quousque luminis affluentia prohibetur. At hæc prohiberi non potest: Nam præter vnicum ra-

dium nullus omninò alius potest à puncto luminoso ad vmbram puncti opaci attinere. Quòd puncti luminosi radius vmbraque puncti opaci, in lineam rectam extendatur per superiorem huius cap. prop. Quo fit, vt qui eò peruenturi erant radij, occursu puncti opaci prohibeantur; qui verò non per opacum punctum porriguntur, quò lõgiùs abeunt, eo ampliori interuallo ab vmbroso radio diuellantur. Igitur quantumuis producta fuerit linearis vmbra, nunquam deficiet, cum ad ipsam nullus lumini accessus pateat, obsistente à principio opaco puncto, ne vel tenuis aliquis luminis radius ad oppositam vmbram pertineat.

Notandum hoc loco est nos, per punctum luminosum atque opacum, itemque per linearem vmbram, non intelligere eiusmodi indiuidua, qualia subtilitate Mathematica sola mens assequitur; sed crassiora ac physica, queis scilicet minora externus sensus non caperet, licet ea mentis aciem minimè fugiant.

Propositio III.

Si linea opaca lucido corpori ita obiecta fuerit, vt producta ipsum secet, erit vmbra eius linea interminata.



Lucido corpori AB recta obijciatur linea CD, eo inquam situ, vt versus luminosum producta, illud secet in E: nihil porrò interest rectos ne an obliquos angulos cũ AB ad punctum E faciat. Dico vmbram DF rectam esse lineam, eamque interminatam. Quoniam enim ex hypothesi ED recta sit linea, & per 1. p. huius EC & DF in directum sunt constitutæ, erit tota ECDF in directum exposita: Quare & pars eius DF ex æquo suas interiacet partes.

Verùm quod ipsa DF latitudinis sit expers, ex eo probatur, quòd vmbra à puncto luminoso & opac indiuisibili profecta, latior esse non possit quam punctum, vt prop. superiore demonstratum est.


At cum CD linea ſit ſecundum latitudinem inſectilis, erit & E luminoſi corporis punctum indiuiduum.

Igitur vmbra DF, quæ ab indiuiduo luminis puncto E inſectilique linea CD proficiſcitur, latitudinis eſt expers. Quocircà ipſa eſt recta linea per 2. def. 1. Eucl.

Quòd autem interminata ea ſit, eodem modo probari poteſt, quo ſuperiore propoſitione *Vmbra* puncti oſtenſa eſt infinita. Quoniam enim DF cum puncto in directum eſt ſita quantumuis producatur, nullum vmquam luminis radiũ à puncto E ſuſcipere poteſt ideoque interminata conuincitur; Si quidem omnis vmbra eouſque procedit, quouſque nullis à luminoſo corpore euibratis radijs prohibetur.

PROPOSITIO IV.

Sole in quocunque circulo horario, vel alio maximo exiſtente, radius ſolaris, atque adeo vmbra verticis ſtyli proïjcitur in rectam lineam, quæ communis ſectio eſt ipſius circuli horarij, vel maximi, & plani horologij.



Sit circulus horarius, vel quicunque alius maximus Clauius,

ABCD, à mundi centro I descriptus, secans planum horologij EFGN, per rectam EG, sitque axis mundi AC; sit quoque stylus, seu gnomon IK, horologij eidem plano rectus, cuius vertex I. Dico sole in quocunque puncto; verbi gratia, in L existente circuli ABCD, radium eius LI, & vmbram centri, seu verticis styli I in rectam proijci lineam EKG, infinitè si opus est extensam. Quoniam enim per 1. prop. huius radius pũcti I vmbrosus cum luminoso LI rectã efficiunt lineam, LIV, hæc vtique secabit peripheriam circuli horarij in puncto V ipsi L opposito, & proinde ipse radius LIV, erit ipsius circuli diameter: Cùm ergo recta EG, in plano eiusdem circuli existat, radius LIV ipsam EKG, secabit in puncto T: atque adeò radius solis LV, & vmbra verticis styli, seu puncti I, quod vtrique stylo commune est, proijcietur in rectam EG, quæ communis est sectio horarij circuli ABCD, & plani horologij EFGN. Eadem prorsus ratione, si alius quicunque circulus horarius per mundi polos incedens, puta ARCN idem planum horologij EFGN secet per rectam FHN, & sol existat in puncto R, ostendemus radium RI, & vmbram eiusdem verticis styli I, proiici in rectam FN productam; eò quòd radius RI ad punctum oppositum X productus, rectam FHN, in eodem plano circuli ARCN constitutam secet in puncto S.

SCHOLIVM.

Vmbra axis, seu styli & obliqui easdem lineas horarias indicat atque stylus rectus.

In horologijs sciotericis gnomon, seu stylus duplex expenditur, alter horologij plano obliquus, & axi AC congruens, qui sua longitudine IH vmbram producit; alter plano horologij rectus, verticem ad mundi centrum habens. Quod si loco styli recti IK daretur stylus obliquus IH in horologio scioterico, vmbra ipsius obliqui in idem punctum cum styli recti vmbrâ incideret, & proinde lineas easdem horarias terminaret: Si enim sol (verbi gratia) in puncto L circuli meridiani ABCD constituatur, vmbra centri in T radio directa LT extenditur, vmbra autem axis AC, aut styli obliqui IH in rectam lineam HT proijcitur: *Item* sole in alium circulum horæ tertiæ puta in Y transmutato, vmbra centri in M terminatur radio directo YM;

vmbra autem axis seu styli obliqui IH, in HM proijcitur: vmbra verò styli recti IK in eundem solis radium terminatur. Stylus igitur obliquus æquè lineas horarias atque stylus rectus in horologio designare potest.

Huius rei ratio est, nimirum in horis Astronomicis à Meridiano deductis, totum axem, vel saltem ipsius partem aliquam horas in horologij plano exhibere: Cùm enim vmbra in eundem incidat circulum, in quem & lumen, necesse est, lumen, vmbramque ab axe proiectam inæquabilem superficiem exrendi, per 1. prop. huius, cuius intersectio communis & plani, in quo horæ designantur, recta est linea; per 3. prop. 11. Eucl.

Non necesse est horologia scioterica in mundi centro collocari.

Licet verò hinc consequens esse videatur, vt stylus obliquus, IH, qui axis mundani vicarius est, & sola longitudine horariam vmbram ostendit, ita collocari debeat, vt eidem axi mundano perfectè congruat: rectus autem, cuius vertex centrum est mundi, sic statui debeat, vt eius apex in mundi centrum coincidat; Cùm tamen sol infinitè à nobis elongetur, sitque propterea terræ moles vniuersa puncti instar, nihil refert quo in loco globi terreni hi gnomones, horologiaque statuantur, modo is, qui axem repræsentat, axi mundano æquidistet: Vt in superiori schemate, si planum quodpiam, puta, horizontale EFGN horarios circulos ABCD & AYCN secet in rectis HG, & HN, quæ proinde horarum sint notæ, eæque transferantur in aliud quodcunque planum ad vsum horologij conueniens. Vtique hoc planum quocunque loco collocari poterit, siue in mundi centro, siue supra centrum, siue in montis cuiuslibet fastigio, dummodo ipsi plano EFGN æquidistet: Nam eâ mutatione, quâ planum EFGN locum tantummodo mutat, manente eodem situ, id est, modò horizonti parallelum maneat, linearum HG, & HN dispositio, eadem semper manet; mutatur autem, cùm situs etiam plani mutatur. Igitur quocunque loco gnomon, seu horologium solare collocetur, dummodò horologij plano æquidistet, cuius & circulorum horariorum communes sectiones in horologium transcriptæ sunt, æquè ad cognoscendas horas inseruiet, ac si loco proprio constitutum fuisset.

COROLLARIVM I.

Hinc manifestum est, planum horologij solaris horarios circulos secans, horarias eiusdem nominis lineas efficere.

Vt enim circuli maximi, qui horas tàm à Meridiano, quam ab horizonte auspicantur *horarij* appellantur per 9. art. cap. Ita quoque communes ipsorum sectiones, & plani horologij, in quas vmbra styli proijcitur *lineæ horariæ* nuncupantur, per hanc prop. quia extremitas vmbræ in illas incidens quota sit hora, hoc est, quemnam circulum horarium tunc occupet sol, ostendit. Quare communes circulorum maximorum sectiones, & plani horologij nomen accipiunt à circulis illis maximis, qui eas in horologio efficiunt; vt communis sectio Æquinoctialis circuli, & plani horologii dicitur *linea Æquinoctialis*: verticalis circuli, & plani horologii sectio communis *linea verticalis*; Meridiani & eiusdem plani horologii communis sectio *linea Meridiana &c.*

Nota. Quòd si circulus maximus plano horologii æquidistet, indicium est illam lineam à circulo maximo denominatam in horologio describi non posse. Cum enim circulus ille non secet planum horologii, sed ei æquidistat, non habebunt communem sectionem circulus ille, & horologii planum, neque radius solis in eo circulo existentis in planum horologii proiicietur; sed infinitam faciet propemodum vmbram horologii plano æquidistantem: vnde neque in horologio horizontali linea horizontalis seu horæ 24. ab ortu vel occasu; neque in horologio verticali, linea verticalis; neque in polari lineæ horæ sextæ à meridie vel media nocte; neque in Meridiano linea horę 12. à meridie vel media nocte; neque in verticali gr. 45. linea horę 12. ab ortu vel occasu; neque in Æquinoctiali linea Æquinoctialis describi potest, sed prorsus euanescit. Id quod ex figura superiori facile intelligi potest. Sole enim existente in pun-

cto B, circuli BD, erit radius BI, & vmbra ID, plano horologii EG æquidistans, sicut & circulus ipse eidem plano æquidistat.

COROLLARIVM II.

Hinc etiam sequitur vt planum horologii solaris, siue quod à Meridiano, siue quod ab horizonte horarum initium sumat, nihil aliud sit quàm communes horariorum circulorum, & plani horologii sectiones, quæ quidem omnes rectæ sunt lineæ per 3. prop. 11. Eucl. propterea quòd vt in hac prop. ostendimus, sole existente verbi gratia, in circulo horæ 12, vmbra styli proiicitur in rectam quæ communis est sectio prædicti circuli horarii, & plani horologii: atque adeò horam indicat duodecimam, cuius circulum tunc sol occupat, & ita de reliquis horis.

COROLLARIVM III.

Perspicuum quoque est ex his, sole existente in Æquinoctiali circulo, vt in principio ♈, vel, ♎ radium solis, & extremitatem vmbræ styli describere motu diurno lineam rectam communem videlicet Æquatoris & plani horologii sectionem; quia eo tempore radius solis per mundi centrum transiens, atque adeò vmbræ extremitas à plano æquatoris non recedit, (negligimus enim hic modicam illam declinationem, quam proprio motu sol requirit) sed semper in communem sectionem æquatoris, & plani horologii, id est, in lineam æquinoctialem proiicitur, vt ostensum est. Quare ad motum diurnum ipsum describet.


COROLLARIVM IV.

Ex his tandem consequuntur 1. *In quolibet horologio vertex styli idem censeri debet, quod centrum mundi: 2. Planum verò ipsius horologij tantùm à centro mundi abesse intelligendum est, quanta est styli longitudo. 3. Et æquidistare circulo maximo, ad cuius planum stylus rectus est. 4. Et à quo nomen habet horologium.*

THEOREMA 5. PROP. 5.

Clauius prop. 18. lib. 1.

Si plana vt in prima figura quotcunque ab, ed, ef, rs vnam eandemque habentia sectionem communem secentur plano quopiam alio IK, quod vni eorum rs, vel communi illorum sectioni gh æquidistet, erunt omnium illorum planorum ab, ed, ef, & plani secantis IK communes sectiones, lm, no, pq lineæ parallelæ: Si verò vt in 2. figura eadem plana ab, ed, ef secentur plano IK, quod non æquidistet communi Morum sectioni gh, coibunt communes omnium Morum ab, ed ef, & plani IK secantis sectiones lm, no, sectiones P, Q, in illo puncto sectis communis R, in quo planum IK secans ipsam gh intersecat.



Planum Clauio dicitur rectæ cuipiam æquidistans, quod infinitè productum nunquam conuenit cum linea illa rectæ infinitè quoque producta, vel cui per rectam illam lineam planum aliquod æquidistans duci potest.

Ducto enim per rectam GH, plano RS, (si forte planum IK, soli rectæ GH, æquidistare ponatur, & non alieni plano) quod plano IK, æquidistet, secabitur planum AB, planis parallelis IK, RS. Igitur communes sectiones LM, GH, parallelæ

parallelæ sunt, per 16. p. 11. Eucl. Eadem ratione parallelæ erunt NO, GH, & PQ, GH. Quare rectæ LM, NO, PQ, cùm parallelæ sint ipsi GH, inter se quoque parallelæ erunt per 9. p. 11. Quod erat primò ostendendum.

Sed iam planum secans IK, non æquidistet sectioni communi GH, sed illi productæ ad partes H, occurrat in puncto R, vt in figura posteriori. Dico LM, NO, PQ communes sectiones planorum AB, CD, EF, & plani secantis IK, coire in eodem puncto R, in quo planum secans IK, communem sectionem GH, productam intersecat.

Nam planum AB, per rectam GH productam ad partes H, extensum secabit planum IK, in R puncto, cum semper producatur per rectam GR. Cum ergo idem planum AB, secet idem planum IK, in punctis L, M; Communis autem sectio planorum sit linea recta per 3. p. 11. collocabuntur tria puncta L, M, R, in linea recta, nempe in communi sectione planorum AB, IK. Quare recta LM (communis scilicet sectio planorum AB, IK) producta ad partes M, coibit cum GH, producta in R. Eodem argumento ostendemus, rectas NO, PQ, conuenire in eodem puncto R, cum GH. Communes igitur sectiones LM, NO, PQ productæ coeunt cum sectione GH, producta in puncto R, in quo planum secans IK, eidem sectioni GH, occurrit. Quod est propositum.

Propositio VI.

Si axis mundi planum horologij secet, lineæ vmbratiles omnium horarum à meridiano deductæ in communi axis & plani sectione, quæ centrum horologij dicitur, conuenient.

Cùm enim omnes horarij circuli à Meridie vel media nocte exorsi sese in mundi polos intersecent, vt art. 9. cap. 1. huius tractatus innuimus, erit axis mundi communis omnium intersectio: Quare & lineæ horarum, seu vmbrarum proiecturæ, quæ quidem sole in singulis horariis circulis

existente, ab axe profunduntur, sese omnes in eodem axe intersecant. In quo igitur puncto occurrit axis plano horologii, in eodem conuenient omnium illorum & plani horologii communes sectiones, hoc est, lineæ vmbratiles, seu horariæ per 5. prop. huius. Si ergo axis mundi planum horologii secet &c. Quod erat demonstrandum.

Corollarium. Hinc patet in omni horologio Æquinoctiali, horizontali, verticali quocunque sphæræ obliquæ horarum Astronomicarum lineas in punctum plani, cui gnomon axi parallelus incidit, productas concurrere. Nam illud incidentiæ punctum, seu horologii centrum ipsam plani ac mundani axis communem intersectionem repræsentat. Excipe tamen verticale horologium illius sphæræ obliquæ, in qua vertex est polus mundi. Ibi enim verticalis circulus per mundi polos & axem incedit, atque adeò axem non secat. Igitur neque planum horologii eidem æquidistans eundem secare potest.

Denique, vt vno verbo omnia comprehendamus, lineæ horariæ à meridie vel media nocte in horologio quolibet, cuius planum non æquidistat alicui circulo per polos mundi transeunti, vel axi mundi (cuiusmodi sunt ferè omnia horologia declinantia & inclinata) secant axem mundi in duo eodemque puncto, in quo scilicet axis ipse in plano horologii occurrit: Quia horologium eiusmodi quodcunque axem mundi secat, cum circulus maximus, cui æquidistat, non per mundi polos ponatur transire.

Propositio VII.

Si planum horologij secans horarios circulos à medie vel media nocte inchoantes alicui circulo per mundi polos ducto, vel axi mundano æquidistet, erunt lineæ vmbratiles inter se parallelæ.

Nam cum omnes circuli horarii à meridie vel media nocte deducti per mundi polos incedant, per 9. art. cap. 1. Erit

axis mundi eorum planorum communis sectio. Quare, si planum horologij ipsos circulos horarios secans æquidistet alicui per polos mundi, atque adeò par axem, communem eorum sectionem, dicto, vel ipsi axi, erunt per 5. p. huius, illorum omnium circulorum, & plani horologij ipsos secantis, communes sectiones, hoc est, lineæ vmbratiles, seu lineæ horariæ à meridie vel media nocte, parallelæ. Si ergò planum horologij secans horarios &c. Quod erat demonstrandum.


COROLLARIVM

Hinc sequitur, in horizontali horologio sphæræ rectæ, Meridiano, atque polari quolibet omnes horarias lineas à Meridie vel media nocte deductas esse tum inter se, tum gnomoni parallelas; Quoniam horum horologiorum plana circulis, nempe horizonti recto, Meridiano, & hectemorio seu circulo horæ sextæ à meridie vel media nocte, per polos, & axem mundi ductis æquidistant.

Vt denique paucis multa complectar, lineæ omnes horariæ à meridie vel media nocte in quouis horologio, cuius planum alicui circulo horario à meridie vel media nocte, vel certè axi mundano æquidistat, per hanc prop. parallelæ sunt.

PROPOSITIO VIII.

Si sol per ambitum circuli in sphæra maximi incedat, vmbra centri eundem describet circulum.



Sit in sphæra ABC, cuius centrum D, maximus circulus AFEG per cuius ambitum sol incedere animo concipiatur, & in punctum A, iam peruenisse: Quoniam luminis radius AD ad centrum sphæræ D pertinens in ipsius est circuli plano, erit etiam vmbræ radius DC, qui ex centro prodit in eodem plano in quo & circulus: Si

quidem DC, & AD radij vnam efficiunt rectam lineam per 1. prop. huius: fieri autem nequit vt rectæ lineæ AC pars AD, id est luminosus radius in plano quidem sit circuli, pars verò DC, id est radius vmbrosus sit à circuli plano sublimis, velut in DE per 1. prop. 11. Euclid. Itaque & vmbrosus ipse radius DC in eodem est circuli plano in quo & AD.

Deinde fingatur sol in F promotus, radium FD ad centrum protendere. Quoniam igitur per 1. prop. 11. Eucl. vmbræ radius DG luminoso FD in directum coniunctus nequit à plano, in quo FD, sublimis esse, verbi gratia in DE, sed erit is in eodem cum FD, plano.

Propositio IX.

Sole circulum maximum percurrente vmbram à centro in rectam plani lineam profundit.


Nam per 1. prop. huius. Vmbra centri recta est linea, in directū cum luminis radio extensa: describet igitur vmbræ radius in orbem cum Sole actus eundem ipsum circulū, per quem sol circumfertur per ant. propos. hic ergo circulus, seu potiùs planum vndique infinitum, si alio quopiam plano secetur, erit vtriusque communis sectio id est, vmbræ proiectura, recta linea per 3. p. 1. Eucl. quod erat demonstrandum.

Hinc porrò consequens est, vt Æquator & horizon in rectas lineas plano horologij, quodcumque tandem illud sit, inscribantur, quarum ea quæ æquatorem repræsentat, vtraque ex parte est infinita: ea verò quæ horizontem exhibet, vtrimque finita: Nam partem dumtaxat horizontis repræsentat amplitudine ortiua occiduaue definitam.

Propositio X.

Si sol per sphæræ circulum non maximum incedat, duæ conicæ superficies: ad centrum sphæræ,

ſeu ad communem verticem conuenient, vna luminoſo ex radio circunducto, altera opaca, ex ea vmbra, quam centrum profundit, quarum vnius baſis eſt parallelus à centro ſolis deſcriptus; alterius autem, parallelus parallelo huic oppoſitus; & vtriuſque idem, qui mundi axis.



Sit ſphæra ABDC, cuius centrum E, eiuſque axis LP; communis ſectio æquatoris & circuli Meridiani ABDC; recta IG, communes duorum parallelorum, oppoſitorum & eiuſdem Meridiani ſectiones rectæ AB, CD, ſecantes axem in punctis N, & O, quæ centra erunt illorum parallelorum per 10. p.lib.1. Theod. Si ergò ſol per circulũ non maximũ conſtituatur, vt in puncto A, radius eius AE, qui ad centrum E pertinet circumactus metæ ſuperficiem deſignabit ad inſtar coni; ſiquidem baſim habet circulum AHBI, in quem ſol conuertitur (manente puncto E fixo, cum ad motum diurnum centrum ſolis ab eo non recedat) & altera ex parte circa peripheriam circuli CKDM, qui priori æqualis eſt & oppoſitus. Igitur radius ſolis AE productus ad D, deſcribet conicas ſuperficies EAB, & EDC ad centrum E connectas, quarum baſes ſunt paralleli oppoſiti AHBI, CKDM; vertex communis E centrum mundi; axis verò vtriuſque EN, EO, idem qui axis mundi, quandoquidem axis per ipſorum polos atque adeò per centra N, O, eorumdem circulorum AHBI, CEDM tranſit, per 10. p.lib.1. Theod. hæc omnia per coni definitionem, ex Apollonio Pergæo, perſpicua ſunt.

COROLLARIVM.

Hinc fit, vt radius ſolis in Æquatore quidem exiſtentis,

motu diurno circa centrum mundi deſcribit circulum nempe ipſum Æquatorem.

Nam per 8. prop. ſole per ambitum circuli in ſphæra maximi incedente, vmbra centri eundem deſcribet circulum.


At Æquator vnus eſt è numero maximorum ſphæræ circulorum, vt notum eſt in ſphæricis. Ergò radius ſolis in æquatore verſantis, motu diurno circa mundi centrum deſcribet æquatorem.

COROLLARIVM.

Hinc etiã fit, ſole exiſtente in quocũque Zodiaci puncto, præterquam in principio ♈ & ♎, vbi tranſit æquinoctialis circulus, radium ſolis, & extremitatem vmbræ ſtyli motu diurno lineam deſcribere curuam, communem nimirum ſectionem conicæ ſuperficiei, quam vmbra deſcribit, cum horologij plano: Quia eò tempote radius ſolis per cẽtrum mundi incedens, atque adeò vmbræ extremitas à ſuperficie conica vmbroſa non recedit, ſed ſemper in cõmunem ſectionem ſuperficiei vmbræ, & plani horologij, quæ quidem erit aut circulus, aut parabole, aut hyperbole, aut Ellipſis: Nam,

PROPOSITIO XI.

Si planum horologij circulo maximo, baſibuſque conicarum ſuperficierum æquidiſtans extiterit; vmbra centri ex ſolis motu diurno in ipſius plano deſcripta circulus erit, centrum habens in axe mundi.



In ſphæra, cuius centrum A, ſit maximus circulus HI, duæ verò ſuperficies conicæ ADE, AFG, ad mundi centrum A, veluti communem verticem connexæ, quarum baſes DE, FG ſint circuli paralleli ad motum ſolis diurnum deſcripti, oppoſiti & æquales, ſitque planum horologij K PL circulo maximo HI parallelum, faciens in ſuperficie AFG ſectionem MQN: Dico peripheriam MQN in quam vmbrā centri A ex motu ſolis profuſa, incidit, eſſe circulum, qui centrum in O axe mundi habet.

Cùm enim plana F G, K L, plano H I, parallela ſint ex hypotheſi, ipſa quoque inter ſe parallela erunt per 16. p. lib. 11. Quamobrem, cum ſuperficies conica A FG ſecetur plano K L, quod baſi F G æquidiſtat, ſectio facta M N circulus erit per 4. p. lib. 1. Conicor. Apollonij, centrum habēs in axe BC, vbi ſcilicet planum horologij axi occurrit. Eodem modo, ſi planum circulo H I parallelum, ſecet conicam ſuperficiem A DE, ſectio circulus erit. Si igitur planum horologij circulo maximo, &c. Quod erat demonſtrandum.

COROLLARIVM I.

Hinc fit, horologium æquinoctiale ſecans ſuperficiem conicam, cuius baſis ſit æquatoris parallelus, efficere circulum; eò quod æquinoctialis circulus, cui planum horologij æquidiſtat, baſibus huiuſmodi conicarum ſuperficierum, parallelus eſt.

COROLLARIVM II.

Hinc etiam fit, in ſphæra parallela, ſeu obliquiſſima, vmbrarum ſigna plano horizontali, circulari formâ inſcribi; cuius ratio eſt, quòd circuli omnes, per quos ſol motu diurno incedit, æquatori ſint paralleli. Quoniam ſol circa eoſdem æquatoris polos toto anni tempore circumfertur.


COROLL. III.

Hinc etiam conſequitur, vt ea conſtitutione, qua planum horologij æquatori parallelum ſupponitur, facillima ſit horarum deſcriptio. Si namque plano horologii circulus inſcribatur, cuius centro ſtylus normalis exiſtat, ac circuli peripheria in 24. diuidatur, peractum, erit propoſitũ. Nã quemadmodum ſol; ita & vmbræ extremitas æquis temporibus æqualia abſoluit ſpatia quæ proinde ſi numero 24 accepta fuerint, ea profectò horarum interualla conſtituẽt

PROPOSITIO XII.

Si planum horologij circulo maximo, qui vtramque baſin conicarum ſuperficierum tangit, æquidiſtet; vmbra à centro in planum proiecta erit coni ſectio, quæ Parabola dicitur.

Sint in ſphæra BDC G excentro A, deſcripta eædem duę ſuperficies conicæ, quæ ſuprà; ſitque maximus circulus EOF tangẽs baſes conicarum ſuperficierum DE, FG, in punctis E&F. Huic autem circulo maximõ æquidiſtet horologij planum LIMH faciens in conica ſuperficie vmbroſa AF G ſectionem KLM.



Hanc

Hanc dico esse Parabolen. Ducatur enim per polos circuli EOF & per contactum E circulus maximus DEGF, hic vtique per polos parallelorum DE, & FG, id est per axem vtriusque coni transibit per 5. p. lib. 2. Theod. Facietque in superficie coni vmbrosa sectionem per axē FAG, Cùm ergò circulus LIMH circulo EOF æquidistet, ex hypothesi; communes horum circulorum & circuli DEGF sectiones erunt parallelæ, per 16. p. 11. Eucl. Porrò cùm maximus ille circulus DEGF parallelos, seu circulos non maximos FLG & LIMH per polos secet; Vti iam supra ostensum est, vtrumque bifariam & ad angulos rectos secabit.

Quare LM communis sectio circulorum FG, & IH eidem circulo DEGF, id est, triangulo per axem FAG, normalis erit. Quoniam igitur conus FAG, plano secatur FAG per axem; secatur verò & altero plano LkM, cuius basis LM ad basim trianguli per axem FG, recta est, sitque sectionis diameter KN lateri AF trianguli per axem parallela; erit per 11. p. 1. Conicorum Apollonij sectio LkM parabola. Quod demonstrandum erat.

COROLLARIVM.

Itaque cùm horizon quilibet obliquus tangat duos parallelos, quorum alter est maximus eorum, qui semper apparent, alter verò maximus eorum, qui semper sub terra occultantur; erit communis sectio plani horologii horizontalis, & coni, cuius basis est parallelus maximus eorum, qui delitescunt, (neque enim alter conus, cuius basis semper apparet, secatur, cùm totus extet supra horizontem) parabole.

Idem continget in horologio verticali ad latitudinem gr. 45. *Item* in horologio, cuius planum circulo horæ cuiuslibet ab ortu vel occasu æquidistat. Nam & verticalis circulus latitudinis graduum 45. & circulus cuiuslibet horæ ab ortu vel occasu in omni horizonte tangit maximum parallelum eorum, qui toti supra horizontem extant. Vt art. 10. cap. 1. huius indicauimus.

Denique communis sectio cuiuscunque horologij & coni, cuius basis tantùm ab æquatore declinat ad austrum, quantum est complementum altitudinis poli arctici supra circulum mximum, cui planum horologij æquidistat, Parabole erit. Talis erit sectio coni basin habentis parallelum ♑, & horologij horizontalis ad latitudinem septentrionalem gr. 66. 30. Nam complementum huius latitudinis continet gr. 23. 30. quanta est nimirum declinatio paralleli ♑. Talis etiam erit sectio coni basin habentis parallelum ♒ & ♓, & horologij horizontalis ad latitudinem septentrionalem graduum 69. 48. complemẽtum enim latitudinis istius, nẽpe graduum 20. 12. æquale est declinationi prædicti paralleli. Sic quoque sectio coni, cuius basis parallelus est ♏, & ♌, & horologij horizontalis ad latitudinem borealem 78. 30. Parabole erit; quippe cùm huiusce latitudinis complementum, hoc est 11. 30. æquale sit declinationi paralleli ♏ & ♌. Idem intellige de conis, quorum bases sunt paralleli boreales prædictis oppositi, nempe parallelus 69. ♊, & ♌, ♉ & ♍, vbi tamen polus antarcticus supra horizontem eleuatur.

Ex his facile erit iudicare, quænam plana horologiorum parabolas faciant sole quemcunque parallelum obtinente. Si enim sol existat in parallelo septentrionali quem circulus maximus EOF plano horologij LH æquidistans tangit, erit communis sectio horologij, & coni vmbræ basim habentis parallelum australem oppositum, Parabole; vbi videlicet polus arcticus supra horologij planum extollitur. At verò si antarcticus polus supra planum horologii conspiciatur, & sol obtineat parallelum australem, quem circulus maximus horologii plano æquidistans contingit, fiet parabole in cono vmbræ, cuius basis est parallelus septentrionalis oppositus, vt ex dictis patet. Nam in figura superiore, si B, ponatur polus arcticus, & sol existat in parallelo septentrionali DE describet quidem radius solis conos ADE, AFG, sed horologii planum HI, in cono vmbræ AFG, cuius basis FG, parallelo solis DE, opponitur, faciet parabolem KLM. Si verò B. ponatur polus antarcticus, & sol percurrat parallelum australem DE, faciet eodem mo-

do planum horologii parabolen in cono vmbræ ſeptentrionali AFG, &c.


In eadem quoque figurâ vides polum arcticum B, tantum eleuari ſupra planum EF tangens parallelum DE, borealem, quantum eſt complementum declinationis paralleli oppoſiti auſtralis FG &c.

Cùm altitudo poli ſit arcus BE, complementum verò declinationis arcus CF, qui illi æqualis eſt, propter angulos æquales ad verticem in centro A quibus inſiſtunt. In vniuerſum enim circulus quilibet maximus tangit illum parallelum, cuius declinatio æqualis eſt complemento altitudinis poli ſupra illum circulum maximum, vel quod idem eſt, cuius declinationis complementum æquale eſt altitudini poli ſupra circulum maximum. Id quod figura ſatis indicat.

PROPOSITIO XIII.

Si planum horologij circulo maximo, vtrumque conum ſecanti æquidiſtet, erit proiecta centri vmbra hyperbole.

Sint in eadem ſphæra duæ ſuperficies Conicæ, quæ priùs; & HI circulus maximus vtrumque Conum ſecans, quorum alter DAE luminoſus, alter FAG vmbroſus; ſit autem huic circulo maximo HI planum horologij LK parallelum faciens in ſuperficiebus conicis ſectiones MNO, PQR. Dico has ſectiones MNO, PQR hyperbolas eſſe oppoſitas & æquales. Cum enim ſuperficies co-



nicæ ADE, AFG, ad verticem A, coniunctæ, secentur plano KL, non per verticem; erit in vtraque superficierum sectio, quæ appellatur hyperbole, & duarum sectionum eadem erit diameter, per 14. p. lib. 1. Conicorum Apollonij. Si ergo planum horologij circulo maximo, &c. Quod erat demonstrandum.

COROLLARIVM.


Cum ergò & Meridianus, & circulus cuiuslibet horæ à meridie, vel media nocte, vt articulo 9. diximus, siue horizon rectus, immo & verticalis circulus maioris latitudinis, quàm grad. 45 secet vtrumque parallelum, quorum alter maximus est eorum, qui semper occultantur; erunt cõmunes sectiones superficierum conicarum bases habentium dictos parallelos, quas faciunt plana horologiorum dictis circulis maximis æquidistantia, hyperbolæ oppositæ, & æquales.

Ità quoque communes sectiones cuiusque horologij, & conorum, quorum bases paralleli sunt solis minorem declinationem habentes, quàm quantum est complementum, altitudinis circuli supra circulum maximum, cui planum horologij æquidistat, hyperbolæ erunt oppositæ, & æquales. Tales erunt sectiones conorum, quorum bases sunt paralleli 69. & ♑, ac proinde omnium aliorum inter hos, (cum alii omnes minorem habeant declinationem, quàm illi) & horologii horizontalis ad latitudinem minorem quàm grad. 66. min. 30. quia hac ratione complementum altitudinis poli maius erit, quàm grad. 23 min. 30. quæ est declinatio 69, & ♑. Idem dic de sectionibus eorundem conorum, & horologii cuiusuis æquidistantis circulo maximo, supra quem polus mundi extollitur paucioribus gradibus, quam 66. min. 30. Ex quibus facile cognosces, quænam plana horologiorum hyperbolas faciant, sole quemcumque parallelum percurrente. Si enim sol existat in parallelo, quem circulus maximus plano horologij æquidistans, atque adeo & eius oppositum secat, erunt communes sectiones horologij & conorum bases habentium paralle-

lum illum, eiusque oppositum, hyperbolæ. Quæ quidem omnia ex figura superiori facile intelligi possunt. In vniuersum autem circulus quilibet maximus illum parallelum secat, cuius declinatio minor est complemento poli altitudinis supra circulum maximum, vt figura indicat.

Propositio XIV.

Si planum horologij æquidistet circulo maximo, qui neque basibus conorum parallelus sit, neque eas tangat, neque secet, erit proiecta centri vmbra Ellipsis.



Sint in eadem phæra duo aduersi Coni DIE & FIG vt prius; & circulus maximus HI neque basibus conorum DE & FG æquidistet, neque eas tangat, neque secet, licet infinitè producantur: huic autem circulo æquidistet planum horologij KL, faciens in cono vmbroso FAG sectionem MNO. Hanc dico esse Ellipsin. Ducatur enim circulus maximus DEGF per polos circulorum FG, HI, atque adeò & per polos circuli KL. Cùm paralleli ponantur circuli HI & KL, & proinde vtriusque ijdem sint poli per 1. p. 2. lib. Theod. Quare circulus ipse DEGF vtrumsque circulum FG & KL bifariam & ad rectos angulos secabit, per 15. p. lib. 1. Theod. facietque communes circulorum parallelorum HI, KL intersectiones HI, KL per 16. p. 1. Eucl. parallelas façietquoque idem circulus DEGF: In cono vm-

broso triangulum per axem FAG, secans rectam KL, & sectionem conicam in M. sit præterea NPO communis sectio duorum planorum, in quorum altero est circulus KL, in altero basis coni luminosi FG. Quoniam igitur plana FG, KL, recta sunt ad planum circuli DEGF, propterea quòd hic circulus illa plana bifariam, & ad angulos rectos secare ex 15. p. lib. 1. Theod. iam ostensum est; erit quoque eorum communis sectio NO ad idem planum DEGF, recta, per 19. p. 11. Eucl. atque adeò ad rectam FG basin trianguli per axem recta erit: Quia verò rectæ HI, KL, ostensæ sunt parallelæ, erunt anguli HAM, KMA duobus rectis æquales per 29. p. 1. Eucl. & proindè anguli FAM, KMA, duobus rectis minores. Conuenient ergò per 11. axioma lib. Eucl. rectæ AF, KL productæ ad partes F, K, ac proinde planum horologij per KL ductum latus AF secabit ad eadem partes FK. Quamobrem, cùm conus AFG, secetur plano DEGF per axem, secetur autem ex altero plano KL, quod vtrumque latus AF & AG trianguli per axem AFG secat; quod quidem planum neque basi conicæ FG æquidistat, neque ei sub contrarium est, propterea quòd angulus AMP maior sit angulo AGF externus interno AFG per 16. p. 1. Eucl. Cùm hic æqualis sit angulo AGF per 5. p. 1. Eucl. Est autem NO communis sectio plani secantis KL, & basis coni FG perpendicularis ipsi FG basi tranguli per axem, vel certè ei, quæ in directum ipsi constituitur; Erit igitur coni sectio MNO Ellipsis per 13. p. 1. Conicorum Apollonij. Quod erat demonstrandum.

Planum horologij verticalis ad minorem lat. quàm 45. gr. facit in altera superficierum conicarum, quarum bases sunt parallelus semper apparentium maximus, & maximus semper occultorum, Ellipsis.

COROLLARIVM.

Igitur, quia verticalis circulus minoris latitudinis, quàm grad. 45. neque æquidistat parallelis, quorum vnus maximus est eorum, qui semper apparent, alter verò maximus eorum, qui perpetuo sub horizonte latent, neque ipsos tangit, neque secat, erit communis sectio plani horologij verticalis, cuius latitudo minor est, quàm grad. 45. & coni, cuius basis parallelus est maximus eorum, qui semper

occultantur ſub terra, ſi planum horologij ſit ad partes poli occulti, reſpiciatque polum conſpicuum, vel maximus eorum, qui perpetuo apparent, ſi horologij planum ad partes poli conſpicui recedat, reſpiciatque partes poli occulti, Ellipſis.

Quæ horologia in ſuperficiebus conicis, quarum baſes ſunt quicunque parallelí æquatoris, faciant Ellipſes.

Eodem modo communis ſectio cuiuſlibet horologij, & coni, cuius baſis maiorem habet declinationem auſtralem, quam quantum eſt complementum altitudinis poli arctici ſupra circulum maximum, cui planum horologij æquidiſtat, Ellipſis erit. Talis erit ſectio baſim habentis parallelum ♑, & horologij horizontis ad latitudinem ſeptentrionalem, quæ excedit grad. 66. minut. 30. quia hac ratione declinatio ♑, nempe grad. 23. min. 30. maior erit complemento altitudinis poli. huiuſmodi quoque erit ſectio coni baſim habentis parallelum ♓, & ♒, atque horologij horizontalis ad latitudinem Borealem, quæ excedit grad. 69. min. 48. Nam huius paralleli declinatio continens gr. 20. min. 12. maior eſt complemento altitudinis poli. Talis quoque erit ſectio coni baſim habentis parallelum ♏, & ♐, atque horologii horizontalis ad latitudinem ſeptentrionalem maiorem, quàm grad. 78. min. 30. cum paralleli huius declinatio, nimirum grad. 11. min. excedat hoc modo complementum altitudinis cubi. Idem dic de conis, quorum baſes ſunt paralleli Borealis prædictis oppoſiti, vt parallelus 69; ♊, & ♌, ♉, & ♍, vbi polus tamen antarcticus ſupra horizontem extollitur.

Hinc facile diſces, quænam plana horologiorum Ellipſes faciant, ſole exiſtente in quouis parallelo. Etenim ſi ſol exiſtat in parallelo ſeptentrionali, cui circulus maximus plano horologij æquidiſtans, neque æquidiſtat, neque tangit, neque ſecat, erit communis ſectio horologij, & coni vmbræ baſim habentis parallelum auſtralem oppoſitum, Ellipſis; Vbi nimirum polus arcticus ſupra horologij planum eleuatur. At verò ſi antarcticus polus ſupra planum horologii extollatur, & ſol ſit in parallelo auſtrali, cui maximus circulus plano horologii æquidiſtans neque æquidiſtat, neque eum tangit, neque ſecat, fiet Ellipſis in cono vmbræ, cuius baſis parallelus eſt borealis


oppositus, vt ex dictis perspicuum est. Tunc autem circulus maximus parallelo cuius neque æquidistat, neque eum tangit, neque secat, quando declinatio paralleli maior est complemento altitudinis poli supra circulum maximum: vel quando complementum declinationis paralleli minus est altitudine poli supra circulum maximum.

Ex iis tandem, quæ superioribus prop. ostendimus, facilè erit in dato plano lineas quasdam inscribere, in quas gnomonis vertex vmbram continuò proiiciat, sole quemcunque parallelum, seu arcum ipsius diurnum percurrente. Cùm enim iam constet æquatoris proiecturam semper rectam esse lineam, reliquorum verò parallelorum descriptiones, coni sectiones esse; si eæ iuxta datum sectionis modum in plano designentur, peractum erit quod postulatur.

PROBLEMA I. Propositio XV.

Tabula prima huic fundamento innititur.

Data polieleuatione, & solis à Meridiano distantia, arcum horizontis inter circulum quemlibet horarium ac Meridianum interiectum explorare.



Sit in schemate Meridianus loci AFEB à mũdi centro C descriptus, horizon loci ABP. Æquator HTK. Polus mũdi Boreus E, Polus Antarcticus Q, circulus horarius E✶T secãs horizontẽ in puncto S; sitque poli eleuatio BE; distantia solis à Meridia-

Sit

no

no arcus TK, seu angulus KET, ex quibus inquirendus est horizontis arcus SB inter horarium circulum & Meridianum interceptus.

EXEMPLVM.

Sit poli elevatio 48. 50' BE, distantia solis à Meridiano 60 gr. TK, hoc est sit data hora 4 ante vel post meridiem; quælibet enim hora 15 gradus efficit, Quæratur autem arcus SB.

In triangulo rectangulo EBS dantur { EBS. 90. 0 rectus. / SEB 60. 0 dist. ☉ à Merid. / EB 48. 0 poli elevatio.

Hinc emerget arcus SB 52 gr. 31' per 1. consect. 18. prop. doct. mob. Nam *Vt radius* 1000000, *ad sinum BE* 48. 50. *nempe* 98 7668: *ita tangens anguli SEB* 60. *gr. nempe* 1023856 *ad* 1001524 *tangentem arcus horizontis quæsitus SB* 52 *gr.* 31.

PROBLEMA II. PROPOSITIO XVII.

Data poli elevatione, necnon arcu horizontis, aut verticalis horario; arcum tàm inter Æquatorem & horizontem, quàm inter Æquatorem, & loci verticalem interceptum inquirere.


Sit in schemate antecedentis probl. Meridianus AFEB, horizon loci ALB, cuius polus F, verticalis primarius FL, ortus vel occasus L: sitque, exempli gratia AZ, arcus horæ 1, aut 9: Arcus verò AH altitudo Æquatoris, seu complementum elevationis poli regionis 41 graduum, mensurans angulum YLZ, ex quibus indagandus est arcus YZ inter horizontem & æquatorem interceptus.

In Triangulo rectangulo YZL, dantur ex tab. primâ excerptus. { ZYL 90. 0. rectus. / ZLY 41. 0. / LZ 52 59. compl. arcus horiz. AZ. 37. gr. 1'.

Hinc prodit arcus YZ quæsitus 31 gr 35', hac analogiâ. *Vt radius* 1000000, *ad sinum anguli ZLY* 981694: *Ita sinus cruris LZ* 990225, *ad* 971919 *sinum arcus YZ* 31. 35. qui quærebatur.

PROBLEMA III. PROPOSITIO XVII.

Dato arcu inter horizontem & Æquatorem intercepto in horizontali horologio, vel arcu inter Æquatorem & verticalem in horologio verticali, necnon solis declinatione, cum styli obliqui longitudine; elongationem vmbræ styli ad quamuis horam indagare.



Sit in exemplum inquirenda vmbræ styli elongatio in horizontali horologio ad horam 3, nempe linea AP Sole Tropicum ♋ possidente ex dato arcu 21 gr 55'. Inter horizontem & æquatorem intercepto per præcedens problema, & longitudine styli obliqui AO partium 1525. qualium stylus rectus IO est 1000.

Addito arcu 31. 55' dato cum declinatione Solis 23 gr. 30, in Tropico ♋ existentis, vnde fit summa 55 gr. 5'. concipiatur triangulum planum AOP in quo quidem dantur duo anguli APO gr. 55. 5'. AOP 68 gr 30'. cum latere AO part. 1525. hinc latus AP innotescet hâc analogiâ.

Sinus anguli APO 991381. (ex Can. Briggij) ad latus oppositum AO 1325, cuius log. 3'2222.

Ita sinus anguli AOP 996240. ad 317081 logarithmum lateris AP 1482, Vt in tabula secunda ad eleuationem poli 49.

Nota. longitudo styli tam recti, quàm obliqui mutatur pro varia poli exaltatione: Nam stylus obliquus AO est semper secans compl. eleuationis poli dati, quã supponimus in his 4 exemplis esse 49. gr.

EXEMPLVM II.

Quæratur elongatio vmbræ styli hora 12, nempe Aq. sole in eodem ♋ versante.

Addito poli eleuationis 41 gr. 30′. complemento, cum solis declinatione 23 gr. 30′, Borealis erit altitudo solis meridiana 64 gr. 30′. cuius sinus 995549 ablatus à summa 1308462. in primo exemplo reperta, restat 312913 logarithmus 1346 pro distantia Aq. idem numerus colligitur ex 2. tabula è regione 3 horar. ad eleuationem poli 49. gr.

EXEMPLVM III.

Quæratur quantitas extensionis vmbræ styli horâ prima, cùm sol ♉ ingreditur.

Primùm colligo ex tabulâ prima, arcum horarium 1 horæ (ad eleuationem poli 49 gr.) 11 gr. 31′, cuius sinus compl. 78 gr. 29′ est 999117, quem adiicio cum sinu 41 gr. 981694, & summa dat 980811 sinum 40 gr. quibus additâ declinatione solis 11 gr. 30′ fit 51. gr. 30′. Deinde iungo sinum 99117 cum logarithmo 111222 lateris AO 1325. & emergit summa 1311339. vnde subducto sinu 51 gr. 30. nempe 989354 relinquitur 321985 log-mus lateris A♉ 1659.

EXEMPLVM IV.

Quærenda est etiam elongatio vmbræ styli ad horam primam, cùm sol primum gradum ♏ attigerit, habens declinationem eandem 11 gr. 30′. At Australis, ideoque hic subducenda est ab arcu intercepto 40 gr. & addenda cum 90 gr. vnde residuum illius est 28 gr. 30′: huius summa 101 gr. 30, cuius supplementum 78 gr. 30′.

Tum dico; vt sinus 28 gr. 30, ad latus AO; ita sinus 78 gr. 30′ ad latus Am 2721, distantiæ quæsitæ.

Eodem prorsus modo quantitas extensionis vmbræ styli in horologio verticali ad singulas horas indagatur. Sic etiam in horologijs declinantibus; modò arcus intercepti pro singulis horis vt suprà docuimus, innotescant. Sed notandum est, quòd si horologium verticale directè oppositum, nihilominus in Septentrionem super-

ne, aut meridiem declinet; quantum verò illud fuerit in Septentrionem, tantùm eleuationi poli regionis adijciendum est: si verò meridiem spectet, modo contrario est agendum.

PROBLEMA IV. PROP. XVIII.

Declinationem plani seu muri cuiuslibet absque magnetis auxilio, perscrutari.

Planorum situs varius est, quatenus ad horizontem, Meridianumque diuersimodè se se habent; ideoque plani declinatio, atque etiam eiusdem inclinatio potissimùm expenditur.

Declinatio plani, est arcus horizontis inter primarium verticalem & planum datum interceptus, quod quidem horizontis plano rectum est.

Inclinatio plani, est angulus acutus, quem efformant communes horizontis sectiones, & plani propositi cum alio plano ad vtrumque recto.

Pro declinatione muri cuiuslibet exploranda, obseruetur quadrante, aut astrolabio Solis altitudo, cùm primùm illam muri faciem, cuius declinatio venit inquirenda, radij Solares illustrant, Vt ex eâ Solis altitudine tempus obseruationis exactè eliciatur: Deinde cum solis gradu & minutis, si adfuerint, atque etiam obseruationis horâ, tabulam azimuthorum ingrediaris; angulus enim communis nempe arcus azimuthalis muri declinationem tibi ostendet. Plagam autem mundi ad quam muri declinatio vergit ex hisce subsequentibus cautelis addisces.

1. *Si arcus azimuthalis quadrante, seu 90. gradibus minor extiterit, & obseruationis tempore Sol in Orientali vel Occidentali quadrante constituatur, murus in occasum declinabit.*

2. *Si verò in quadrante alterutro duorum reliquorum extiterit, in ortum declinabit, tot gradibus, quot arcus azimuthalis inuentus indicabit.*

3. *Si autem ad 90 gr. peruenit, murus verticali primario parallelus erit.*

4. *Si tandem arcus azimuthalis inuentus fuerit gr. 0. o murus summam obtinebit declinationem.*

In planis ad horizontem erectis eorum declinatio facilè colligetur hac ratione. Obseruetur aliquo die tempus meridiei: si enim in ipso meridiei tempore planum seu murus propositus à sole illustretur, vtique ad Austrum deflectet; sin minus, ad Boream.

Clauius l. 1. Gnom. pag. 81. Immò hoc etiam modo non latebit, an murus propositus in ortum declinet, an verò in occasum. Si enim ad meridiem spectet, longiori autem tempore ante meridiem à sole illustretur quam post

meridiem deflectet, à meridie in ortum: In occasum autem, si contrà res sese habeat. Sic quoque, si planum spectet ad Boream, & pluribus horis matutino tempore quàm vespertino illuminetur à Sole, deflectet à Septentrione in ortum, si modo contrario se res habet, in occasum declinabit.

Idem experiri licet in planis ad horizontem inclinatis, si tempore meridiei supra lineam, quæ in dato plano ducta est horizonti æquidistans, statuatur tabella aliqua plana ex quacunque materiâ ad horizontem recta, & obseruetur vtrum facies illa, quæ cum plano inclinato angulum obtusum efficit, illuminetur tunc à sole, nec ne. Ex hoc enim cognoscemus, vt de planis ad horizontem rectis innuimus, an ipsum planum inclinatum à meridie, an à Septentrione declinet. Hæc autem omnia intelligantur in sphæra obliqua maiorem latitudinem obtinente quàm 23. gr 30'. quanta scilicet est maxima solis declinatio. Nam in minori latitudine fieri potest vt murus à Septentrione declinans illustretur à Sole in meridie, dum in principio 69. existit, vel prope, vt ex sphæra materiali constat. Sed sole existente australiore ipso muro, ita vt vmbræ omnes in Septentrionem proiiciantur. locum etiam habebunt ea, quę diximus, in sphæra obliqua minoris latitudinis, quam 23. gr. 30'.

Quòd si murus parum à circulo Meridiano distet, & ædificij tectum ita promineat, vt in meridie murus à sole illuminetur. Nam si stylus in ea linea positus, vel certè filum cum perpendiculo liberè pendens proiiciat in meridie vmbram, quæ illam lineam secet, ita vt ex parte Septentrionali vmbra sit inter murum & dictam lineam, spectabit murus ad meridiem; ad Boream verò, si contrà, ex parte boreali fuerit illa linea inter vmbram & murum. Si tandem vmbra in ipsam lineam cadet, murus æqui distabit circulo Meridiano.

PROBLEMA V. PROP. XIX.

Dato plano ad Meridianum & ad verticalem primarium declinato, sed ad horizontem recto; altitudinem poli mundi supra planum datum indagare, & inde inclinationem meridianæ ipsius plani ad meridianam loci concludere.

Planum declinatum, seu obliquum quadrupliciter expenditur respectu horizontis, Meridiani, & verticalis primarij.


Primò, quidem obliquum esse potest ad Meridianum & ad ver-

ticalem primarium, sed ad horizontem, rectum: quale illud quod per Zenith seu verticem loci transit.

Secundò, dati potest obliquum ad horizontem, & ad Meridianum; sed ad verticalem rectum, cuiusmodi est illud planum, quod per communes horizontis, & Meridiani sectiones incedit.

Tertiò, obliquum existit ad horizontem & ad verticalem, sed ad Meridianum, rectum.

Denique planum omninò obliquum est, cùm scilicet eius inclinatio sit respectu singulorum trium circulorum, nempe ad horizontem, ad meridianum, & ad verticalem primarium.



Sit in schemate adiūcto AEEB Meridianus loci à mūdi centro C descriptus; eius horizon ALB; verticalis primarius FRD, transiens per Zenith, seu verticem E, secans horizontem in puncto V, & proinde ipsi horizonti rectum; sed à Meridiano AFEB, declinatum arcu VB, seu angulo VFB, & à verticali primario FRD, arcu RV, seu angulo RFV, punctum oriens, vel Occidens sit R: polus plani dati sit Z, & polus mundi boreus E, per quem transeat Meridianus plani propius PEZM, secans planum datum orthogonaliter in N, quod quidem horizontis vicem geret: elevatio poli borei supra horizontem sit arcus BE: Cùm verò Meridianus plani proprius sit ipsi dato plano FNVD, rectus, altitudinem poli E supra ipsum planum FNVD per arcum EN seu angulum FCN metietur. Sit deinde Meridiana loci FCD, & Meridiana plani NCQ, quarum quidem illa est communis sectio plani dati cum meridiana loci; hæc verò communis sectio plani dati cum meridiano proprio. Angulus denique, FCN, quem meridiana loci & meridiana plani constituunt, dicitur angulus inclinationis meridianæ plani ad meridianam loci; Nam in plano obliquo consideratur tam declinatio quàm inclinatio. Quæruntur autem arcus EN poli altitudo supra planum horologij, & angulus

FCN inclinationis meridianæ plani ad meridianam loci, seu lineæ substylaris.

In triangulo rectangulo INE crus FE complementum est eleuationis poli regionis BE; angulus verò EFN complementum anguli declinationis plani RFV; & denique angulus FNE rectus; Quare duo reliqua eiusdem trianguli crura EN, & FN innotescent; illius illud EN per 17. prop. docte pr. mobilis hoc verò FN. per 18. p. eiusdem.

EXEMPLVM.

Sit inclinatio plani, seu muri meridionalis 30 graduum ad ortum, sub eleuatione poli 48. gr. 50'. Inuestigandus est arcus EN poli altitudo supra planum horologij.

Instituatur analogia sic. *Pro arcu EN, seu linea styli.*

Vt radius ad sinum compl eleuat. poli regionis, nempe FE 41.10'.
Ita sinus compl. sinus inclinationis plani, nempe FNE 60. 0.
Ad sinum eleuationis poli EN supra planum horologij 34 gr. 45'.

Pro angulo ECN, seu lineâ substylari.


Vt radius ad sinum inclinationis plani ad Meridianum; 30. gr.
Ita tangens complementi eleuationis poli regionis 41. gr. 10'.
Ad tangentem anguli quæsiti FCN 23 gr. 37'.

Praxis hæc est.

Sinus FE 41. 10'.	9818;9	eius tangens	994171.	
Sinus FNE 60.0	993753	sinus	969897.	
Sinus gre. 3 .5	971592	tangens.	964098. gr. 23 37'. li. substy.	

PROBLEMA VI. PROP. XX.

Dato plano & ad Meridianum & ad horizontem obliquo; sed ad verticalem primarium recto, meridianam plani, eleuationemque poli supra planum inquirere.



Hæc propositio spectat plana, quę ab ortu versus Occasum, aut contra quæ ab Occasu versus ortum inclinantur.

Sit Meridianus loci ABG à mundi cẽtro C descriptus; horizon AIG, verticalis primarius BI.D. planum ad Meridianum & ad horizontem inclinatum A.I.G. (nempe ad Meridianum arcu BF, ad horizontem verò arcu FL.) secans Meridianum in G. Sintque poli mundi H, & E; polus plani M, per quos tres po-

loo intersecat Meridianus plani HME, secans planum inclinatum in I, ad angulos rectos per 15 p. 1. Theod. & proinde arcus HI altitudinem poli arctici supra planum AIG metietur, & arcus IG, erit distantia meridianæ plani CI à meridianâ loci CG, qui duo arcus explorandi pro ponuntur.

In Triangulo sphærico GHI dantur præter rectum GIH, basis HG, nempe elevatio poli regionis, & angulus HGI angulus inclinationis plani ad meridianum; Quare duo eiusdem trianguli crura HI & IG non latebunt.

EXEMPLUM.


Detur planum scioterici Orientale, seu Orienti obversum ad Meridianum inclinatum 30 gr. sub elevatione poli 48. gr. 50'. processus calculi hic est.

Sinus 30. 0'	969897	eius compl. 993753.
Sinus 48. 50	587668	eius tang. 1006978.
HI. Sinus 22. 7'	917565	tang. 1000731 IG. 45. 19'.

Ergo distantia styli à substylari HI est 22 gr. 7'. Et distantia substylari, sive meridianæ plani à meridiana loci IG est 45. 19.

PROBLEMA VII. PROP. XX.

Dato plano tàm ad horizontem, quàm ad Meridianum, & ad verticalem primarium obliquo, meridianam tàm loci, quàm plani, & elevationem poli supra planum explorare.



Sit Meridianus loci AFBD à mundi centro C descriptus, eius horizon ARB; verticalis primarius PRD, punctum R, Oriens; verticalis declinans FND; planum obliquum, seu inclinatum. PNG, cuius communis sectio & Meridiani sit recta PCG; atque etiam communis sectio Meridiani cum horizonte sit recta ACB. polus mundi arcticus E, antarcticus H, polus plani inclinati S, atque adeò Meridianus pla-

ni

ni EOSH. Meridiana loci GC, angulus declinationis RFV, arcus inclinationis FN, angulum FGN mensurans. Vnde hic tria veniunt exploranda, nempe arcus NG, arcus GB, & angulus SEB. Cùm verò FG, vel maior esse potest arcu FE, vel minor, vel æqualis: idcircò tria pro qualibet specie varietatis adferemus exempla.

EXEMPLVM I, in quo arcus FG ipso FE complemento altitudinis poli maior est, quod sanè indicat planum vltra polum Boreum inclinatum esse, ipsumque polum supra tale planum eleuari debere angulo ECO, cuius mensura est arcus EO.

Sit plani Meridionalis declinatio dextra 30 gr. Inclinatio versus polum boreum 70 gr. ad poli eleuationem 48 gr. 50′. ex quibus indaganda sunt meridiana loci GC, Meridiana plani NC, nec non eleuatio poli GN supra planum. Calculi processus hic est.

I. *Vt radius FV, ad tangentem VB* 60 *gr. nempe* 1023856.
Ita sinus FN 70 *gr.* 927298. [971891.
Ad tangentem arcus NG 58 gr. 26. min. 101154. sinus cõpl.
Ergò arcus NG distantia meridiana loci à meridiana plani est 58 gr. 26.

II. *Vt radius, ad sinum compl.* NG. 971891.
Ita sinus complementi FN 70 gr. 953405.

Ad sinũ compl. arcus FG 79. 41. 925296. Vnde si demptseris FE FG 79. 41.
Poli compl. eleuationis 41. 10.
Restabit arcus EG 38. 31.

III. Vt FG 79. 41′, ad FNG 90 gr. Ita FN 70. gr. ad sinum anguli FGN. 72. 46′.

IV. Vt GEO rectus, ad GE 38 gr. 31′. Ita OGE 72. 46, ad sinum arcus OE 36. 26′. distantiam axis à meridianâ plani.

V. *Vt tangens* EGO 72. 46′, *ad radium: Ita tangens* EO 36. 26′.
Ad sinum arcus OG 13. gr. 14′. dist. meridianæ plani OC, à meridianâ loci GC.

EXEMPLVM II, in quo arcus FG minor est FE complemento eleuationis poli.

Sit planum meridionale declinatum dextrum 31 gr. inclinatum versus polum arcticum 18. gr. sub eleuatione 48. gr. 50′. Vnde quæruntur meridiana loci, & plani, vna cum eleuatione poli supra planum. Praxis calculi hæc est.

I. Vt FV radius, ad tangentem compl. declinationis VB 59 gr.

Ita FN sinus inclinationis plani 18 gr. ad tangentem NG 27. gr. 23. distantiam meridianæ loci, à verticali plani.

II. Vt radius, ad sinum complementi NG 27. 23.

Ita sinus compl. FN 72 gr. Ad sinum compl. arcus BG 32. 23'. quo dempto de FE 41. gr. 10' remanet EG 8 gr. 47'.

III. Vt sinus FG 32. 23' ad radium FNG:

Ita sinus FN 18. gr. ad sinum anguli FGN vel EGO 9. gr. 32',

IV. Vt GOE rectus, ad sinum GE 8 gr. 47'.

Ita sinus anguli EGO 9 gr. 32, ad sinum arcus OE 1. gr. 27'. distantiæ axis EC à Meridianâ plani OC.

V. Vt tangens anguli EGO 9 gr. 32', ad radium:

Ita tangens OE 1. gr. 27', ad sinum arcus GO gr. 8, 40' distantiæ meridianæ plani OC, à meridianâ loci GC.

EXEMPLVM III, in quo arcus FG æqualis est arcui FE, complemento eleuationis poli.

Sit planum scioterici meridionale declinatum dextrum 29. 59'. Inclinatum versus polum arcticum 23. gr. 3: eleuatio poli 49 gr. 35. Quærantur autem in eo meridiana & loci, & plani, atque eleuatio poli, siue axis supra planum. Calculi praxis hæc erit.

I. Vt FV radius, ad tangentem compl. VB 60 gr. 1': Ita FN sinus inclin. 23. 3', ad tangentem NG 34. 10', distantiam meridianæ loci, à verticali plani.

II. Vt radius, ad sinum complementi NG 34. 10:

Ita sinus compl. FN 23' gr. 3, ad sinum compl. arcus FG 40. 25' æqualis ipsi FE.

III. Vt FG, 40. 25' ad FNG. 90 gr. Ita FN, 21 gr. 3',

Ad sinum anguli FGN 37. 9', cuius complementum est angulus SEB 52. 51, differentia longitudinis plani à longitudine loci, seu distantia meridianorum loci & plani.


SCHOLIVM.

Quando arcus FG æquatur eleuationis poli complemento FE, argumento est, planum sub meridiano obliquè ad polum vsque inclinari: Quare meridiana loci, meridiana plani, & axis in eandem lineam GCP coincidunt; si planum concipiatur in eodē circulo maximo NG consistere: Quod si planum non in ipso circulo maximo NG, sed in aliquo ipsius parallelo consistere supponatur, & axis ab ipso plano nonnihil absit; meridianæ loci, & plani, sunt duæ lineæ inter se parallelæ: quæ mutuo separantur iuxta longitudinis loci & plani differentiam, quæ quidem penes angulum SEB, sumitur, qui est complementum anguli FGN nuper inuenti; siquidem angulus

NES rectus esset per 15 p. V. Theodosij, vel per 5 p. doct. 1. mob. Quippe cùm Meridianus ESH per polos plani S, incedat.

PROBLEMA VIII. PROP. XXII.

Data plani, à Meridiano declinatione, poli exaltatione, ac solis ab eodem Meridiano distantiâ horarios arcus in scioterico verticali declinante ad quamuis horam inquirere.



Sit in schemate 1 probl. huc reuocato, Meridianus loci AFEB; eius horizon ALB. circulus verticalis primarius FRD, Æquator HTK, polus mundi boreus E, Mantarcticus; polus horizõtis F; planum scioterici FVD ad horizontem in V rectum; sed à Meridiano declinatum angulo EFN, & ad verticalem primarium inclinatũ angulo RFV, quem metitur arcus horizontis RV, cuius complementum VB est anguli EFN mensura, sit verò circulus horarius EOT, secans prædictum planum in)(, & solis à Meridiano distantia arcus HT, mensura anguli FEO, vel TK mensura complementi eiusdem. Quæratur autem arcus horarius F)(.

Soluatur primò Triangulus FNE per antec. prop. huius, vnde prodibit arcus EN, FN, nec non angulus differentiæ horariæ meridianæ plani à meridianâ loci FEN, quo dempto ab angulo FEO, distantiá solis à Meridiano, restabit angulus NEO.

Deinde in Triangulo NE)(recta angulo ad N, datur latus NE cum angulo NEO; hinc emerget latus N)(, quo tandem addito arcui FN, nascetur arcus FN)(horarius quæsitus.

EXEMPLVM.

Detur planum, seu murus ad horizontem rectus, cuius declinatio à verticali primario sit 30 graduum sub poli eleuatione 48 gr. 50′. vnde inuestigandus est arcus horarius FN X, horâ 7 ante meridiem calculus sic est.


Eleuatio poli 48 gr. 50 sinus cõpl. 98813. tang cõpl. 99411.
Declinatio plani 30.. o sinus cõpl. 993753. sin. 30 gr. 969897.

Exit EN 34. 45. sinus 97559 . tãg. 23 37. 964068. FN.

Ergò EN, eleuatio poli supra planum horologii est 34 gr. 45′, & FN linea substylaris 23. 37. cuius sinus compl. 916201 additus cum declinatione muri à Meridiano VFB 993753 conficit 989954 sinum compl. FEN distantiæ horariæ meridianæ plani à meridiana loci 37 gr. 29′ quo demptoab angulo FEO 75 gr. pro 5 horis antè meridiem, relinquitur angulus NEO 37 gr. 31′, cuius tangens 988524 addita cum sinu crure EN 975587 prodit tangens NX 994111. gr. 21. 38′. quibus addito arcu FN 23. gr. 37 consurgit arcus horarius 47 gr 15, à meridie pro horâ 7 matutina, quippe quæ distat à meridiana per 5 horas, seu 75 gradus.

PROBLEMA IX. Prop. XXIII.

Altitudinem solis supra quemuis circulum verticalem à Meridiano declinantem ad quamuis horam explorare.



In schemate problematis anteced. per circulum verticalem à Meridiano declinantem hic intellige FVD planum aut muri superficiem à Meridiano declinantem angulo EFN, quem arcus horizõtis VB mensurat, cuius cõplementum VR angulum VFR inclinationis prefati circuli vertiealis ad primarium verticalem FRD, metitur, vt iam sæpè monuimus. Ponatur verò

sol in I, constitutus, per quem à polo P, circuli verticalis FVD descendat quadrans altitudinis POI, erit arcus OI, altitudo solis supra dictum verticalem, qui proponitur inquirendus.

1. In Triangulo rectangulo FNE, quæratur altitudo poli EN supra circulum ipsum verticalem FVD, & latus FN, inclinatio meridianæ plani, à meridianâ loci, necnon angulus FEN per anteced. prop.

2. Subducatur hic angulus FEN ab angulo FEO distantiâ solis à Meridiano loci, si declinatio plani verticalis dati FVD ad Occasũ spectat: vel eidem addatur, si ad ortum vergat, & nascetur distantia solis à proprio Meridiano PENZ, nempe arcus æquatoris YT, angulum NEO mensurans. Quibus ita exploratis, altitudo solis OI supra planum verticale datum elicietur iuxta doctrinam cap. 5. prob. 1. parte 2. primi mobilis, vel commodius adhibitis logarithmis; dummodo planum datum FVD tanquam horizontem, circulum verò PENZ pro ipsius Meridiano sumpseris, mutata solis declinatione Borea in Austrinam, & contrà; in planis, seu faciebus Australibus. Hæc breuiùs exemplo percipientur.

EXEMPLVM

Sit muri superficies Meridionalis FVD declinans ad ortum gr. 60, sub regionis latitudine 45 gr. proponatur autem altitudo solis ad singulas horas ab occasu exploranda in Tropico ♑.

Primò igitur Triangulum rectangulum FNE soluo, hac viâ.

Declinatio plani à Merid. EFN gr. 60. sin. cõp. 969897. 993753.

FE. 45. sin. 984948. tãg. 100000.

EN 20. 42. sin. 954845. tãg. 993753.

969897. [gr 40. 55' FN

FN. sin. cõpl. 40°53. 987854. [FEN.

957751. sin. cõ. 67. 47.

Postea hunc angulum arcui semidiurno prædicti Tropici ♑, nempe 64 gr. 15' adiicio, & prodit distantia solis à Meridiano proprio 132 gr. 2. ad horam 24. & per continuam 15 graduum subductionẽ, quoad fieri poterit; Tum verò per 15 graduum additionem solis ab eodem Meridiano, distantias ad singulas horas inuestigo; vt ex tabula sequenti apparet. Quibus datis cum poli eleuatione supra planum datum 20 gr. 42, necnon declinatione solis maxima 23 gr. 31'. Innotescunt ad singulas horas solis altitudines. Verbi gratia, vt habeatur solis altitudo ad horam 16, sic procedendum est.

Distantia ⊙ à Meridiano proprio 12. 2′ eius sinus 993908.
Elevatio poli supra planum 20.42. sin. cõpl. 997102.

11. 15. sin.	929008.	uent.1.
78.45 compl.	999157.	subtr. In-
20.42. sin.	1954845.	cũ radio.
21. 8	955688.	

68.52 compl.
Adde 23 31. declin.

92. 23. sin. suppl. 999962. Inuent.2.
999157. Inuent.2.

Sinus altitudo solis horâ 16. gr. 78. 30′ 999119.

. Atque tali processu, altitudo solis ad singulas horas erit iuxta tabellam sequentem.

Horæ ab occasu	Dist. ⊙ à Merid.		Altitudo solis horę ab occ.		Dist à Mer		Alt. solis
24	132	2	0	0	16	12 2	78.30
23	117	2	0	0	15	2 58	86. 2
22	102	2	0	0	14	17 58	73. 5
21	87	2	10	42	13	32 58	59.21
20	72	2	23	56	12	47 58	45.38
19	57	2	37	26	11	62 58	32. 2
18	42	2	51	6	10	77 58	18.37
17	27	2	64	50	9	92 58	5.32

CAPVT III.

Synopsis Theoriæ, vnde pendet tota sciothericorum doctrina, ex operibus Maurolyci, de lineis horarijs desumpta.

SCiendum est, totam cœli machinam, quæ vulgò mundi sphæra vocatur, ab ortu ad occasum motu diurno super axe quodam, cuius extremæ poli dicuntur, circumuolui; per hunc vero motum à singulis punctis in sphærica superficie vbicunq; sumptis integra conuersione singulos describi circulos quasi parallelos, quorum qui polo vicinior, minor est; qui verò medius inter vtrumque polum maximus est, & vocatur Æquinoctialis, quem nimirum sol initium

V aut ♎ possidens, describit; quo tempore dies noctibus æquantur.

Dies autem naturalis efficitur apparente solis reuolutione ab ortu per Meridiem in Occasum, & Septentrionem, redituque in ortum. Dies itaque naturalis spatium est temporis intra quod centrum solis à Meridiano, vel horizonte digressus ad eundem reuertitur: huius diei pars 24ª τῦ νυχθημέρου seu diei noctisque naturalis iunctorum dicitur *horâ Æquinoctialis*, quæ quidem est spatium temporis, in qua sol motu diurno 15 gradus Æquatoris percurrit. Diuiso itaque quolibet Æquatoris quadrante in senos arcus æquales totus diuidetur circulus in 24 arcus, seu spatia horaria. Hinc circuli 12 per mundi polos & puncta diuisionum ducti vocantur *circuli horarij*, inter quos principalis est Meridianus & horizon rectus, qui horas à Meridiano auspicantur in quouis horizonte, siue recto, siue obliquo; sed in recto horizonte ijdem horas etiam ab ortu vel occasu incœptas discriminant; siquidem rectus horizon vnus est de numero horum circulorum; quia per mundi polos incedit. In obliquo autem horizonte præfati circuli duos circulos in 24 partes æquales dirimunt (sicut Æquatorem eiusque alios omnes parallelos) maximum scilicet extantium & maximum occultorum, horizontem tangentes in illis punctis, in quibus horizon ipse Meridianum secat; vt enim horarij Æquatorem; ita & omnes ac singulos æquatoris parallelos æqualiter in totidem arcus similes, nempe 15 gr. distingunt per 14 p. 2. Theod. quæ sunt horaria spatia motu diurno in quolibet parallelo computata. Vt autem peripheriæ horum circulorum sese in polis communibus; ita & eorum plana super axe se mutuò secant; itaque axis mundi communis est horum circulorum horariorum sectio. Tum verò ijdem circuli horarij prædictos tangunt parallelos in punctis sectionum singulis, in quibus eosdem intersecat Meridianus; atque adeò hi 24 circuli horas ab ortu vel occasu exorsas in horizonte obliquo distingunt. Quorum quidem 24 semicirculi inter oppositos contactus diametraliter sumpti, de quorum numero est semicirculus horizontis Occidentalis determinant à Meridiano totidem horas ab occasu, hoc est, initium ducentes à prædicto horizontis semicirculo: omnes enim tam Æquatoris, quàm parallelorum arcus inter duos proximos semicirculos sumpti sunt æquales per 17 p. 2. Theod. Et proinde hi sunt horarij semicirculi, qui horas ab occasu inceptas in horizonte obliquo discriminant. Reliqui verò semicirculi inter prædictos contactus, de quorum numero est semicirculus horizontis Orientalis à Meridiano, totidem horas ab ortu, hoc est, à præfato horizontis semicirculo exorsas in eodem horizonte distingunt. Itaque circuli, qui horas à Meridiano initium ducunt, secantes; qui verò horas ab or-

Vnde dies efficitur.

Quid dies naturalis.


Quid hora Æquinoctialis.

Circuli horarij vnde dicti.

tu vel occasu incipiunt, tangentes dicuntur. Hæc autem omnia ex adiecto schemate facilius percipientur ad mentem Maurolici, hoc modo.

Polus ABCD, Æquatorem refert in 24 arcus æquales per circulos horarios diuisum, de quorũ numero sunt Meridianus KOM & horizon rectus LON, cuius polus O; circulus EFGH parallelus est integrè apparentium maximus; KLMN parallelus integrè occultorum maximus; Circulus punctis notatus KBGD horizontem obliquum repræsentat qui tangit prædictos parallelos in punctis G K, in quibus horizon ipse Meridianum KOM secat per polum O conspicuum transeuntem. Deinde recta, seu horarius PORQ eosdem secat, distinguens circulum PSRT in duos semicirculos, quorum PSR denotat horam primam ante ortum; alter verò RTP primam ante occasum. Porrò arcus PK, GR inter contactus, item arcus BS, DT, Æquatoris, sunt similes, nempe singuli 15 gr. seu vnius horæ spatia. Idem intelligas de cæteris horarijs circulis tàm secantibus, quàm prædictos parallelos tangentibus: Nam secantes quidem per polos ducti horas à Meridiano, tangentes verò horas ab ortu vel occasu inceptas discriminant. Circulus LBON horam 6 antemeridianam & pomeridianam distinguit. Tùm verò circulus EBMD tangens dictos parallelos in punctis E & M, in quibus eosdem secat Meridianus KEOM horam 12, ante vel post ortum vel occasum; semicirculus scilicet M duodecimam ante vel post ortum, ac semicirculus reliquus EBM 12. ante vel post occasum: similiter semicirculus NAF terminat sextam ab ortu. Reliquus verò semicirculus FCN sextam ab occasu. Item semicirculus LCH sextam ante ortum, & residuus semicirculus HAL sextam ante occasum. Et proinde punctum N, denotat Ortum; & L, Occasum;

Porrò



Porrò notandum eſt, huiuſmodi parallelos eſſe conorum baſes communem in mundi centro verticem habentium, circuloſque ſecantes ſuper mundi axe, qui & axis conorum eſt, ſe inuicem interſecare, ac eoſdem conosà ſecantibus ſecari ſuper 24 latera, in quibus circuli tangentes tangunt conos; ſicut enim horizon obliquus & cæteri circuli horarij tangentes tangunt duos parallelos Æquatoris in ijs punctis, in quibus eoſdem ſecant circuli horarij ſecantes: Ita & plana horizontis & cæterorum circulorum tangentium tangunt conicas ſuperficies, quarum baſes ſunt prædicti paralleli, vertex autem communis ſphæræ centrum, contactus verò ſunt latera conorum; quæ ſunt communes ſectiones circulorum tangentium, & ipſarum conicarum ſuperficierum.

Quòd ſi planum quodcunque horologij ſolaris alterum, ſiue

vtrumque conum secuerit, tunc sectiones plani secantis communes cum planis circulorum secantium factæ, erunt horariæ lineæ, quæ horas à meridie cœptas indicant, de quarum numero est linea meridiana, quæ quidem lineæ, in plano tàm horlogij Æquinoctialis, quàm horizontalis, & etiam verticalis in ipso axe inuicem sese intersecant; sed in horologio Meridiano & horizontis recti æquidistant. Communes autem sectiones plani secantis cum planis circulorum tangentium, erunt lineæ horariæ quæ horas ab ortu vel occasu exorsas distingunt, de quarum numero est linea horizontalis.

Planum verò horologij secans conicas superficies, quarum bases sunt paralleli Æquatoris, vertices autem in centro mundi describunt in ipso plano, peripherias seu curuas quasdam lineas, in horologio quidem Æquinoctiali Circulum: In cæteris verò aliquam ex conicis sectionem, quam lineæ horariæ à Meridie vel media nocte secant in ijs punctis, in quibus lineæ horariæ ab ortu vel occasu eandem tangunt.

In sciothericis gnomon erigendus est super lineam meridianam, quam orthogonaliter secat linea Æquinoctialis, in quam proijcitur extremitas vmbræ styli, sole in ♈ aut ♎ existente, quod quidem in die Æquinoctij contingit, nam in alijs diebus iter vmbrarum quod illæ suis extremitatibus notant, est sectio conica. Et eius styli apex in vertice communi dictorum conorum locandus est.

Vt igitur innotescat quas figuras vmbræ styli extremitas in qualibet Zona super horizontis plano, concipiendus est conus, cuius basis sit circulus diei naturalis, vertex in extremitate styli, cui ad verticem alter est conus, quem secat horizontis planum; ipsius coni sectio per extremitatem vmbræ mobilem circumscribitur.

Quare iter vmbræ æquinoctialis in omnibus Zonis est linea recta, præterquam sub polis vbi linea proiectionis vmbræ est horizonti parallela, itaque in polum non incidit, & proinde sub ipso polo est circulus, seu potius lineæ spirales, circulum vel ellipsin affectantes, si plurium dierum, quibus sol non occidit, copulationem respicias: planum enim horizontis tunc latus coni vtrumque secat.


Sub circulo polari, in die solstitij, quo sol horizontem stringit, iter vmbræ est parabole; quia planum horizontis est parallelum superiori lateri coni, quippe cùm declinatio solis altitudini poli sit æqualis. Vt autem in polari circulo terminatur Zona frigida, sic ibidem terminatur & ellipsis & parabole.

Cùm verò dies & nox inuicem per vices succedere incipiunt, tam in frigidis, quàm in temperatis & torridâ Zona; figura itineris vmbræ est hyperbola, seu sectiones contrapositæ, communis scili-

